image


not

available


BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III


BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III


BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III


BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III

FLAVISSÆ POETICÆ SIVE SYNONYMORVM, EPITHETORVM ET PHRASIUM POETICARUM THESAVRVS SACRO-PROFANVS

M DC LXXX.

FLAVISSÆ POETICÆ

SIVE

SYNONIMORVM, EPITHETORUM,

ET

PHRASIUM POETICARUM

THESAVRVS

SACRO-PROFANUS,

TAM PVBLICO STVDIORVM bono, quam privato Philomusæ Juventutis, Trium Celeberrimorum apud Vbios Gymnasiorum, profectui illustratus ac congestus.

Operâ Rdi. P. F Joannis Baccherij Ordinis Eremitarum S. Augustini.

Editio sexta pluribus in lócis multo correctior & auctior, cui præter melius revisas Epithetorum quantitates multa tam è veterum quàm Recentiorum scriptis in præsenti hactenus Thesauro omissa accessêre vocabula, Notæ, Observationes & Antiquitates multò jucundissimæ utilissimæq́, quæ indice proprio sub finem demonstrantur, in sequenti latiùs (Deo favente) augendo.

COLONIAE VBIORVM,
Sumptibus et Typis Viduæ PAULI METTERNICH
An der hohe Schmid.
ANNO M. D.C.LXXX.
Cum Superiorum Permissu & Privilegio S. C. M.

Ad Lectorem.

REdeunt ad te, amice Lector, POETICÆ ELAVISSÆ sed paulò cultiores, & severiore nunc limâ ac magis pressâ castigata. Nã priores illæ, ut etiam tum admonui, rudis potiùs designatio fuêre, quàm absolutum aliquodopus: & velut congesta in formam quidē ædificii materia, sed non religiosè admodum adhibita ubiq; linea ac libella. Vrgebat Typographus: efflagitabat cottidiano penè convicio cum Præceptoribus suis studiosa Musarum juventus, ac debitū etiam palā appellare audebat. Et addixeram utrisq; hanc operam: ut illos quidem in scholis dictandi, hos excipiendi labore ac tædio bona in parte sublevarem: deinde, quà purgando & eruncando, quà distinguendo ac complanando, quà deniq; (ubi usus esset) illustrando, viam, quæ ad musarum fontes ducit, quam brevissimam redderem ac facilem, atq; hoc postremum spectavi potissimum. Ita enim judicabam: in tantis ævi angustiis, quibus vita nostra spatium circumscriptum est; deinde tanta ac tam vasta addiscendorum mole ac copia, optimè mereri de hominm genere, qui, quæ addiscenda homines ducerent, pro sua quisque parte efficerent, ut quam minimo labore ac temporis impendio addisci possent. Nec semel mecum indignatus sum per tot diverticula circumduci primam ætatem, ut eò perveniret, ubi non quiescendum foret illi, sed ad alia longé majora aspirandum. Omnia autem in discendo breviora reddit Ordo & Ratio & (quem summi Viri etiam in Sapientia adhibendum suadent) Modus: sine quo nec laudabile quicquam nec salutare. Ordo distinctionem parit, Ratio perspicuitatem: Modus id efficitdemum, ut non omittantur utilia ac necessaria, recidantur supervacua, ne turba noceant, quare

qui multa, quæ his addi poterant, Auctorũ loca præterita à nobis, multa in Deorum historia ac Veterum ritibus omissa querentur; nihil agent: neque scopum vident, in quem collineo, Loquitur titulus ELECTA *esse, tum verò non Æliis, aut Persiis, sed Tyronibus conscripta, incipientibus scilicet & judicio (in quo sunt omnia) adhuc infirmis? atque ob id, relictis aut spretis etiam Scriptorum Virtutibus, Vitia plerumque imitantibus. Optimos censet Fabius, & statim legendos, & semper, ego non sum solum, sed etiam ex iis optima. Quo fine* NOTÆ & OBSERVATIONES *passim hic insertæ: ut, quam subtiliter, quam doctè, quam eleganter quid à quoq; dictum esset, velut face prælata, commonstrarem, Quò fiet, ut jam non latinè solùm, sed cum ratione loqui ac scribere discant; atq; hoc velut jussu irritati, ad altiorem Antiquitatis omnis cognitionem anhelant: qua neglectà, necesse est, ut multa illos in gravissimorum ex omni genere Scriptorum lectione fugiant, atque per omnem vitam ex alieno magis ductus quam suo ingenio sapere cogantur. Temperamento tamen ac modo etiã in his utendum fuit: ne onerare infirmitatẽ discentiũ voluisse videremur. Novimus pleraque sacra non semel tradi, & servare Eleusin, quod ostendat revisentibus. Hoc veró non perfunctoriè curavimus, ut, cũ plura se Auctorum loca offerrent; ea præcipuè excerperemus, quæ præter facundiam Poëticam atq; in dicendo venustatem, serium aliquod monitum ad civilem vel moralẽ sapientiam continerent: quodà teneris mentibus unà cum verborum splendore atq; elegantia avide haustum, per omnem deinde vitam tenacissimé hæreret, atq; instar fidi custodis dormitantibus subinde aut aliud agentibus aurẽ velleret atq; officii sui admoneret. Non apud solos Philosophos Virtus ac Sapientia constitit. Litat & his Poëtarum chorus.*

Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, *Horat. Lib. I. Ep. I.*
Plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicit.

Titu-

Titulum sive libri inscriptionem quod attinet, auctor est apud Agellium (hunc A. Gellium dici potest(M. Varro, Q. Valerium Soranum dicere solitum. Quos thesauros Græco nomine appellaremus, priscos Latinos Flavissas dixisse; quod in eos non rude æs, argentumque, sed FLATA SIGNATAQUE pecunia conderetur. *Quia verò Poëtica hæc* ELECTA *non rudia, & sicut ab ipsis Auctoribus sumpta erant, temerè ac tumultuariè in unum à nobis conjecta sunt;* sed Notis *insuper atque* OBSERVATIONIBUS *elucidata, velut jam flata signataque pecunia, suis quæq; locis tanquam cellis ac forulis aptè distributa; placuit* FLAVISSAS *inscribere, vocabulo quamvis vetusto; probo tamen, & à re non abhorrenti, Sed de titulo non est tanti: rem vide.*

QUID IN PRÆSENTI OPERE PRÆSTITUM.

1. EPITHETA, quæ latine *Apposita* vocant, partim nova, partim ex optimis Latinitatis Auctoribus selecta; pro varia rerum sub his & illis accidentibus immutatione ac veluti scæna, variè digesta; atque ita inter sese, ut aliud plerumque ex alia intelligi possit collocata: relictis iis, quæ vel frigida, vel barbara ac parùm Latina, vel rei non conjũcta, hoc est, verè Epitheta videbantur. Egregiam olim hac in parte operam præstitit Ravisius Textor, quam pluris tamen facerent viri docti, si partiùs numero indulsissent; & plus judicii in eligendo, quàm in congerendo studii adhibuissent.

2. SYNONYMA, quibus optimi quiq; Poëtarum usi, sub unum veluti signum collecta, atque in margine (appositis ex adverso Auctorum locis) collocata: ad verborum copiam parandam, quæ nullibi majorem quam in struendo versu usum habet; tum verò, ne eadem sæpius Epitheta repetenda essent: cùm Synonymorum eadem fere in his sit ratio.

3. ELEGANTIÆ POETICÆ, sive loquendi formulæ poëtis usitatæ (quæ Græcis *Phrases* appellantur) potissimum ex primi illius sub Augusto & velut aurei ævi auctoribus (quo ad summum culmen linguæ nitor jam pervenerat) tum ex aliorum scriptis, prout quisque priorum vestigiis maximè institit, curâ ac judicio delectæ. Neque enim illico, quidquid poëta aliquis versibus suis intexuit, pro gemma adorandum est. Nam quamvis poëtarum major est, quam Oratorum, & in verbis libertas, & in figuris licentia, ob certam pedum, cui se alligarunt, necessitatem; eatenus tamen illi serviendum est, ut nulli sermoni detrimentum accedat. Miscuimus autem his Elegantiis utiles passim sententias: quæ, propter blandum illud ac numerosum & facillimè se in puerorum animas insinuant, & propter brevitatem, velut oracula quædam, promptissimè memoriæ succurrunt. Ita non linguam instruere solum, sed, cum id unum agere videmur, teneras quoque mentes ad solidam Virtutem formare studuimus, ad Phœnicis Homerici exemplum, qui traditum sibi Achillem & ornatè dicere, & fortiter facere docuit.

4. LOCI COMMUNES, per totum ferè librum constituti, instar metallorum: in quibus fodiendis accidere ait Plinius, ut ubicumque una inventa vena est, non procul inveniatur alia, ita scil. tollitur disquirendi labor & anxietas, dum in promptu atque ut ita dicam, in conspectu adstat, quidquid ad materiam quam poëta tractandam susceperit, usui esse potest.

5. EXEMPLA, tam ex historiis, quàm fabulis petita: sive Res, personæ, Loci re quâpiam nobiles: quibus poëtæ in laude ac vituperio; comparationibus, descriptionibus, rationatione, ad res denique varias frequenter uti solent.

6. NOTÆ & OBSERVATIONES per totum

opus

opus sparsæ: quibus & varii prisci Ritus, & Deorum historia (in qua plurimum poëtæ versantur) tum vocum plurimarum origines ac proprietates, illustrantur; & Antiquitatis cognoscendæ veluti quædam jaciuntur fundamenta: quibus nisi instructus ac velut initiatus fuerit Musarum mysta; ad graviorum Auctorum lectionem frustra tentabit accedere, atque in ipso protinus limine audiet: *Odi profanum vulgus, & arceo.*

7. COMPARATIONES: partim clarè & ipsis Auctorum verbis ante oculos positæ, partim digito solum designatæ: neqne omnes planè ab hoc vel illo poëta adhibitæ (cùm nullus in hac re modus foret) sed eæ potissimùm, quæ certis in locis à nullo negligi solent. Quas vdiere potes ad calcem libri Indice singulari comprehensas.

8. DESCRIPTIONES rerum variarumè, plurimis optimæ, ac captu faciliores, quæq; usum maximè in carmine habere possint. Vide & has ad libri calcem Indice suo ac titulis digestas.

9. NOMINA PROPRIA Virorum, Mulierum, Nationum, Regionum, Fluviorum, Montium *&c.* Eorumque synonyma ac periphrases ordine Alphabetico digestæ, & ad libri calcem adjectæ.

10. INDICES QUATUOR, quorum unus est Comparationum sive Assimulationum: Alter variarum Descriptionum: Tertius verò Epithetorum synonymorum, Elegantiarum, ac locorum communium, Nominum tam propriorum quam Appellativorum. Quartus denique Notarum & Observationum, hic in fronte positus.

Tu, qui Litteras, qui virtutem amas, his Lector fave:

——————*quorum non gloria nobis* Ovid.
Causa, sed UTILITAS, OFFICIUMQUE 3. de
fuit. Pont.

IN-

INDEX

RERUM ET VERBORUM IN NOTAS ET OBSERVATIONES.

Ad præsens non solùm opus, sed Poetas ferè omnes in iis, quæ incipientibus obstare solent, intelligendos : tum etiam materiam compositioni, quam quis instituerit, parandam.

Ama

Magna

B.

Cicu-

Dra-

E.

F.

G.

Ge-

H.

I.

L.

La-

M.

N.

Nu-

O.

P.

Pæan

Pa-

Q

R

S

Scor-

 Si-

T

V. Val-

V

APPROBATIO

FLAVISSAS *has* POETICAS *Notis & Observationibus perquam doctis illustratas, ut in priori Editione censui, ita nunc magis (cum ingenti accessione aucta sunt) non ad poëtica solum, sed politioris omnis litteraturæ notitiam plurimum conferre judico, ideoque magno, quibus inscriptæ sunt, Studiorum bono edendas iterum censeo, Datum Antvverp. pridie Nonas Decemb.* M. DC. XLII.

GASPAR ESTRIX Plebanus
Antvverpiensis & Librorum
Censor.

FLA-

FLAVISSÆ POETICÆ,

SIVE,

ELECTORUM POETICORUM THESAURUS,

NOTIS ET OBSERVATIONIBUS AMOENIS ILLUSTRATUS.

A

ABOMINARI.

SIVE,

ABOMINANDI FORMULÆ.

Quod Deus omen avertat. *Terent.* Quod Dii prohibeant. Quod abominor. Absit verbis omen. *Claud. rapt.* ——— procul irrita venti dicta ferant. *Ovid.* ——— procul omen abesto. *Idem.* Ista sed æthereas vanescant dicta per auras, & sint ominibus pondera nulla meis. *Id. 3, de Pont ad uxorem.* Si mea sors redimenda tuâ (quod abominor) esset; Admeti conjux, quam sequereris, erat. Omen *ab ore dictū censet Varro, quasi* Oremen. *Nam id maximum inesse verbis putavit antiquitas. Hinc quoties rei tristis ac funestæ mentio inciderat, formulis suprà allatis Deus precabantur, ut verbis Omen abesset. Atque id est propriè* abominari. *Interdum illud ipsum in hostes suos converti rogabant. Vt Sinon ille apud Virg. 2. Æneid. auguri Calchanti se infensum simulans.* Tum magnum exitium (quod Dii priùs OMEN in ipsum convertant) Priami imperio Phrygibúsque futurum.

Ex eadem superstitione natum, ut funesta interdum Nomina *verbis mitioribus & periphrasticis circumirent, ut apud Nasonem Protesilai uxor, mortis mentionem, atque inde resultans omen omnimodis evitare studens.*

Per reditus corpúsque tuum mea Numina juro,
Pérque pares animi conjugiíque faces,
Me tibi venturam comitem, quocumque vocâris:
Sive, QUOD HEU! TIMEO sive superstes eris.
i. e. *Sive mortuus, sive vivus.*

ABUNDANTIA.

Epith, Dives, benigna, aurea, opulenta, larga, affluens, inundans, *&c.* Rerum affluentia. Pleno copia cornu. Fœcunda cornu copia divite. Telluris almæ læta sinum beans, *Copia* *Horat l.* 1. *Od.* ——hinc tibi copia Manabit ad Plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu *Id. lib.* 1. *Ep.* —— aurea fruges Italiæ læto diffudit copia cornu. Ubertas aurea *Ubertas.* Fertilis uber agri. Fertilis frugum pecorisque tellus, arva colonis quamvis avidis parentia: benigno proventu dominum ditantia, &c. *Virg. Ecl.* 4. *aureum sæculum orbi promittens.* Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna: Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ Ubera.—— Assyrium vulgò nascetur amomum: Molli paullatim flavescet campus aristâ Incultisque rubens pendebit sentibus uva: Et duræ quercus sudabūt roscida mella. *vide infrà* ÆTATIS AUREÆ *descriptionem, atque* NOTA *Poetas, dum in* Copia *describenda* CORNU *adferunt; respicere vel ad cornu illud quod capræ Amaltheæ* J*ovis nutricis fuisse fertur (de quo Ovid, in Fast*) *vel potius ad illud quod Acheloo ab Hercule detractum Nymphæ omni genere florum atque frugum impleverunt.* Copia *enim, ut docti observant, propriè commeatus est: & in nummis antiquis conspicitur* Cornu copiæ *plenum spicis, malis, uvis, aliisq; id genus, quæ ad victum pertinent. Quarum rerum copia quoniam Pace floret & abundat, Veteres* Pacem *frequenter cum hoc cornu exprimunt, Quod inter alios facit Seneca* Tragicus *in Med. Pacem his verbis designans*:

Martis sanguineas quæ cohibet manus,
Quæ dat belligeris fœdera gentibus,
Et CORNU retinet divite COPIAM.

ACCUSARE, & RI.

Arguere. Criminibus onerare. Querelis incusare. Sceleris arguere. Pœnas exposcere. Reum agere *vel* deferre. *Mart.* Ecce re- *Incusare.* um Carus te detulit. *Idem.* Et pavidos tristi voce citare reos. *Claud.* — —— non insidiator oberrat Facturus quemcunque reum, *Prop.* Communis culpæ cur reus unus agor? *Ovid.* 1. *Trist.* Divitiæque mihi non agere reus *Ibidem.* Et peragat populi publicus ore reus *Hyperm. apud eund.*

Quod

Quod manus extimuit jugulo dimittere ferrum, Sum rea laudarer, si scelus ausa forem.

ACCUSATUS.

Reus: *Epith.* Tristis, trepidus, sollicitus, miser, pallens, *&c.* Squallidus, squallens, sordidus, *&c.* Crimine delatus: criminis reus actus. *Ovid. de Claudia Vestali.* Casta quidem, sed non est credita; rumor iniquus Læserat, & falsi criminis acta rea est. Reus Squallore obsitus: Sordida mœstus togâ: intonsos respersus pulvere crines. *Mart.* Non rumpet altum pallidus somnum reus: *tuam sc. patroni opem implorans Idem l.* 2. Si det iniqua tibi turpem Fortuna reatum Squallidus hærebo pallidiorque reo. NOTA: Reis *olim in more fuisse, ut sordidâ veste, tum capillo barbâque prolixis atque incomptis squallorem sibi compararent, quo judices ad misericordiam moverent unde Mart. alibi* Barbam reorum *dixit, pro longa seu promissa. Et Ovid.* 4. *Fast. Claudiam Vestalem incestûs ream ac Berecynthiam appellantem, inducit* crine jacente, i. e. *sparso & incompto*

Submissóque genu vultus in imagine Divæ
Figit & hos edit CRINE JACENTE sonos:
Casta negor: Si tu damnas, meruisse fatebor:
Morte luam pœnas judice victa Deâ

ADOLESCENS.

Juventæ flore primævo vigens: Primâ ævi parte virens: Primo lascivus in ævo. Nec adhuc juvenis, Nec jam puer. *Ovid. de Narcisso.* Námque ter ad quinos unum Cephisius annum Addiderat, poterátque puer juvenísque videri. *Id.* 3. *Fast. ad Bacchum,* sive quod ipse puer semper juvenísque videris, Et media est ætas inter utrumque tibi. *Vide* JUVENIS & JUVENTUS. *Neque neglige, quæ illic ad calcem adnotamus.*

ADOLESCENTIA.

Ætas. *Epith.* Mollis, dulcis, facilis, tenera, *&c.* Prodiga; incauta, improvida, petulans, vaga, *&c.* Prima, primæva; florida, vernans, viridis, *&c.* Ætas mollis, & apta regi. *Virg.* Dum faciles animi juvenum, dum mobilis ætas. *Cat.* Jucundum cum ætas florida ver ageret.

Ante Barbam. *Claud.* Ante genas dulces quàm flos juvenilis inumbret, Oráque ridenti lanugine vestiat ætas. *Mart.* Dum nullâ teneri sordent lanugine vultus.

Cum prima toga: ——— Vestis cùm libera sumpta est. Et vitæ patuit liberioris iter. *Nam anno ætatis* XVIII *Romani pueri, depositis* Bullâ ac prætextâ, *simplicioris ætatis insi-*

gnibus, TOGAM *induebantur, quæ, quòd illos à custode, sive Pædagogo eximeret*. Libera *Poëtis dicta est. Atque his notis Adolescentiam inter alios designat Propertius lib*. 4.

Mox ubi BULLA rudi dimissa est aurea collo,
Matris & ante Deos LIBERA sumpta toga est, *&c*.

ADULATOR.

Epith Subdŏlŭs, blandŭs, mellĕŭs, fictŭs, blandĭlŏquŭs, *&c*. Omnia verborum lenocinia doctus. Dulcibus verbis instructus. Byssina verba loquens. Hyblæo potiora melle verba propinans. Ad gratiam loquens. Palpum obtrudens. Servum pecus. Divitis culinæ auceps. Elegantioris fortunæ comes. Vendens vanos circum palatia fumos. —— qui se componit ad omnem Majoris nutum, vitiisque impertit honesta Nomina virtutum. Moribus omnibus inserviens. Principi ad omne exmplum se componens, personam mutans, *&c*. Omnia dilaudans verbis compositis, fallaci ore, subdolâ linguâ. *Iuven. sat*. 3. Quid, quod adulandi gens prudentissima, laudat sermonem indocti, faciem deformis amici. *Cæterùm adulatores hos mimos ac secundarios suis coloribus depictos videre potes in* GNATHONE *illo Terentiano, à quo domum assentatores omnes & Parasiti* Gnathones *dicti sunt*.

Est genus (*inquit*) hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt.
Nec sunt: hos consector: hisce ego non paro me, ut rideant.
Sed eis ultrò arrideo, & eorum ingenia admiror simul.
Quidquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque.
Negat quis, nego: ait, aio: postremò imperavi egomet mihi
Omnia assentiri. Is QUÆSTUS NUNC EST MULTO UBERRIMUS.

Scurra Ridiculus *Epith*. PARASITUS. Edax, ĕsŭriens, blandŭs, lŏquax, infidŭs, *&c*. Auceps culinæ, Mensarum assecla. Unctæ tractus nidore culinæ. Lautioris fortunæ comes. Ventris mancipium. Cœni peta. Cui mille placendi artes. Scurra. nugator, ridiculus. *Horat*. Scurra vagus, qui non certum præsepe teneret. Pernicies & tempestas, barathrúmq; macelli. Scurras *Romani labente Repub. vocârunt, qui divites totâ urbe, unctioris fortunæ ac cœnæ ca usâ sectabantur eôsq; nunc vernili dicacitate oblectando, nunc verbis subdolis palpando, quæstum exercebant, omnia ad gratiam loquentes, ac facientes*.

Unde

nde est apud Horat. Scurrantis speciem præbere. i. e. *neglect à veritate (quam verus amicus cordi habet) dulcia ac placitura loqui: Epist.* 18. *Vbi paucis te docebit, quid inter amicum & adulatorem intersit.*

Si benè te novi, metues, liberrime Lolli.
Scurrantis speciem præbere, professus amicum.
Ut matrona meretrici dispar erit, atque
Discolor; infido SCURRÆ distabit AMICUS.

ÆDIFICARE.

Templi, domûs, turris, urbis fundamenta *vel* fundamina locare, jacere, ponere. Muros *vel* murorum moles attollere, cœlo educere, erigere. Tecta condere, exstruere, locare, constituere. Muros moliri, ducere, jacere. *Virg.* Quid prohibet muros jacere, & dare civibus urbem? *Id.* 4. *Georg.* Eligitur locus, nunc angustique imbrice tecti. Parietibúsque premunt arctis, & quatuor addunt. Quatuor à ventis obliquâ luce fenestras. *Claud.* —nova culmina totis Ædificat ripis, & sævum gentibus amnem, Tibridis in morem, domibus prævelat amœnis. *Mart. lib.* 9. Gellius ædificat semper: modò limina ponit, Nunc foribus claves aptat, enítque feras: Nunc has, nunc illas mutat reficítque fenestras. *Vide infrà* CACUMEN, DOMUS MAGNIFICA, URBEM CONDERE,

ÆDIFICIA.

Sive

STRUCTURÆ TOTO ORBE CELEBERRIMÆ, *quibus Poetæ magnifica quæque opera conferre aut etiam præferre solent*

1. PYRAMIDES ÆGYPTI, *sive structuræ lapideæ, quas sibi in tumulos Ægypti Reges erigebant, ad inanem divitiarum ostentationem.* Pyramidum sumptus ad sidera ducti *Lucan.* 8. Cùm Ptolomæorum manes seriémque pudendam Pyramides claudant. *Mart.* Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis. *Papin.* ——————— audacia saxa Pyramidum.

2. TURRIS PHARIA *altitudine & structurâ eximia: unde nocturni ignes nautis accendebantur. erecta in* Pharao *Ægypii insula, non procul ab Alexandria; unde illa Lucano l.* 19. *dicitur* ——Pelleis proxima muris. *Id. lib.* 9. Septima nox, Zephyro nunquam laxante rudentes, Ostendit Pharais Ægyptia littora flammis.

3. MURI BABYLONIS, *quos Semiramis condidit coctilibus later-*

latereculis 200. pedum altitudine, latitudine verò 50. adeò, ut quadrigas inter se occurrentes reciperent. Cui operi insudarunt trecenta hominum millia Vnde Mart. Assiduus jactet nec Babylona labor. *Ovid* 4. *Met.* ——— ubi dicitur altam Coctibus muris cinxisse Semiramis urbem. *Propert. lib.* 3. Et duo in adversum misit per mœnia currus, Ne possent tacto stringere ab axe latus.

4. TEMPLUM DIANÆ EPHESIÆ *factum à tota Asia ducentis & 20. annis Operi præfuit Ctesiphon: quâdam verò nocte incendit Herostratus, tantum ut hoc facinore nominis immortalitatem sibi compararet. Martial.*
Nec Triviæ templo molles laudentur Jônes.
Curt. ——— Ephesæque immania templa Dianæ,
Templa quaterdenis non plenè condita lustris.

5. MAUSOLÆUM, *nobilissimum monumentum, quod Artemisia Cariæ Regina Mausolo marito struxerat. Propert.* Nec Mausolæi dives fortuna sepulchri mortis ab extrema conditione vacat. *Mart.* Aëre nec vacuo pendentia Mausolæa Laudibus immodicis Cares in astra ferant. *Sabell.* Nec sileat Pharios jam barbara Memphis honores: Æternumq; sui memores pia busta tyranni Caria dives opum.

6. COLOSSUS SOLIS *apud Rhodios, ex ære* 70. *cubitorum altitudinis, cujus pollicem pauci amplecti poterant. Mart.* Miri radiata Colossi Moles. quæ Rhodium vincere gaudet opus. *Papin.* ——— Tua sidereas imitantia flammas Lumina, contempto mallet Rhodos aspera Phœbo. *Loquitur uterque de Aenea Domitiani statua, eamque Rhodio illi Colosso anteponit.*

7. SIMULACHRUM JOVIS OLYMPICI, *quod Phidias Atheniensis sculptor fecit ex ebore. Papinianus ad Domitiani Colossum:* Oprassetque novo senior te ponere templo Atticus, Elæi similem Jovis. *Propertius autem l.* 3. *non simulachri, sed templi ipsius Olympici structuram inter admiranda ponit.*
Nam neque Pyramidum sumptus ad sidera ducti,
Nec Jovis Elæi cælum imitata domus &c.

Atque hæc est illa Operum mirabilium (ut in Mosella Ausonius appellat) Hebdomadas: sive, ut vulgò loquebantur, Septem mundi miracula. *Nisi quòd quidam loco Turris Phariæ* Cyri Medorum regis domum *recensent. Quibus omnibus tamen Martialis antepònit* Amphitheatrum, *Roma ab Imper. Vespasiano inchoatum, & mox à Tito filio suo perfectum ac dedicatum.*

Omnis CÆSAREO cedat labor AMPHITHEATRO:
Unum re cunctis Fama loquatur opus.

ÆDIFICANDI PERITI
sive,
ARCHITECTI PRÆ RELIQUIS NOBILES.

1. DÆDALUS *Epith.* Callidus, doctus, cæcöpĭus, ingĕnĭōsus. Labyrinthi fabricator. *Auson.* Non hæc spernat opus Gortynius aliger, ædis Conditor Euboicæ. Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis: Præpetibus pennis ausus se credere cælo. *Vide* LABYRINTHUS *infrà.*

2. MENECRATES *Ephesinus, architectus eximius, olim scriptis etiam clarus*, &c.

CTESIPHON, *qui Templum Dianæ extruxisse traditur. Vtrumque ab Ausonio designari puto in Mosella, quamquam Scaliger ad unum Menecratem spectare velit. Verba sunt:*

——hic clari viguêre Menecratis artes,
Atque Ephesi spectata manus.

3. EPEUS *Endymionis filius, quem fabulæ volunt ædificatorem fuisse equi lignei, quo Troja prodita est. Meminit ejus Virg. 2. Æneid. enumerans omnes, qui in equo delituerant.*

Et Menelaus, & ipse doli fabricator EPEUS.

4. PHILO *Atheniensis (cujus meminit Plinius l. 7. c. 37.) qui in Piræo nobile illud mille navium armamentarium construxit, &c.*

ARICHIMEDES *Syracusanus, qui urbem suam diu contra Marcellum ingeniosissimis machinis defendit. Conjungit utrumque Ausonius, ubi suprà.*

Nec PHILO Cecropius, nec qui laudatus ab hoste
Clara Syracusii traxit certamina belli.

AER.

Epith. Mōbĭlĭs. ăgĭtābĭlĭs, lĕvĭs, mollĭs, cēdens, văgus, văcŭus. *&c.* Clārus, sĕrēnus, līquĭdus, nĭtĭdus, tĕnŭis, iĕnĕr, *&c.* Hūmĭdus, ĭmbrĭfer, mădens, frĭgĭdus, plŭvĭus, nūbĭlus, densus, *&c.* Aëriæ *vel* ætheriæ plagæ, domus, oræ. aërii tractus, campi. Auræ ætheriæ, aëriæ, volucres, &c. *Virg.* super ætherias errare licentiùs auras. *Horat.* Aërias tentasse domos. Æther: Æthra: ætherîs spatia. *Virg.* ——— liquidum trans æthera vectæ. Illa levem fugiens secat æthera pennis. *Id.* Námque volans rubra fulvus Jovis ales in æthra. *Sil* ——liquida non ullis nubibus æthra. ÆTHER & ÆTHRA *Poetis nunc pro aëre. nunc pro cælo usurpantur propter vicinitatem. Aliàs idem est quod elementum ignis locatum à primo rerum auctore inter cœlum & aerem, sicut* AER *inter terram & Ætherem Lucan. lib.* 4. *Aurora* *Æther* *Æthra*

Conge-

——— ———congeſtúmque AERIS atri
Vix recipit ſpatium, quod ſeparat ÆTHERE terram.

Inane *Epith.* vaſtûm, vacûûm, magnûm, &c. *Virg. lib.* 7. magnum per inane volutus. *Tib. lib.* 4. Jupiter ipſe levi vectus per *Inania* inania curru Affuit. *Lucan. lib* 9. *de Vento.* ——— ſcuta virorum Piláque contorſit violento ſpiritus actu, Intentúsque tulit magni per inania cœli, id eſt, *per aerem His ſimilia ſunt apud Virg.* In vacuum: per purum: per ſudum: ſuper ardua.

Nubes, Aſtra. Cœlum. *Virg. lib.* 3. *Georgic.* Ipſis eſt aer avibus non æquus, & illæ Præcipites alta vitam ſub nube relinquunt. *Idem* 5. *Æneid.* Decidit exanimis, vitámque reliquit in aſtris *Id. lib.* 6. Terræque, tractúsque maris, cœlúmque profundum. *Lucan. lib.* 6. Traxit iners cœlum fluidæ contagia peſtis Obſcuram in nubem. NOTA, *ſicut cœlum latini frequenter pro aere ponunt, ita pro cœlo (atque adeo pro aere) Jovem uſurpare Poetis o-*

Jupiter. *mnibus, Græcis ac Latinis eſt uſitatiſſimum. At que ecce teſtimonia, Virg.* 1. *Georgic.* — Jupiter humidus Auſtris. *Id. lib.* 2. Et jam maturis metuendus Jupiter uvis. *Horatius lib.* 3. *Od.* 10. *de Cœlo ſive aere hiberno, qui quò purior. hòc ſolet eſſe frigidior :*

Audis, quo ſtrepitu janua, quo nemus
Inter pulchra ſitum tecta remugiat
Ventis? & poſitas ut glaciet nives
Puro numine Jupiter?

ÆTAS

Ævi. Fūgĭtīva, răpĭda, vŏlŭcris, lūbrĭca, vēlox, *&c.* ĕdax, invĭda ăvĭda, *&c.* ſingula vertens, perdens, rapiens, aufferens, rapido curſu conterens, &c. *Virg.* Omnia fert ætas, animum quoque cito pede fugiens. &c. *Ovid.* Utendum eſt ætate, cito pede labitur ætas. Ævum præpes, velox, *&c.* Ævi ſpatium *Virg.* Variúsque labor mutabilis ævi. Anguſti terminus ævi. *Vid. infrà* ANNUS, TEMPUS, VITA, HORA, *&c.*

IV. ÆTATES MUNDI.

ÆTAS PRIMA, quæ & AUREA.

Ex Ovid. Metam. l. 1. *& Tibull. c.* 1. *Eleg.* 3.

AUREA prima ſata eſt ÆTAS, quæ vindice nullo
Sponte ſuâ, ſine lege, fidem rectúmque colebat.
Pœna metúſque aberant, nec verba minacia fixo
Ære ligabantur, nec ſupplex turba timebat
Judicis ora ſui, ſed erant ſine judice tuti.
Nondum cæſa ſuis, peregrinum ut viſeret orbem,

Monti-

Montibus, in liquidas pinus descenderat undas:
Nulláque mortales; præter sua, littora nôrant,
Nondum præcipites cingebant oppida fossæ:
Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non ensis erat, sine militis usu
Mollia securæ peragebant ocia gentes,
Ipse quoque immunis, rastròque intacta, nec ullis
Saucia vomeribus per se dabat obvia tellus:
Contentíque cibis nullo cogente creatis
Arbuteos fœtus, montanáque fraga legebant,
Cornáque & in duris hærentia mora rubetis,
Et quæ deciderant patulâ Jovis arbore glandes.
Ver erat æternum placidíque tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
Nec renovatus ager gravidis canebat aristis.
Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant,
Flaváque de viridi stillabant ilice mella.

QUAM BENE Saturno vivebant rege, priusquam
  Tellus in longas est patefacta vias!
Nondum cæruleas pinus contempserat undas,
  Effusum ventis præbueratque sinum.
Nec vagus ignotis repetens compendia terris
  Presserat externâ navita merce ratem.
Illo non validus subiit juga tempore taurus,
  Non domito frœnos ore momordit equus.
Non domus ulla fores habuit, non fixus in agris
  Qui regeret certis finibus arva, lapis.
Ipsæ mella dabant quercus, ultróque ferebant
  Obvia securis ubera lactis oves.
Non acies, non ira fuit, non bella: nec ensem
  Immiti sævus duxerat arte faber.

Secunda Ætas, quæ & ARGENTEA dicta est, sub Jove.

Postquam Saturno tenebrosa in Tartara misso
Sub Jove mundus erat, subiítque argentea proles
Auro deterior, fulvo pretiosior ære.

Ætas tertia, sive ÆREA

Tertia post illam successit ahenea proles
Sævior ingeniis, & ad horrida promptior arma,
Non scelerata tamen ——— ———

Ætas quarta, quæ & FERREA.

———de duro est ultima ferro.
Protinus irrupit venæ pejoris in ævum
Omne nefas fugêre pudor, rectúmque Fidésque
In quorum subiêre locum Fraudésque dolíque,
Insidiæque, & Vis, & Amor sceleratus habendi.
Nec tantùm segètes, alimentáque debita dives
Poscebatur humus; sed itum est in viscera terræ,
Quásque recondiderat, Stygiísque admoverat umbris,
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
Jámque nocens ferrum, ferróque nocentius aurum,
Prodierat; prodit bellum, quod pugnat utroque,
Sanguineáque manu crepitantia concutit arma.
Vivitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus.
Non socer à genero: fratrum quoque gratia rara est,
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti:
Lurida terribiles miscent aconita novercæ.
Victa jacet pietas: & Virgo cæde madentes
Ultima cælestûm terras Astræa reliquit.

Vides has ÆTATES *mores hominum sequi, prout hi à prima illa aurei sæculi innocentia per quosdam veluti gradus, magis magisque in deterius abivêre donec ad quartam sive* FERREAM *deventum est malorum omnium ac scelerum metam. Quâ tamen non contentus Juvenalis (quòd eam longè ab avi sui malitia superari cerneret) aliam insuper adjungendam putavit.* Nonam *à numero indigitans, Græcos scilicet secutus auctores, qui ad* VIII. *usque Ætates agnoscunt, atque à variis metallis tam perfectis, quàm imperfectis, sive mixtis denominant. Nos Latinorum vestigiis insistentes* Quintam *dicere possemus:*

Nona ætas agitur, pejoráque sæcula ferri,
Temporibus; cujus sceleri non invenit ipsa
NOMEN, & à nullo posuit Natura METALLO.

AGER.

Epith. Pinguĭs, dīvĕs, fĕrax, ūbĕr, fertĭlĭs, fœcundus, bĕnīgnus, lætus, almus, *&c* Cultus, ămœnus, vĭrens, rĭgŭus, irrĭgŭus, herbōsus, grāmineus, frūgĭfer, vernans. *&c* Latus, pătŭlus, pătens, ăpertus, ăprĭcus, *&c* Gramine vestitus: oneratus messibus: arboribus consitus, *&c.* Divitis uber agri. *Ovid.* Præbeat Alcyoni poma benignus ager. *Horat. de Rustico.* Cultor virentis agelli. *Virg.* ——— laudato ingentia rura, exiguum colito. *Id.* Qualis apes, æstate novâ, per florea rura Exercet sub sole labor.

Agellus.

Rus. *Epith.* Pinguĕ, fĕrax, pōmĭfĕrŭm, ŏlīvĭfĕrŭm, vĭtĭfĕrŭm, frūgi-

frūgĭfĕrūm, Cĕrealĕ,&c. *Vide* AGER. Arva messibus flaventia; arboribus consita, &c. *Sil*, Dos uberis arvi. *Lucan.* Arvum.
——frugiferis est insula nobilis arvis. *Tib.* Dum subigunt steriles arva serenda boves. *Virg.* Fortunate senex, ergo tua rura manebunt: Nos patriæ fines & dulcia linquimus arva.

Tib. de divite: Et teneas culti jugera magna soli. *Contra Virg.* —— cui p[illegible] relicti Jugera ruris erant. *Horat. de Scythis*: Immetata [illegible]bus jugera liberas, fruges & Cererem ferunt. Iugera.

Claud. —— duras sulcis mollire novales. *Virg.* Impius hæc tam culta novalia miles habebit? Novalia.

Epith Pătens,pătŭlus, ăpertus, ăprīcus, jăcens, diffūsus &c. Pinguis,ŏpīmus,frūgĭfĕr,fĕrax &c *Vide* AGER. Vestiti gramine campi *Mart* —— —— diffusi jugera campi. *Ovid.* Purus ab arboribus,spectabilis undique campus. *Sil. in curuli certamine.* Discordes sternuntur equi: quatit æquore aperto Lora suis victor. *Virg.* 1.*Georg.* —— prius ignotum ferro quàm scindimus æquor,id est, *Prius quàm aratro campum invertere aggredimur. Nam* ÆQUOR *dicitur, quidquid æquum est & planum. Vnde ad* mare *transfertur, quo nihil magis fusum est & æquabile, ubi à ventis quietum est, deinde ad* căpum,*qui neque montibus emineat, neque vallibus subsidat.* *Virg* 3. *Georg. de equo* —— —— tum cursibus auras Campus. Æquor.

Provocet,& per aperta volans cui libet habenis
ÆQUORA, vix summâ vestigia ponat arenâ.

Porrò NOVALIS *à novando dicitur, ager, qui alternis seritur, alternis cessat, mox aratro renovandus. Accipitur interdum à Poëtis pro quolibet agro, interdum propriis notis distinguitur, ut apud Virg.* 1 *Georg.*

Alternis idem tonsas cessare novales,
Et segnem patiere situ d[illegible]ere campum.

AGRICOLA.

Epith. Dūrus,indŏmĭtus,fortis, rōbustus, rūdĭs,hĭrsūtus, &c. Impĭgĕr,sĕdŭlus, vĭgĭl,sōlers,gnāvus, &c. Cultor veteris agelli Arva colens Rustica pubes,attritis docta ligonibus versare glebas. Rusticus: rustica turba. *Tibull.* Fortis arat valido rusticus arva bove. ruris colonus. *Ovid.* Dura lacertosi fodiebant arva coloni. *Propert. lib.* 3. Felix agrestûm quondam pacata juventus, Divitiæ quorum messis & arbor erant. Ruricola. Rusticus. Colonus. Agrestis. Arator.

Epith. Curvus,dūrus,rōbustus,&c. *Vide* AGRICOLA Curvi mode-

tauros aratro adjungit, onere supponit, sub juga ducit. *Virg.* Robustus quoque jam tauris juga solvet arator. *Tibull.* Agricolæque modo curvum sectarer aratrum. Dum subigunt steriles arva serenda boves. *Ovid. de sæculo aureo.* Signabat nullo vomere fossor humum.

AGRICOLÆ ARMA.

Observa *Latinis dici* ARMA, *cujuscunque artis instrumenta, ut Græcis* ὅπλα. *Ita culina supellectilem Plautus vocat* Arma coquinaria. *Plinius stylum ac pugillares* Arma scribentium. *Virgilius non minor latinitatis artifex, quàm judiciosus Poeta lib.* 5. *Æn. in re nautica*: Colligere ARMA jubet, validísque incumbere remis. *Idem aratrum plaustrum, trahas, rastros, tribula, crates, vannum, appellat* Arma agrestium *l.* 1. *Georgic.*

Dicendum & quæ sint duris agrestibus ARMA.
Queis sine nec potuêre seri, nec surgere messes.
VOMIS, & inflexi primum grave robur ARATRI,
Tardáque Eleusinæ matris volventia PLAUSTRA,
TRIBULAque, TRAHÆque, & iniquo pondere RASTRI.
Arbuteæ CRATES, & mystica Vannus Iacchi.

I. ARATRUM.

Epith. Curvŭm, incurvŭm, flexŭm, rustĭcŭm, uncŭm, ădūncŭm, dūrŭm, vălĭdŭm, grăvĕ, *&c.* pressŭm, impressŭm, dēpressŭm, prōnum, rūrĭcŏlŭm, *&c.* Terram renovans, glebas vertens. *Ovid* Pondus aratri. *Virg.* Incurvi grave robur aratri *Ovid. de Jasone tauros subjugante.* Suppositósque jugo pondus grave cogit aratri Ducere, & insuetum ferro proscindere campum. *Id.* 4. *Tr.* Tempore, ruricolæ patiens fit taurus aratri, Præbet & incurvo colla premenda jugo. *Tib.* Primus aratra manu solerti fecit Osiris, Et teneram ferro sollicitavit humum. ARATRI *Partes sunt*: BURIS *sive curamen quod vomerem accipit*: STIVA, *id est, manica, qua aratrum dirigitur*: DENTALE, *id est lignum, ad quod vomer includitur*: JUGUM *denique &* TEMO, *de quibus Virg. in aratri structura* 1. *Georgic.*

Continuó in sylvis magnâ vi flexa domatur
In BURIM, & curvi formam accipit ulmus aratri.
Huic à Stirpe pedes TEMO porrectus in octo,
Binæ aures, duplici aptantur DENTALIA dorso.
Cæditur & tilia antè JUGO levis, altàque fagus,
STIVAque quæ currus à tergo torqueat imos.

2. VOMER.

Epith. Uncus, aduncus, ferreus, durus, rigidus, pronus, pressus, impressus, attritus, splendens, *&c.* Terram scindens, terram exercens, Uncum ferrum, Uncus dens. Vomeris dens. *Ovid.* Dens patientis aratri. *Virg.* Ipsa satis tellus, cum dente recluditur unco, *&c. Id.* Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro ingemere & sulco attritus splendescere vomer. *Ovid.* Colla jubet domitos oneri supponere tauros, Sauciet ut duram vomer aduncus humum. *Idem epistolâ* 12. *vomerem pro aratro posuit Synonymicos, in persona Medea Iasonem alloquens*:

Dixerat interea tibi Rex, ut dura ferorum
insolito premeres vomere colla boum.

3. LIGO.

Epith. Longus, durus, rigidus, attritus, jactatus, *&c Ovid.* Sarculáque, rastrique graves, longique ligones. *Id.* Cùm bene jactati pulsârunt arva ligones. *Horat.* —— Sabellis docta ligonibus versare glebas.

4. RASTRI.

Epith. Curvi dentati, tenaces, validi, graves, rigidi, *&c Virg.* —— falcem, rastrósque tenaces. *Id.* —— assiduis terram insectabere rastris. *Ovid.* Turpis & agricola, qui vomere semper adunco: Et gravibus rastris sub Jove versat humum. *Virg.* 1 *Georg.* —— & iniquo pondere rastris; id est *supra modum graves; quasi æquum sive legitimum pondus excedentes. Eâdem significatione usurpavit vocem* injustus *lib.* 3. *Georg de Romano Milite, cui ad bellum eunti præter multiplicia arma portanda erant dimidiati mensis cibaria.*

Non secus ac patriis acer Romanus in armis
Injusto sub fasce viam cùm carpit, *&c.*

5. PLAUSTRUM.

Epith. Grave, tardum, volvens, stridens, stridulum, gemens, quêrulum, rusticum, *&c. Virg. de vacciis fœt is.* Non illas gravibus quisquam jura ducere plaustris sit passus. *Id.* Contentâ cervice trahunt stridentia plaustra. *Id.* 11. *Æneid.* Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos. *Ovid.* Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit. PLAUSTRUM *vehiculum rusticum, signatè* tardum *&* stridulum *dicitur auctoribus quia rudi asciâ dolatum cum molimine volvitur, non currit aut volat.* In Eleusinæ matris, *id est, Cereris usu vel tutela*

ponit

ponit Virgilius. quod hæc Dea Eleusi, urbe Attica, prima homines agriculturam docuisse perhibetur, inter cujus instrumenta & Plaustrum. Ita 1. Georg.

Tardáque Eleusinæ matris volventia plaustra.

AGRUM SUBIGERE *vel* INVERTERE.

Arare. Terram, arva, solum, humum, glebas; juvencis, aratro, vomere, ligone; rumpere, frangere, scindere, proscindere, findere, convellere, vertere, versare, invertere, sollicitare, exercere, insectari, domare, moliri, *&c.* Terram aratro signare, sauciare, sulcare Ferro proscindere campum. Telluri infindere sulcos. *Virg.* ——— Scindere terram. Et campum horrentem fractis invertere glebis. — Validis terras proscinde juvencis. *Ovid. de sæculo aureo.* Ante Jovem nulli subigebant arva coloni, Signabat nullo vomere fossor humum, ——— rastrísque intacta, nec ullis Saucia vomeribus per se dabat omnia tellus. *Idem.* Prima Ceres unco glebam dimovit aratro. *Idem.* Tunc patitur cultus ager, ac renovatur aratro. *Cat.* Rura colit nemo, mollescunt colla juvencis: Non humilis curvis purgatur vinea rastris; Non glebam prono convellit vomere taurus. *Virg.* Exercete viri tauros, serite hordea campis. *Ovid.* Ducere araturos sub juga tarda boves. *Vide suprà* AGRICOLA & AGRICOLÆ ARMA. *Et infrà* BOS, JUVENCUS, JUGUM.

AMBITIO.

Epith. Impŏtens, vēsāna, cæca, dēmens, mălа, prāva, scĕlĕrāta, mălĕsuāda, *&c.* Vāna, lĕvis, ĭnānis, sollĭcĭta, crĕtāta, *&c.* Semper pendula, nunquam saturata *vel* quieta, cæca superbi pectoris ambitio. *Ovid.* ——— levis ambitio, perfusáque gloria fuco. *Hor. de animi vitiis.* Ambitione malâ, aut argenti pallet amore Imperii sitis, regnandi dira libido: consortis impatiens. *Papin.* ——— jurisque secundi Ambitus impatiens, & summo dulcius unum Stare loco, *Lucan.* ——— impellens quidquid sibi summa petenti Obstabit, gaudénsque viam fecisse ruinâ. Cujus causâ (*ut hæc Senecæ verbis consignem*)

Fumant tot urbes, bella tot gentes gerunt,
Eversa ab imo regna tot populos premunt.

Ambitiosus. *Epith.* Impătiens, sollĭcĭtus, inquies, cæcus, crĕtātus, *&c.* *Vide* AMBITIO: Mendicus honorum: foribus potentum excubans: captat popularis auras. *Seneca de Ambitioso* Illum populi favor attonitum Aurâ tumidum tollit inani; Urit misce-

miſerum gloria pectus. *Idem de eo, qui ruris quietem curis urbanis praefert,* Non illum avaræ mentis inflammat furor; Non aura populi, & vulgus infidum bonis: Non ille regno ſervit, aut regno imminens Vanos honores ſequitur, aut fluxas opes. AMBITUS *ab ambiendo dictus eſt, quòd, qui Magiſtratus in libera Rep. petunt, populum (cujus hi ſuffragio dantur) circumeant, ut ejus favorem nominatim quemque captando in comitiis auferant. Quod qui apud Romanos actitabant, veſte candidiſſimâ utebantur, addito in eam albo ſive cretâ, quo magis ſplenderet. Hinc* Candidati *dicti, & ipſa ambitio Perſio* cretata. *Satyr.* 5.

Jus habet ille ſui, palpo quem ducit hiantem
CRETATA Ambitio?————

AMICITIA.

Epith. Sancta, fida, firma, longa, vĕtuſta, ſincēra, ſuāvis, dulcis, *&c* Amicitiæ fœdus. Longa fides. Amicitiæ longæ conſtantia, Amicitiæ nexus, nodus, ſacra vincula. Amicitiæ uſus. Longa conſuetudo. *Ovid.* 3. *Triſt. Ecl.* 5 Uſus amicitiæ tecum mihi parvus. *Id.* Fœdus amicitiæ non vis, chariſſime noſtræ, Nec ſi fortè velis, diſſimulare potes, Donec enim licuit, nec te mihi charior alter; Nec tibi me totâ junctior urbe fuit, *&c.* Hic tenor, hæc viridi concordia cœpta juventâ Venit ad albentes illabefacta comas. *Id.* Penè mihi puero cognite penè puer. ——— vetuſtâ Penè puer puero junctus amicitiâ. *Atque hanc in prima illa ætate inter pueros adhuc cultam,* Amicitiam, *ſive vitæ conſuetudinem, eleganter* prætextatam *appellavit Epigrammatographus: à* prætexta. *veſtis genere, pueris ingenuis apud Romanos, uſque ad annum Tyrocinii, ſive ætatis decimum ſeptimum, geſtari ſolito. Vnde &* ÆTAS prætextata *Gellio l.* 1. *pro* puerili. *Locum Martialis habes lib.* 10. *Epigramm.* 20.

Tu mihi ſimplicibus, Mani, dilectus ab annis,
Et prætextatâ cultus amicitiâ.

AMICUS.

Epith. Sŭāvis, dulcis, chārus, dīlectus, fīdus, candĭdus, certus, vērus, ſincērus, nōn dŭbĭus, *&c.* Longo cognitus uſu, Primis junctus ab annis. Longo devinctus amore, Fidum pectus. Fidiſſima nomina. *Hor.* ——bene mutuis Fidum pectus amoribus. Animæ dimidium meæ, Magna pars animæ; deſiderii pars maxima. *Ovid.* 3. *Triſt.* —— ô nobis uſu junctiſſime longo, Pars deſiderii maxima pene mei. O penitus toto corde recepte mihi, Tu noſtrarum quondam fiducia rerum

rum, Qui mihi confugium, qui mihi portus eras. Amicorum primus, princeps, caput, antistes, *&c*. Charus in primis: dilectus inter sors prima sodales. Charos non ultimus inter amicos, *&c*.

Sodalis Convictu, consuetudine, jure sodalitii junctus. *Ovid.* 1. *Trist.* Quid, nisi convictu, caussisque valentibus essem, Temporis & longi junctus amore tibi? Quid nisi tot lusus, & tot mea seria nôsses? *&c*. O mihi non dubios inter numerande sodales. O mihi post ullos nunquam memorande sodales: O cui præcipuè sors mea visa sua est. *Id*. Quosque ego dilexi fraterno more sodales, O mihi Thesea pectora juncta fide. *Horat l* 1. *serm*. —— animæ, quales neque candidiores Terra tulit, neque queis me sit devinctior alter.

AMICORUM PARIA.

Crebrò à Poëtis ad extollendam amoris mutui magnitudinem vel constantiam usurpari solita.

1. CASTOR *&* POLLUX *fratres, Ledæ filii: hic ex Iove, ille ex Tyndareo. Hinc* Castor *mortalis*, Pollux *immortalis. Sed* Pollux *à Iove precibus contendit, ut immortalitatem, quam solus ipse possidebat, cum fratre ex æquo communicare posset, quod impetravit. Itaque alternis annis vel (ut alii) diebus, hic in cœlis, alter apud inferos versari creditur. Vnde* Virgilius *hanc eorum migrationem sive vicissitudinem* alternam mortem *appellavit lib.* 6. *Æneidos.*

Si fratrem Pollux alternâ morte redemit
Itque reditque viam toties: *sc. à Superis ad inferos.*

2. MENELAUS *&* AGAMEMNON, *Atrei filii, à quo* Atridæ *dicti sunt: constantissimo amore invicem devincti, quos ad priores illos adjungit Ovid* 1. *de Pont. Eleg.* 8.

Adde, quod est frater tanto mihi junctus amore,
Quantùm in ATRIDIS, TINDARIDISque fuit.

3. PYLADES *&* ORESTES, *de quibus latè Ovid. lib.* 4. *de Pont. Eleg* 4. THESEUS *&* PIRITHOUS, *de quibus infrà. Meminit utriusque partis Martialis lib.* 7. *in Maledicum.*

Te fingente nefas PYLADEN odisset ORESTES,
THESEA PIRITHOI destituisset amor.

4. ACHILLES *&* PATROCLUS, *quorum his à Patre* Menœtiades. *ab Avo* Actorides *Ovidio dicitur*: NISUS *&* EURIALUS, *quorum amorem immortali carmine celebravit Virgilius divina Æneid. l.* 9 DAMON *&* PYTHIAS *juvenes Pythagorai, quorum meminit in Epistolis Ausonius, De quibus omnibus*

bus consule Dictionarium Historicum. Patrocli, Pyladis, Thesei, Euryali *meminit Ovid. in Epistola l. I. Trist. his verbis domini amicum compellans:*

Te tamen (ô si quid credis mihi) charius ille
Omnibus in toto pectore semper habet:
Teque MENÆTIADEM, te, qui comitavit Orestem,
Te vocat ÆGIDEN, EURYALUMQUE suum.

AMOR.

Dulcis, *epith.* blandus, jūcundus, suāvis, grātus, tĕnĕr, *&c.* Magnus, ingens, flāgrans, ācĕr, fervĭdus, impŏtens, indŏmĭtus, fervens, *&c.* Sollicitus, sēdŭlus, gnāvus, tĭmĭdus, vĭgĭl, ingĕniōsus, *&c.* Sævus, ferus, crūdēlis, insānus, vēsānus, ægĕr, mĭsĕr, mălēsānus, *&c.* Corda fatigans: Pectus adurens: Stimulos sub pectore versans, *&c.* Flammis, igne, ardore, face, pectus succendens; præcordia inflammans, urens medullas, *&c.* Amoris flamma, ignis, pectoris æstus, ardor.

Vis amoris *Virg.* —est mollis flamma medullas. *Ovid.* Interea tacitæ serpunt in viscera flammæ, *Prop. l. 3.* Veteres custodit in ossibus ignes. *Tiburt.* Ardorem cupiens dissimulare meum. *Propert.* Quàm possim nostros alio transferre calores. *Horat. l. 3.* Me torret face mutuâ. *Propert. l. 1.* Semper in absentes felicior æstus amantes. *Ignis. Ardor. Calor. Fax.*

AMOR HONESTUS.

Epith. Lēgĭtĭmus, castus, pūrus, pŭdĭcus, candĭdus, sincērus, fĭdus, *&c.* Ardor non tacendus, non pudendus. Legitimæ faces. Amoris vincula. Legitimo fœdere junctus amor: pectori inhærens; fixus manensque. Venus casta, sancta, *Sen. Hipp.* Cui sancta parvis habitat in tectis Venus. Mediumque sanos vulgus affectus tenet? *Horat. l. 1.* Felices ter & amplius, Quos irrupta tenet copula, nec malis Divulsus querimoniis Suprema citius solvet amor die. *Vide supra* AMICITIA *& infrà* CONIUGIUM.

AMOR INPUDICUS.

Epith. Turpis, mălĕsuādus, impRŏbus, cæcus, fœdus, spurcus, incestus *&c.* Sævus, vēsānus, &c. *Vide suprà* AMOR. Cupidinis tela. Paphiæ faces. Flammæ Idaliæ, Dioneæ Cypridis ignes, Venus damnosa, insana, incesta. *Sen. Hipp.* Moresq; castos Venere non casta exuet. Cupidineæ sagittæ. Cæci amoris spicula. Furiosa libido, *&c. Virg. 4. Aen.* At regina gravi jam dudum saucia curâ Vulnus alit venis, & cæco capitur

 igni.

igni. *Ibid.* Ardet amans Dido, traxitque per ossa furorem. *Sen. Hipp.* Torretur æstu tacito, & inclusus quoque Quamvis tegatur, proditur vultu furor. *Ibid* Labitur totas furor in medullas, Igne furtivè populante venas: Non habet latam data plaga frontem, &c. *Vide infrà* LIBIDO.

DII.

AMORUM PRÆSIDES.

Ab amantibus invocari, placari, interdum accusari, ac querelis onerari soliti.

I. VENUS.

Cytherea. Cytheréia. Cytherëis. Dione. Cypris. Amathuntia. Erycina.

Epith. Diva, alma, formōsa, pulchra, blanda, tĕnĕra, candida, dĕcōra, ridens, jŏcōsa, &c. Mollis, sŏlūta, turpis, prŏterva, obscœna, fœda, nĕfanda, damnosa, perniciōsa, &c. Păphia, Diōnæa, Īdălia, &c. Orta mari, Vulcania conjux Diva Paphi. Idalii regina, Dea idalia. Æneadum mater, Genitrix Æneia. Æquore nata. A spumis Dea dicta maris *nempe* APHRODITE. Anchisæ conjux. Tenerorum mater Amorum. Diva potens Cypri, *Hor. l.* 1. *od* 19. Mater sæva Cupidinum, O Venus regina Cnidi, Paphique Erycina ridens. *Ovidius* —Erycis quæ possidet arces: Collo sub umbroso quam tenet altus Eryx. Mater Acidalia. *Sen. Hipp.* Diva non miti genera Ponto, Quam vocat matrem geminus Cupido: *ἔρως nempe & ἀντέρως, Nisi cum doctissimo Covertio geminum dici velimus* Cupidinem, *ob geminos ejus in amantium animis effectus, Partim enim* dulcis, *partim* amarus *est. Porrò* VENUS *Iove & Dione nata, sive ut alii, è* spuma *mari; & conchâ in Cytheram insulam devecta; variis in locis culta fuit, à quibus varia agnomina sortita est. Præcipua sunt* Paphos & Amathus *urbes* Cypri: Cnidos *urbs Cariæ:* Eryx *mons in Siciliæ* Cythera *insula:* Idaliū *Cypri nemus unde ipsa apud Virg l.* 10.

Est Amathus; est celsa mihi Paphos atque Cythera,
Idaliæque domus.

II. CUPIDO.

Epith ālĭgĕr, pennātus, tēlĭgĕr, vŏlŭcris, phărĕtrātus, cæcus, nūdus, parvus, &c. Sævus, ferūs, immitis, audax, improbus, lĕvis, văgus, &c. Puer Idalius, Paphius, Veneris natus. Aliger Æneæ frater. Cythereæ puerales. Almæ progenies Veneris. Deus pharetratus, teliger, præpes, &c. *Ovid.* Succubuit telis præpetis ipse Dei. Lascivus puer, spargens immitis agili

agilis sagittas *Ovid.* Me miserum! certas habuit puer ille sagittas: Uror, & in vacuo pectore regnat amor. *Sen.* Spicula cujus sentit in imis Cærulus undis grex Nereïdū, *&c.* Veneris puer: facibus armatus: levis, multoque suis ventosior alis: CUPIDO *Veneris omniū sententiâ filius, sed de patre variatur. Effingebatur ab antiquis.* 1. Puer *ob imbecillem amantium animum, & fraudibus obnoxium; vel quia turpitudinis est stulta cupiditas.* 2. Alatus *ob levitatem sive inconstantiam.* 3. Cæcus *quòd sine consilio & ratione fit.* 4. Nudus *quia amantes omnibus exspoliat; vel quia stupra & flagitia tecta esse non possunt.* 5. Sagittis armatus *quia amorem & libidinem sequitur pænitentia & pungens dolor; vel quia celeriter in animum penetrat. Verùm non* sagittis *tantùm, sed etiam* facibus *amorem Poëta instruunt, in quibus Tibull l* 2. *eum ad festas epulas invitans:*

Sancte veni dapibus festis, sed pone SAGITTAS,
Et procul ardentes hinc precor abde FACES.

Amore prosequi.

Amore alicujus flagrare, ardere, incendi, inflammari, capi, teneri. *Virg.* ——insano Cassandræ incensus amore. Magno amore complecti: penitus diligere. ——magno miseræ dilectus amore. Plus oculis suis amare: vitâ *vel* animâ chariorem habere. *Tib.* Teque suis jurat charam magis esse medullis. Fraterno more, Thesea fide diligere. *Catull* Nullus amor tali conjunxit fœdere amantes. Qualis est Thetidi, qualis concordia Peleo *Vide supra* AMICITIA. *Amare. Diligere.*

Habere pectus amore incensum, ustum, tostum. Vulnus venis alere, sub pectore nutrire, habere. Totis ossibus ignes percipere, sentire. Amori succumbere, vinci. Rapido igne coqui, torreri, uri, exardescere, *&c.* Gerere saucia corda telis Cupidinis. *Ovid.* ——hæserunt tenues in corde sagittæ, Et possessa ferus pectora versat Amor. Acer in extremis ossibus hæsit amor. *Sen.* ——per venas meat Visceribus ignis mersus, *&c.*

Amori resistere.

Malum frenare Cupidinem: sævas compescere flammas, Fœdos ignes excutere, extinguere. Amorem vincere, exarmare, pedibus calcare, *Ovid.* Vicimus & domitum pedibus calcamus amorem. *Id.* 1. *de rem* Utile propositum est sævas extinguere flammas, Nec servum vitiis pectus habere suum. Me duce damnosas homines, compescere curas, *&c. Vide infra* CASTUS *Et adde hic pulcherrimum Tragici præceptum in Hippol.* 1. *sc.* 2.

Thesea conjux, clara progenies Jovis,

Nefanda casto pectore exturba ocyus:
Extingue flammas, neve te diræ spes
Præbe obsequentem. Quisquis in primo obstitit,
Repulitque amorem; tutus, ac victor fuit:
Qui blandiendo dulce nutrivit malum;
Sero recusat ferre, quod subiit, jugum.

COMPARATIONES.

1. COMPARARI *potest tenerrimo amore aliquem complectens cum hedera arborem undequaque implicante, Exemplo Catulli in Epith.*

Mentem amore revinciens,
Ut tenax hedera hàc, & hàc
Arborem implicat errans.

Ovid. 1. Met in alia materia.

Utque solent hederæ longos intexere truncos.

VEL *cum Ulmo vitem amante, exemplo Papinii l. 5. Silv. de Priscillæ erga maritum amore.*

——sed te, ceu virginitate jugatum.
Visceribus totis animoque amplexa fovebat;
Qualiter æquævo sociatam palmite vitem
Ulmus amat, miscetque nemus, ditemque precatur
Autumnum, & charis gaudet redimita racemis.

2. AMORE *vehemente correptum sive efflictum (ut Plautus loquitur) perditeque amantem, comparat Ovidius cum cera & pruina sensim liquescentibus 3. Met.*

——ut intabescere flavæ
Igne leviceræ, matutinæque pruinæ
Sole tepente solent; sic attenuatus amore
Liquitur & tecto paulatim carpitur igni.

2. *Porrò Amoris impotentem illum æstum, quem quidam etiam* Furorem *appellant comparationibus exornatum videre potes infrà ad vocem* ARDOR.

AMPLEXUS & AMPLECTI.

Complexus. AMPLEXU: *Epith* Dulci, molli, ăvĭdō, cŭpĭdō, arctō, tĕnācī, chārō, fovere, tenere: colla invadere, petere, tenere, innectere. *&c* Dare amplexus Complexibus ambire. Ire in *vel* sub amplexus. Collo *vel* humeris brachia ponere, imponere, ferre, injicere, implicare. Colla lacertis complecti, implicare, nectere, innectere, onerare. Circumdare brachia collo. *Virg.* — ——collo dare brachia circum. Complexibus hærere. Collo *vel* de collo pendere. *Ovid.* Deque viri collo

dulce

dulce pependit onus. Inqúe patris blandis hærent cervice lacertis *Idem*. Non sic appositis vincitur vitibus ulmus, Ut tua sunt collo brachia nexa meo. *In qua comparatione adornanda omnes pene Poëta certatim operam posuerunt, Vnde* OSCULARI.

ANGELVS.

Epith. alĭger, pennĭpŏtens, ālĭpĕs, cĕlĕr, vēlŏx, æthĕrius, cælestis, pulchĕr, formōsus, pūrus, *&c.* Cælestis nuncius aulæ. Dei portans mandata per auras. Tonantis minister aliger. Æthereâ de sede, cæli ab arce, sidereo ab axe missus, demissus, delapsus, *&c.* Pennatus puer. Pennipotens juvenis. Penniger intonsâ signans puer ora juventâ Nitidis volucer pulcherrimus alis. Aulæ stellātis alumnus: alitibus de fratribus unus. Puer actus ab æthere præpes pulcher adest: pictis juxta puer adstitit alis. *Ad describendum verò sacros illos Genios, prout à nobis mente concipi, aut artificum manu efformari solent, exemplo prait cultissimus. Vida, Christiados sua. l. 3.* Genius.

Nudus erat roseos humeros, tantùm aurea lævâ
Pendebat demissa chlamys, quam fibula subter
Ilia tergemino mordebat gracilis auro,
Rubraque compactis pendebant cingula bullis.
Molles à tergo tractim succrescere plumæ,
Ac sensim geminas humeris assurgere in alas:
Tum suas gemmis inclusit, cetera nudus.
Oris multus honos, gratique è corpore motus
Haud nostri puerum generis testantur adesse,
Sed cæli sobolem, atque aulæ stellantis alumnum.

Angelici cœtus.

Aligeri chori. Sideriæ mentes. Cælestes genii. Volucres ephebi. Volucres sine corpore mentes. Turba ministra Dei. Cælestûm pictis exercitus alis. Alipedes cæli juvenes. Aligeri fratres. Cælivagi juvenes. Volucres centum plumâ pernice ministri Sancti volucres. Ætheriæ cælestûm animæ vitæque volucres. Aligeri proceres: gens incola cæli. Alituum cælestûm acies; gens æthere nata. *Hier. Vida* — video medium discedere cælum, pennatasque acies, populum felicis Olympi Exultare polo, superûmque applaudere regi. *Idem*: Et jam pennipotens liquidis exercitus ibat Tractibus, ac volucri cingebant agmine cæcum, *&c.*

ANGELI,

quorum nomina & munia magis nota.

ANGELUS MICHAEL Angelici cœtûs Princeps. Fidus, vigil, pars militiæ fortissima sacræ. Qui genios humero supereminet omnes. Sidereo flagrans clypeo & cælestibus armis. Pacato notus bellator Olympo Præpetum pulcherrimus: Dux agminis aligeri. Ætherias ducens in bella cohortes: armis coruscus aureis : fulmine armatus Cui omnis aula cœli militat Ætheriæ ductor fortissimus aulæ, *&c.*

ANGELUS RAPHAEL. Juvenis Tobiæ comes, ductor, fida tutela, Qui Tobiæ comitatus iter per mille pericla Incolumem patrias juvenem perduxit ad ædes, Cœlestis Podalyrius, qui Tobiæ grandævo salutifera lumina restituit, *&c.*

ANGELUS GABRIEL. Pacis humanæ sequester. Cœlestis paranymphus. Aliger ætheriæ lōgè pulcherrimus aulæ: qui summo delapsus Olympo lætissima nuntia Jesseæ defert ad Virginis aures. Qui salutiferum Virgini dixit AVE. —— celer stellata in veste minister : Qui castæ divina tulit mandata puellæ. *Ipsa Deipara apud Vid. l 3.* Tum mihi se puer ante oculos allapsus Olympo. Ora Deo propior, radiantibus obtulit alis; Et placidus, tendens candentia lilia dextrâ : O una ante alias cœlo acceptissima matres, *&c.*

ANGELUS CUSTOS. Custos ales : pervigil aliger : fidus tutor. Cui custodia credita nostri Quem ipso à limine vitæ lateri nostro comitem Pater addidit. Genius tutelaris vel tutator Datus à [illegible]eris custos, comesque. Fidus Achates: nos curâ jussus non abeunte sequi: fideli præsidio assiduaq; cura servare : pro credito cliente excubare, *&c.*

ANIMA.

Spiramenta animæ. Spiracula vitæ. Corporis auriga vectrix, motrix, dux, comesque. Que vegetat artus: quæ diffusa per artus molem corpoream agitat, regit: magno se corpore miscet. Spiritus intus alens. *Ovid. Metam.* Inque leves abiit paulatim spiritus auras. *Virg lib.* 10. Undantique animam diffundit in arma cruore. *Id. l.* 9. Purpuream vomit ille animam, id est *cruo rem ex opinione Ethnicorum, quorum alii ventum, alii sanguinem esse animam volebant.* NOTA vero Animam & Animum *ita differre, ut illa sit vita, hic c[onsi]lii illâ vivimus, sentimus, movemur, quæ sunt nobis cum cæteris animantibus communia* ; Animus *verò est, quo homines sumus, quo sapimus & intelligimus. Quam differentiam clarè docet luv. sat.* 15. —— divi

Spiritus.

———divinorumque capaces,
Atque exercendis capiendisque artibus apti
Sensum à cœlesti demissum traximus arce,
Cujus egent prona & terram spectantia. Mundi
Principio, indulsit communis conditor illis
Tantum ANIMAS, nobis ANIMUM quoque.——

ANIMA RATIONIS PARTICEPS.

Animus: *Epith.* Sāgax, solēis, piδovidus, altus, illustris, immortalis, vivax cœlestis, æthĕrius, *&c.* Divino semine cretus. Pars melior nostri. Pars illa nostri ignea, perspicax, provida, *&c.* Mens cognata polo: ætheris soboles ætheræ nata, sumpta Nil terræ debens: nil caducis imputans parentibus. Nescia fati: morte carens: post busta superstes: effugiens avidos rogos: vincens jura Stygis. Parcarumque colos irrevocabiles, *&c.* Divinæ particula auræ. *Horat.* ——— nam corpus onustum Hesternis vitiis animum quoque prægravat una, Atque affligit humi divinæ particulam auræ. *Sil. l.* 15. Ratio, & magnæ cælestia semina mentis, Munera sunt concessa Deûm: mortalibus alti Quantum Cælicolæ, tantundem animalibus isti præcellunt cunctis, *quia verò* Animus *præcipuas ac nobiliores suas functiones peculiari quodam modo in capite exequitur; creditus est nonnullis Antiquorum propriam ibi sedem ac domicilium habere: unde, quasi ex arce, in inferiores potentias imperium suum ac dominationem exerceat. Quod & Poetæ amplexi sunt, atque inter illos Claudianus* 4. *Honor. conf. de mente loquens*: *Animus* *Mens* *Ratio*

———Hæc sola manet. bustoque superstes
Evolat: hanc alta CAPITIS fundavit in ARCE,
Mandatricem operum, prospecturamque labori

ANIMOSUS *sive* ANIMOSITAS.

Animus fortis, infractus, præsens. *Virg.* Nunc si cui virtus animusque in tempore præsens Adsit. *Id. l.* 9. Hic Mars armipotens animum viresque Latinis Addidit. *Id. de apib.* Ingentes animos angusto in corpore versant. *lib* 6. Nunc animis opus Ænea, nunc pectore firmo. Corda virum fovet hortando, revocatque vigorem; *Auson.* —mansēre animi virtusque cadenti. *Claud bell. Gil.* ———hortamina fortes Præveniunt, timidisque etiam brevis addita virtus. *Vide infra* EXHORTARI. *Animus* *Pectus* *Cor.* *Vigor.* *Virtus.*

ANGELI,

quorum nomina & munia magis nota.

ANGELUS MICHAEL Angelici cœtûs Princeps. Fidus, vigil, pars militiæ fortissima sacræ. Qui genios humero supereminet omnes. Sidereo flagrans clypeo & cælestibus armis. Pacato notus bellator Olympo Præpetum pulcherrimus: Dux agminis aligeri. Ætherias ducens in bella cohortes: armis coruscus aureis: fulmine armatus Cui omnis aula cœli militat Ætheriæ ductor fortissimus aulæ, *&c.*

ANGELUS RAPHAEL. Juvenis Tobiæ comes, ductor, fida tutela. Qui Tobiæ comitatus iter per mille pericla Incolumem patrias juvenem perduxit ad ædes, Cœlestis Podalyrius, qui Tobiæ grandævo salutifera lumina restituit, *&c.*

ANGELUS GABRIEL. Pacis humanæ sequester. Cœlestis paranymphus. Aliger ætheriæ lõgè pulcherrimus aulæ: qui summo delapsus Olympo lætissima nuntia Jesseæ defert ad Virginis aures. Qui salutiferum Virgini dixit AVE. —— celer stellata in veste minister: Qui castæ divina tulit mandata puellæ. *Ipsa Deipara apud Vid. l.* 3. Tum mihi se puer ante oculos allapsus Olympo. Ora Deo propior, radiantibus obtulit alis; Et placidus, tendens candentia lilia dextrâ: O una ante alias cœlo acceptissima matres, *&c.*

ANGELUS CUSTOS Custos ales: pervigil aliger: fidus tutor. Cui custodia credita nostri Quem ipso à limine vitæ lateri nostro comitem Pater addidit. Genius tutelaris *vel* tutator Datus à teneris custos, comesque. Fidus Achates: nos cui â jussus non abeunte sequi: fideli præsidio assiduaq; cura servare: pro credito cliente excubare, *&c.*

ANIMA.

Spiritus. Spiramenta animæ. Spiracula vitæ. Corporis auriga, vectrix, motrix, dux, comesque. Quæ vegetat artus: quæ diffusa per artus molem corpoream agitat, regit: magno se corpore miscet. Spiritus intus alens. *Ovid. Metam.* Inque leves abiit paulatim spiritus auras. *Virg lib.* 10. Undantique animam diffundit in arma cruore. *Id. l.* 9. Purpuream vomit ille animam, id est *cruorem ex opinione Ethnicorum, quorum alii ventum, alii sanguinem esse animam volebant.* NOTA *verò* Animam & Animum *ita differre, ut illa sit vita, hic consilium: illa vivimus, sentimus, movemur, quæ sunt nobis cum cæteris animantibus communia;* Animus *verò est, quo homines sumus, quo sapimus & intelligimus. Quam differentiam clare ... Lucr. l.* 13. —— divi-

——— divinorumque capaces,
Atque exercendis capiendisque artibus apti
Sensum à cœlesti demissum traximus arce,
Cujus egent prona & terram spectantia. Mundi
Principio, indulsit communis conditor illis
Tantum ANIMAS, nobis ANIMUM quoque.——

ANIMA RATIONIS PARTICEPS.

Animus: *Epith* Sāgax, solēis, prōvĭdus, altus, illustris, immortalis, vīvax cœlestis, æthērius, *&c.* Divino semine cretus. Pars melior nostri. Pars illa nostri ignea, perspicax, provida, *&c.* Mens cognata polo: ætheris soboles ætheræ nata, sumpta Nil terræ debens: nil caducis imputans parentibus. Nescia fati: morte carens: post busta superstes: effugiens avidos rogos: vincens jura Stygis. Parcarumque colos irrevocabiles, *&c.* Divinæ particula auræ. *Horat.* ——— nam corpus onustum Hesternis vitiis animum quoque prægravat una, Atque affligit humi divinæ particulam auræ. *Sil l.*15. Ratio, & magnæ cælestia semina mentis, Munera sunt concessa Deûm: mortalibus alti Quantum Cælicolæ, tantundem animalibus isti præcellunt cunctis, *quia verò* Animus *præcipuas ac nobiliores suas functiones peculiari quodam modo in capite exequitur; creditus est nonnullis Antiquorum propriam ibi sedem ac domicilium habere: unde, quasi ex arce, in inferiores potentias imperium suum ac dominationem exerceat. Quod & Poeta amplexi sunt, atque inter illos Claudianus* 4. *Honor. cons. de mente loquens*: *Animus* *Mens* *Ratio*

——— Hæc sola manet, hustoque superstes
Evolat: hanc alta CAPITIS fundavit in ARCE,
Mandatricem operum, prospecturamque labori

ANIMOSUS *sive* ANIMOSITAS.

Animus fortis, infractus, præsens. *Virg.* Nunc si cui virtus animusque in tempore præsens Adsit. *Id. l.*9. Hic Mars armipotens animum viresque Latinis Addidit. *Id de apib.* Ingentes animos angusto in corpore versant. *lib* 6. Nunc animis opus Ænea, nunc pectore firmo. Corda virum fovet hortando, revocatque vigorem; *Auson.* — mansère animi virtusque cadenti. *Claud bell. Gil.* ——— hortamina fortes Præveniunt, timidisque etiam brevis addita virtus. *Vide infra* EXHORTARI. *Animus* *Pectus* *Cor* *Vigor.* *Virtus.*

ANIMALIA BRUTA:

sive

RATIONE CARENTIA.

Epith. Stolida, muta, vilia, vaga *&c.* Campis, sylvis errantia. Prona, & terram spectantia. *Ovid.* Pronaque cum spectent animalia cetera terram, Os homini sublime dedit cælumque tueri Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus. Stolidum pecus: rationis expers. Grex mutorum *Juvenal* —— separat hoc nos à grege mutorum *Horat.* Mutum *&* turpe pecus. *Claud.* 3. *Rap.* Quid mentem traxisse polo, quid profuit altum Erexisse caput; pecudum si more, &c. *Idem* Hæc cine vita juvat sylvestribus abdita lustris, Indiscreta feris? *Ovid.* 1. *Metam. animalia à primo rerum auctore producta in suas quasi classes distribuens:*

Pecudes. Feræ.

Cesserunt nitidis habitandæ PISCIBUS undæ,
Terra FERAS cepit VOLUCRES agitabilis aer.
Sanctius his animal, mentisque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset,
Natus homo est.

ANIMALIA

Quadrupedum gregatim pascentia.

Armenta. Greges.

Armenta silvis *vel* campis reboantia: Sylvas vel Campos pascentia, tondentia: Virides per herbas pascentia. Armenta boum. Hædorum, ovium greges. *Ovid.* Lanigerosque greges armentaque bucera pavit. *Id.* 4. *Met.* Mille greges illi, totidemque armenta per herbas Pascebant. OBSERVA Armentum *ita à* Grege *distingui, ut hic sit minorum animantium; putà* ovium porcorum, caprarum; *illud verò majorum, ut* camelorum, equorum, boum. *Firmat hæc Virgilius* 3. *Georg. ubi ab equis & tauris ad oves & capras transiens, sic inquit:*

Hæc satis ARMENTIS: superat pars altera curæ
Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas,

Video *tamen Poëtas nonnunquam has leges migrasse, & gregem etiam pro armento usurpasse. Ita Ovid. us alibi taurum* Ducem gregis *appellat. Et Virg.* 6. *Aen* —grege de intacto septem mactare juvencas Præstiterit, *contra* CERVOS, *quos commodè in grege collocare poterat inter armenta numerat* 1. *Æn.*

——————tres littore cervos
Conspicit errantes: hos tota armenta sequuntur.

ANI-

ANIMALIA
liberè per Sylvas vagantia.

FERÆ. *Epith* Montānæ, montivăgæ, sōlivăgæ, sylvestrēs, văgæ errantēs, *&c.* Trūcēs, immītēs, sævæ, audācēs, pugnācēs, ăvidæ, răpidæ, terrĭbĭlēs hirsūtæ, *&c.* Lēvēs, fugācēs, tĭmĭdæ, păvidæ, *&c.* Peragrantes devia lustra: montibus errantes. sylvis vagantes: sylvestribus lustris abditæ *Ovid* Sylvaq; montanas occulit alta feras. Audet in hirsutas cominùs ire feras Destituor rapidis præda, cibusque feris. *Virg.* 4 *Aen.* Ecce feræ saxi dejectæ vertice capræ Decurrēre jugis. *Idem* Ut fera quæ densâ venantum septa coronâ contra tela furit *Idē de Venatore* —feras solitus terrere fugaces. *Neque enim omnes Feræ feroces. Sed hâc voce continentur quævis animalia quibus immensa liberè vagandi vis à natura insita est, ac propterea sylvas aut montes procul hominum aspectu incolunt, Ita* damæ, capreæ, lepores, *Feræ sunt; & tamen minimè feroces.*

BELLUAS *ferè à Poëtis dici video bestias magnitudine aut sævitiâ immanes, ac signatè* Elephantem *Ovid* 7. *Met Vulpem quoque ab irato Themide agro Thebano immissam,* belluam, *vocat. Præcipuè verò tribuitur monstris marinis. Seneca in Hipp.* Bellua ponti, *pro Ceto, Virg. l. . de Hydra*: Bellua Lernæ. *Ad quod respexit Horatius cùm de vulgo dixit*: Bellua multorum capitum *Ovid.* 4. *Met. Monstrum marinum &* Belluam *vocat, &* feram, *quem secutus est Papin.* 9. *Theb.*

—Pelagi crudelibus ibit Præda feris.

FERARUM LATEBRÆ.

LUSTRA: *Epith* Horrĭda, horrentia, sylvestria, nĕmŏrōsa. tăcita, obscūra, ŏpāca, ăvia, dēvia, invia, *&c.* Ferarum cubilia, tecta, domus. Taciti saltus & inhospita lustra, Lustra ferarum: spissis horrentia dumis: tutas latebras præbentia. *Virg.* 3. *Æn.* —vitam in sylvis inter deserta ferarum lustra, domosque traho. *Claud.* Hæccine vita juvat sylvestribus abdita lustris, indiscreta feris? *Ovid.* Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos, Et tegeret catulos, quâ fera rupe suos? *Ovid* 7. *Met.* Fortè suem latebris vestigia certa secuti Excivēre canes. *Idem.* Mænala trasieram latebris horrenda ferarum, *Sil. l.* 15. Tum per saxa feræ, perque ipsa cubilia, fusæ Multâ strage jacent. FERARUM LUSTRA *etiam Cicero* cubilia *vocat, ut Lucretius* —tectas fronde quietes. *Ubi scilicet se recipiunt, ac quiescunt. Datur & aliorum animalium antris sive cavernis, ut* muribus *à Plauto,* Talpis *à Virgilio* 1. *Georg.*

Lustra. *Antra* *Latebras* *Cubilia.*

 —Sæpe

——— Sæpe exiguus mus
Sub terra posuitque larem, atque horrea fecit,
Aut oculis capti fodere CUBILIA talpæ.

ANIMALIUM QUADRUPEDUM VARIA GENERA AD LOCOS COMNUNES REVOCATA.

I. ANIMALIA.
quorum usus in venatione describenda.

1. APER.

Epith. Sētōsus, sĕtĭgĕr, hispĭdus, hirtus, horrĭdus, hirsūtus, fulvus, torvus, ăcĕr, sævus, terribilis, fĕrus, trux, viŏlentus, dūrus, indŏmĭtus, spūmans, spumeus, fulmĭneus, *&c.* Vulnificus sus, Dente minax: obliquo dente timendus: setis horrens; *Sen. Hipp.* Hic versatur metus agricolis. Vulnere multo jam notus aper *Ibid.* Tunc vulnificos acuit dentes Aper, & toto est spumeus ore *Papin. 11. Theb.* Fulmineos veluti præceps cum cominus egit Ira sues, strictisque erexit pectora setis; Igne micant oculi. *Id. 2. Th.* Fulminei sic dente sues, sic hispida turpes Prælia villosis ineunt complexibus ursi, *Ov.* sed neque fulvus aper media tam sævus in ira est, Fulmineo rapidos cùm rotat ore canes. *Id.* 10. *Met.* Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri. NOTA *Aprum proprio ac perpetuo* EPITHETO fulmineum dici, *ob impetum, ut interpretor, quo percutit; ictum deinde obliquum. Quibus adde fremitum tanquam tonitru, ignei denique anhelitus afflatum, adeò ut canum, quos attigerit (teste Xenophonte) pilos adurat, atque ipso mortuo dentes tamen vim ardoris retineant, ut si quis canum pilos iis admoverit, illico (si Oppidano credimus) velut ad ignem applicati contrahantur. Quare nihil jam poetari Ovidium putes in apri Calidonii descriptione Metam. l. 8.*

Sanguine & igne micant oculi, riget horrida cervix,
Et setæ densis similes hastilibus horrent:
Fervida cum rauco latos stridore per armos
Spuma fluit ———.
FULMEN ore venit, frondesque afflatibus ardent.

OBSERVA *Aprum Latinis Scriptoribus interdum agnominari*, Marsum, Umbrum, Lucanum, Laurentum *à variis Italiæ locis aut populis, Virgilius illum in* Vesulo, *Liguriæ monte, ac* Laurente palude *collocat l. Æn.* 10.

Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos

Defendit, multosque palus Laurentia, sylvâ
Pastus arundineâ, postquam inter retia ventum est,
Substitit infremuitque ferox, & inhorruit armos.

Duo *autem præcipuè Poetis celebrantur* Apri *eximiâ magnitudine: Unus, qui instigante Dianâ Calydoniam. Ætoliæ urbem, infestavit, atque à Meleagro est interfectus, dictus inde* Calydonius, Ætolus, Meleagræus: *Alter ab Hercule occisus in Erymantho, Arcadiæ monte inde* Erymanthius *dictus, item* Mænalius, *&* Tegeæus. *ab aliis ejusdem Arcadiæ locis. Junxit utrumque Martialis, apud quem canicula ab Apro interfecta.*

Fulmineo spumantis apri sum dente perempta,
Quantus erat Calydon, aut Erymanthe tuus.

2. Canis venatorius.

Epith. ācĕr, audax, infestus, cĕlĕr, cĭtus, pernix, vĕlox, rāpĭdus, săgax, ŏdōrus, *&c.* Fidus, fĭdēlis, clāmōsus, *&c* Agilis pedibus. nare sagax Mersâ nare *vel* presso rostro feræ vestigia legens, colligens, premens; auras captans, &c. *Virg.* Odora canumvis. *Lucan.* —— nec creditur ulli Sylva cani, nisi qui presso vestigia rostro Colligit, & præda nescit latrare repertâ. *Ovid. Met.* Ut canis in vacuo leporem cùm Gallicus arvo Vidit; & hic prædam pedibus petit, ille salutem: Alter inhæsuro similis jam jamque tenere Sperat, & extenso stringit vestigia rostro: Alter in ambiguo est, an sit comprensus, & ipsis Morsibus eripitur, tangentiaque ora relinquit. *Silius* Ut canis occultos agitat cum Belgicus apros, Erroresque feræ solers per devia mersâ Nare legit, tacitoq; premens vestigia rostro Lustrat inaccessos venantûm indagine saltus. *Ovid.* Utque canem pavidæ nactum vestigia cervæ Luctantem frustra copula dura tenet. *Idem:* Sæpe citos egi per juga summa canes. *Virg de Cervo.* Hunc procul errantem rapidæ venantis Iüli commovêre canes. *Horat. Epod.* Aut trudit acres hinc & hinc multa cane. Apros in obstantes plagas. *Varius apud Macrob.* Ut canis umbrosam lustrantes Gortynia vallem. *His aliisque locis confirmari videtur, quod quidam annotârunt, nempe Veteres. cùm de canibus venaticis loquuntur, libenter muliebri genere uti Sed id non est perpetuum, ut hic, atque infra citandis videre licet.* Nota *verò, ut nunc variæ regiones, aliæ aliis canum bonitate superant, ita olim Optimos dabat* Laconia (*cujus urbes fuerunt Sparta & Amycla*) *&* Epirus, *quæ aliter* Molossia *Hinc* Lacon, Spartanus, Amyclæus, Molossus: *gentilitia canum nomina, Jungit utrosque atque ante alios commendat. Virg Georg.*

Nec tibi cura canum fuerit postrema; sed unà
Veloces Spartæ catulos, acremque Molossum
Pasce sero pingui—— *Inse-*

Inferioris notæ, bonos tamen producebat Umbr[illegible] *in Italia,* Creta *insula:* Gallia *quoque, atque in ea nostrum* Belgium. *Ovid,* 3. *Met. varia refert canum nomina desumpta partim à patria, partim ab ingenio, partim à corporis forma: quorum rationem hic unâ subdere lubuit, ne quis illa sic temere à doctissimo Poeta conficta esse existimet.* Actæone *igitur in corvum converso, accurrunt ejus canes:*

——Primusque MELAMPUS
ICHNOBATESQUE sagax latratu signa dederunt,
Gnosius ICHNOBATES, Spartanâ gente MELAMPUS.
Inde ruunt alii rapidâ velocius aurâ
PAMPHAGUS, & DORCEUS, & ORIBASUS, Arcades omnes
NEBROPHONOSQUE valens, & trux cum LELAPE THERON:
Et pedibus PTERELAS, & naribus utilis AGRE,
Deneque lupo concepta NAPE, pecudesque secuta
POEMENIS, & natis comitata HARPYIA duobus,
Et substricta gerens Sicyonius ilia LADON,
Et niveis LEUCON, & villis ASBOLUS atris,
Prævalidusque LACON & cursu fortis AELLO,
Et THOUS & Cyprio velo cum fratre LYCISCA,
Et nigram medio frontem distinctus ab albo
HARPALOS & MELANEUS, hirsutaque corpore LACHNE,
Et patre Dictæo, sed matre Laconide nati
LABROS, & AGLAODOS, & acutæ vocis HYLACTOR,
Quosque referre mora est——

Ac primò MELAMPUS *Latinè verti potest* Nigripes à *μέλας, id est niger; πȣ̃ς pes.* 2. ICGNOPATES *Livii Andronici verbo dici potest* Odorisequus, *ab ἴχνος vestigium, βάδιζω vade, quasi vadens per vestigia: feras sc. quò duce odore insequitur. Vnde* Ovidio sagax. 3. PAMPHAGUS, id est *helluo, vorax* à *πᾶν id est omne vel totum; & φάγω comedo* 4. DORCEUS, *id est perspicax, speculator, acutè videns: à δέρκω* video. *Vnde &* Dracones *quorum nota per spicacia: ob quam & templis Deorum ac thesauris custodes appositi.* 5. ORIBASUS, *quasi dicas* Montipeta, *sive montium superator, ab ὄρος mons: & βαίνω conscendo.* 6. NEBRORHONOS, à *νέβρος hinnulus & φονέω interficio: quasi hinnulos morsu franges vel interficiens. Vnde* valens *epitheto dicitur.* 7. KÆLAPS: *quasi dicas* impetuosus, *sive currens instar* turbinus, *qui Græcis λαῖλαψ. Quo nomine fuit & canis, quem à Diana Cephalus dono accepit, ut habet Ovid.* 7. *Met.* 8. THERON, *idem quod ferimus:*

vel

vel à terribili aspectu, à quo etiam trux Ovidio *dicitur; vel à persequendis feris: nam* θὴρ θηρὸς *Græcis est fera*. 9 PTERELAS: πτερὸν *ala* & ἐλαύνω *impello: quasi alis impulsus, vel alatus*. 10. AGRE *iisdem litteris Græcis* Venationem *significat* & ἀγρεύω *venor capio*. 11. NAPE. *Græcis est saltus sive vallis nemorosa hæc autem venationi commoda est*. 12. POEMENIS, id est *Pastoralis sive pecudes servans*, Horatio Amica vis pastoralis *nam* ποιμὴν *pastor* 1. HARPYA *à rapacitate nomen habet*. 4, LADON *à Ladone Arcadiæ fluvio*, & LACON, *id est Spartanus*: *gentilitia sunt canum nomina*. 15. LEUCON & ASBOLUS *ab oppositis coloribus dicti sunt. Nam* λευκὸς *album* ἄσβολος fuliginem *significat*. 16. AELLO, *id est impetuosus, præceps instar* procellæ, *quæ Græcis* ἄελλα 17. TH[illegible]us cursor, *velox, celer* θέω curro 18. LICISCA, *diminutivum est, à* λύκος i.e. Lupus. *Estque hoc nomine canis pastoritius apud Virg. Ecl. 2. Putant vero interpretes propriè hâc voce designari canem è lupo & cane genitum*. 19. HARPALOS, raptor *vel rapax ab* ἁρπάζω *rapio*. 20. MELANEUS, i.e. Æthiops, fuscus, niger, *nam* μελανία *nigredo*. 21. LACHNE *dicta est à villorum densitate, quæ Græcis* λάχνη. 22. LABROS: *eisdem litteris idem est Græcis, quod* præceps, vehemens. 23 AGLAODOS *nomen compositum ab* ἀγλαὸς *id est splendidus &* ὀδοὺς *Dens, quasi* splendidis dentibus, *i. e. ultra modū candidis vel nitentib*. 24. HYLACTOR, latrator *ab* ὑλάω *latre, qualis ille apud Ennium*: ——forte feram si nare sagaci sentit, Voce sua nictatque ululatque ibi acutè. ‹Æsim. &c.›

His addi potest LAMPURUS *à* λαμπρὸς *i. e. splendidus, &* οὐρὰ *cauda quasi* albam habens caudam POBARCES: celeripes, *sive* pedibus pollens, ἀπος *per &* ὠκύς *presto*.

Hæc autem faciem prælucebunt poesios candidatis ad commoda his Epitheta adjungenda, aut nova, si velint, Nomina efformanda quæ vel patriam, vel ingenium sive naturam respiciant, vel corporis formam. Ad naturam verò pertinent, robur *ad validum morsum;* velocitas *ad insequendum* sagacitas *ad indagandum Quæ simul eximia in uno aliquo nunquam reperias Vnde rectè distribuit Claudianus, Dianæ comitatum describens*. 3. *Laud Stil.*

——variæ FORMIS, ac GENTE sequuntur.
INGENIOQUE canes illæ gravioribus aptæ
MORSIBUS, hæ pedibus CELERES, hæ nare SAGACES:

3. CAPREA.

Epit. Văga, cĕlĕr, montĭvăga, fŭgax, imbellis, lascĭva, &c. Capra sylvestris, fera, Montibus errans: rupe pendens: amans saxa, *Virg.* Ecce feræ saxi dejectæ vertice capræ Decurrêre jugis. *Sil.* —— ut fœtus vallere mota Cùm capream venator agit, fessamque propinquo insequitur cursu: *Mart l* 14. Pendentem summâ capream de rupe videbis: Casuram speres; decipit illa canes——flamæ capreæq; fugaces *Horat.* Lascivæ similem ludere capreæ *Est autem* Caprea, *capra sylvestris*: Capreoli *verò*, *capreæ fœtus quos in devia convalle repertos Alexi suo promittit Corydon apud Virgilium Ecl.* 2.

Præterea duo, nec tutâ mihi valle reperti
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo,
(Bina die siccant ovis ubera) quos tibi servo.

4. CERVUS.

Epith Lĕvis, velox, cĕlĕr, ālĭpēs, trĕpĭdus, păvĭdus, fŭgax, imbellis, &c. Cornĭgĕr, annōsus, vivax, &c. Volucres formidine cervi: capita alta ferentes cornibus arboreis. *Virg. Ecl.* Ramosa vivacis cornua cervi. *Sen de Actæone.* Cum vivacis cornua cervi Frontem ramis texere novit *Virg* 4. *Aen.*—— patentes Transmittunt cursu campos atque agmina cervi Pulverulenta fugâ glomerant, montesque relinqunt *Ov.* Ut fugit infestos territa cerva canes *Catull. de Achillis pernicitate* Flammea prævertet celeris vestigia cervæ *Virg.* 6 *de Hercule.* Vixerit æripedem cervā licet. OBSERVA *Poetas interdum* cervam *pro* cervo *ponere. Vt hoc loco Virgilius.* Nam illi, *quem Hercules confecit, omnis antiquitas* cornua *assignat, quæ, teste Aristotele, in cervorum genere maribus tantùm conveniunt. Idem Poetis* Æripes *dictus est ab aheneis pedibus, quos illi fabula tribuunt. Quanquam alii censent perpetuum esse cervi Epithetum, propter aream quasi pedum firmitatem: vel ob velocitatem cursûs, quasi* aëripes; *quod postremum Grammaticis arridet. Ausonius certè omnibus indifferenter tribuere videtur Edyllio* 11 *Cervi vivacitatem longè supra cornicis ævum efferens:*

Quam novies terni glomerantem secula tractûs
Vincunt ÆRIPEDES ter terno Nestore cervi.

5. DAMA.

Epith Tĭmĭdus, trĕpĭdus, fŭgax, prōnus, lævis, præceps, imbellis, &c. Pronus in fugam *Ovid.* 10. *Met* ——tutæque animalia prædæ Aut pronos lepores, aut celsum in cornua cervum, Aut agitat damas *Id.* Currit, ut auditis territa dama lupis. *Sen. ad Dianam.* Nunc veloces leviore manu figis damas.

mas. *Virg de imposs.* Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. *Id Georg.* ———— tumidi damæ, cerviqúe fugaces Nunc interque canes , & circum tecta vagantur. DAMA *ex caprearum sylvestrium genere, animal omnium maximè pavidum ac fugax: ut cui Natura nihil tribuit, quo se hosti opponere possit. Vnde ejus querela apud Mart. l. 13.*

DENTE timetur Aper, defendunt CORNUA Cervum:
Imbelles Damæ quid nisi præda sumus?

6. LEPUS.

Epith-Păvĭdus, tĭmĭdus, sollĭcĭtus, fŭgax, vēlōx, cĕlĕr, prōnus, imbellĭs, *&c.* Aurĭtus, fœcundus, mollis, tĕnĕr, *&c.* Velox timore: cui su fidens : pedibus salutem quærens. *Ovid.* Nunc leporem pronum catulo sectare sagaci Nunc in frondosis retia tende jugis. *Id de cane leporem insectante,* —hic prædam pedibus petit, ille salutem. *Virg.* Auritosque sequi lepores, tum figere damas *Horat. notans doctam Catis gulam.* Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos. LEPUS *quasi levipes (ut Grammatici volunt) animal omnium fœcundissimum, apud Romanos in mensarum lautitiis non ultimum locum obtinuit: cujus esu cùm impensè delectaretur Alexander Severus Imperator, materiam præbuit notissimo Epigrammati, quòd exstat apud Lampridium in ejus vita.*

Pulchrum quod vides esse nostrum Regem,
Quem Syrum sua detulit propago ;
Venatus facit, & Lepus comesus,
Ex quo continuum capit leporem.

Ex quarum vocum affinitate existimo natam primò locandi occasionem, quæ deinde lapsu temporis in communem opinionē abiit, quâ sibi persuadebant Leporis esu, formæ leporem conciliari, atque in septimum diem prorogari : quando convenientem hujus rei rationem se nobis Philosophi ac Medici assignare posse desperant. Præcipuè cùm inter eos constet, Leporum esu sanguinem melancholicum gigni, qui formæ venustati maximè obest. Sed ad Poëtas redeamus: inter quos Martialis ex hac opinione occasionem arripit Gelliæ deformitatem suam exprobandi Libro. 6.

Cùm Leporem mittis, semper mihi Gellia mandas,
SEPTEM FORMOSUS, Marce, DIEBUS eris.
Si verum dicis, si verum Gellia mandas,
Edisti nunquam Gellia tu Leporem?

II. ANI-

II. ANIMALIA SEVITIÆ INSIGNIS *sive* CRUORE GAUDENTIA.

I. LEO.

Epith. Sævus, terrĭbĭlis, horrendus, fĕrus, fĕrox, vălĭdus, viŏlentus, trux, audax, prædātor, horrĭdus, horrĭfĭcus, fŭrens, frĕmens, *&c.* Torvus, fulvus, cæsius, villōsus, jŭbātus, gĕnĕrōsus, magnănĭmus, *&c.* Massilus, Lĭbĭcus, Pœnus, Gætulus, Marmărĭcus, Caspius, *&c.* Viribus audax: ungue valens: oculis minax. Sylvarum pavor: dominus ferarum. *Ovid.* Corpora magnanimo satis est prostrasse Leoni. *Virg. l.* 12. —Pœnorum qualis in arvis tum demùm movet arma Leo, gaudetque comantes Excutiens cervice toros, fixumque latronis Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento. *Papin.* —Dominumque ferarum crescere miratur genitrix Massyla Leonem *Sen.* Qualis per arva Libycus insanit Leo, Fulvam minaci fronte concutiens jubam, *Lucan.* ——— ——sicut squallentibus arvis æstiferæ Libyes, viso Leo cominùs hoste Subsedit dubius, totam dum colligit iram: Mox ubi se sævæ stimulavit verbere caudæ, Erexitque jubas, & vasto grave murmur hiatu infremuit, &c. *Leonum feracissima est Libya, cujus partes sunt Mauritania, Getulia, Massylia, Marmarica, Numidia: in Numidia autem sunt Carthaginenses sive Pœni. Hinc Leo à Poetis* Libycus, Gætulus, Massylus. Pœnus, *&c.*

LEONES *generosissimos censet Plinius l.* 8. *quibus longa juba, simplexque villus. Unde Martialis l.* 8. *epigr.* 55. *extollens Leonem, quem Domitianus in arena confecerat:*

O quantum per colla duces! quem spargit honorem,
Aurea lunatæ cum stetit umbra jubæ.

Aurea, i.e. *Fulva, est que is proprius leoni color.*

Lea. LEÆNA, *Epith.* Sæva, crūdēlis, immānis, fĕra, vălĭda, fŭrens, fŭrĭbunda, fulva, torva, & *Vide* Leo. Fulvâ cervice Leæna: catulis abductis furens. *Virg.* Tempore non alio catulorum oblita leæna Sævior erravit campis. *Ovid.* Sed neque fulvus aper mediâ tam sævus in ira est, Nec Lea cum catulis lactentibus ubera præbet. —furit catulo lactente orbata Leæna, signaque nacta pedum, sequitur quem non videt, hostem.

2. LUPUS.

Epith. ācĕr, rāpax, ăvĭdus, infestus, sævus, cruentus, fĕrus, vŏrax,

vŏrax, trux, ătrox, sanguĭneus, immĭtis, &c. Prædŏ, prædātŏr insĭdiātŏr, nocturnus, montānus jējūnus, &c. Martius, Martialis &c. Rapax stimulante fame, cupidusque cruoris: ovili insidiatus: incustoditum ovile captans: flammantia lumina torquens: rubrâ suffusus lumina flammâ. Genus acre luporum: Balantum tenero turba timenda gregi: ingens campis pecorique timor, &c. *Ovid.* More lupi clausas circumeuntis oves. *Virg.* Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili Cùm fremit ad caulas, ventos perpessus & imbres Nocte super media; tuti sub matribus agni Balatum exercent, ille asper & improbus irâ Sævit in absentes: collecta fatigat edendi Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces. *Pap.* —— pecoris lupus expugnator opimi, Pectora tabenti sanie gravis, hirtaque setis Ora cruentatâ deformis hiantia lanâ. *Sil.* —— —— Effera sævit, Atque impasta truces ululatus turba luporum Exercet, morsúque quatit obstantia claustra. *Virg.* Quæsitum aut matri multis balatibus agnum Martius à stabulis rapuit lupus. *Sil.* —— rapuit cum Martius agnum Averso pastore lupus.

MARTIUS *hic dicitur lupus, ut ab Horat.* Martialis *utpote animal prædæ natum, & rapto vivens, ac in fallēdis hostibus callidum; atque ideo* Marti *sacrum, cujus hæ sunt artes. Nec aliam ob caussam (ut* Trogo *Pomp. placet) Romulus & Remus Martis filii crediti sunt, quàm quod* lupam, *quæ in tutela Martis esset, nutricem habuere. Prop. lib.* 4.

Optima nutricum nostris LUPA Martia rebus,
Qualia creverunt mœnia lacte tuo!

3. TIGRIS.

Epith. Immānis, fĕra, rābĭda, sæva, cruenta, concĭta, vēlōx, vĭŏlenta, fŭrĭbunda &c. Măcŭlōsa, vĭrgāta &c. Hircāna, Caucāsea, Caspia, Gangētĭca, Parthĭca, armēnia &c. Hircana bellua: Hircanis *vel* Parthis generata sylvis. Tigris amisso concita fœtu: sylvas cursu saltusq; peragrans —— duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hircanæque admôrunt ubera Tigres. *Sen.* Ut Tigris orba gnatis, Cursu furente lustrat Gangeticum nemus. *Lucan.* Ocyor & cæli flammis, & Tigride fœtâ Transcurrit. TIGRIS *animal egregiæ velocitatis & immanis ferociæ, nascitur præcipuè in* India & Hircania, *cui vicina sunt* Armenia & Parthia. *Hinc varia ejus Epitheta.* Virgata *dicitur, quia maculis virgarum sive linearum instar notata est. Maximè sævit, ubi catulis suis à Venatore quem sæpe, quamvis equitem, tamen cursu assequitur orbata est. Papin.* 2. *Theb.*

——— raptis velut aspera natis
Prædatoris equi sequitur vestigia Tigris.

4. URSUS.

Epith. Turpis, informis, gravis, villosus, deformis, terribilis, sævus, ferox, trux, avidus, atrox, cruentus. Stabulans nimbosis montibus: unguibus armatus: fortibus armentis incurrens. Raptorésque lupos, armatósque unguibus ursos *Papin.* Fulminei sic dente sues, sic hispida turpes Prælia villosis incunt complexibus Ursi. (*Describit illos pluribus Oppin.*) Immanes, crudele genus, fera membra villis hirsuto densóque teguntur amictu: deformis species: ferrati dentes: vastus hiatus: Atráque ferventes exhalant ora vapores. *Habet enim* URSUS *spiritum gravem & copiosum ac ferventem, præcipuè ubi irasci contigerit: unde Mart. l.* 6. fumantem *dixit, proverbiali formâ innuens non esse irritandos eos, quos, ubi iram conceperint, non facilè placare possis.*

——— rabido nec perditus ore
Fumantem nasum vivi tentaveris Ursi.

5. URSA.

Epith. Villosa, horrida, sæva, trux, deformis, turpis, *&c.* Ursi villosa mater: villis horrida: sanguine læta: post ictum sævior &c. *Ovid. Met.* Nec catulus, partu quem reddidit Ursa recenti Sed malè viva caro est: lambendo mater in artus Fingit, & in formam, quantum capit ipsa, reducit. URSAM *catulos edere sine forma, ac deinde lambendo fingere ac formare, veterum opinio fuit. Atque inde deduci volunt aliqui,* informis, *Ursi Epithetum: quod tamen meliùs referes ad oris totiúsque corporis deformitatē, à qua etiā Auctoribus* turpis *dicitur Ovid.* 3. *Trist.*

At Lupus, & TURPES instant morientibus Ursi.

AN *reperiantur* URSI *in Libya, atque ita rectè dixerit Iuven.*

——— cominus Ursos
Pigebat Numidas ——

Disputant viri docti. Negat Belgii nostri ocellus I. Lipsius. Affirmant alii. Alii, tanquam in re obscura AMPLIUS *pronuntiant. Poëta interim suo jure uti poterit, & Ursum cum Iuvenali* Numidam *vocare, ac* Libycum *cum Virg* 5. *Æneid.*

Horridis in jaculis, ac pelle LIBYSEIDIS Ursæ.

III. ANIMALIA
Ad rem rusticam spectantia.

1. AGNUS.

Epi. Laniger, mollis, pinguis, tener, lactens, blandus, lascivus,

vus, petulans, &c. Campo insultans; per prata luxurians: molli in gramine ludens: *Ovid.* exsilit agnus, lascivitq; fugã lactantiaque ubera quærit. *Virg* —— tuti sub matribus agni Balatum exercent. *Id.* Quæsitum aut matri multis balatibus agnum, Fœtus ovium. Lanigeri soboles gregis. *Virg.* —— ovium teneros depellere fœtus. Agna novella. *Ovid.* Utque fugit visos agna novella lupos. *Id* 6. *Met.* Illa tremit, velut agna pavens, quæ saucia cani Ore excussa lupi nondum sibi tuta videtur. OBSERVA *Poëtas in fuga aut pavore libentiùs adhibere* Agnam *quàm* Agnum; *sicuti &* Cervam *quàm* Cervum; *Ratio fortassis in promptu: quòd hic sexus naturâ imbellis ac timidior. Ovid.* 2. *Fast.*

Sed tremit, ut quondam stabulis deprensa relictis
Parva sub infesto cùm jacet agna lupo.

2. ARIES.

Ep. Lānĭgĕr, villōsus, cornĭgĕr, trux, bellātor, pugnax, pĕtŭlans, pĕtulcus, &c. Bellator aries: cornu ferox: tortis cornibus: villo spectabilis, decorus. Dux lanigeri pecoris Lanigeri spes una gregis. *Prop. lib.* 3. Corniger Idæi vacuam pastoris in aulam. Dux aries saturas ipse reduxit oves. *Ovid Met* Protinus innumeris effœtus laniger annis Attrahitur, flexo circum cava tempora cornu. *Id.* 4. *Fast.* Cum mare trux aries cornu decertat, at idem Frontem dilectæ lædere parcit ovis.

3. ASINUS.

Ep. Segnis, tardus, tardĭgrădus, lentus, ignāvus, pĭgĕr, iners, turpis, auritus, pandus, &c. Tardè gradiens: assiduo verbere domitandus; miserandæ sortis asellus. Arcadicum pecus. *Ovid.*) Hellespontiaco victima grata Deo. *Idem de Mida.* Induiturque aures tardè gradientis aselli. *Idem* Ebrius ecce senex tardo Silenus asello Vix sedet, & pressas continet arte jubas. *Virg.* 1. *Georg.* Sæpe oleo tardi costas agitator aselli Vilibus aut onerat pomis. *Ovid* 6. *Fast.* Et quæ pumiceas versat asella molas. *Id.* Ut rudit à scabra turpis asella molâ. OBSERVA *Asinos (qui olim optimi ex Arcadia) molis vertendis adhibitos. Deinde Silenum Bacchi educatorem ac pædagogum asino vehi: quo significatur, in turpissimum velut transmigrari animal per ebrietatem. Seneca in Oed. ad Bacchum.*

Te senior turpi sequitur Silenus asello,
Turpida pampineis redimitus tempora sertis.

4. CANIS PECUARIUS & DOMESTICUS.

Epith. Vĭgil, săgax, ŏdōrus, vōcālis, clāmōsus, ăcer, audax,

 fidus,

fidus fidēlis, *&c.* Villæ, domus, pecoris custos. Latratu fido, vigili, claro, clamoso, rauco omnia implens, lupos terrens, fures arcens, hostes nuntians, &c. *Virg.* 3. *Georg.* —— nunquam custodibus illis Nocturnum stabulis furem, incursúsque luporum, Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. *Papin.* 2 *Ach.* —— ne nuntiet hostes Cura canum, & trepidas moneat vigilare ministras. *Horat.* —— domus alta Molossis Personuit canibus *Ovid.* Nec desunt comites, sedula turba, canes. *Virg.* —— gressúmque canes comitantur herilem. *Lucret.* Quin etiam blandas movere per aëra caudas, Nostráque adulantes comitant vestigia. *Id.* Et levi-somna canum vigili cum pectore corda. *Prop. lib.* 4. Atque armillari colla Molossa canes, i. e. *collari è corio clavis ferreis eminentibus (quod propriè Latinis* Millus *dicitur) muniti, adversùs impetum luporum.* CANES *non venatui tantùm, sed & custodiæ domûs invigilant; hinc non Dianæ solùm, sed etiam Laribus, diis domesticis, ab antiquis attributi. unde* 5. *Fast Ovidius:*

Et canis ante pedes saxo fabricatus eodem
 Stabat, quæ standi cum Lare causa fuit?
Servat uterque domum, domino quoque fidus uterque:
 Compita grata Deo, compita grata cani.
Exagitans & Lar, & turba Diania, fures:
 Pervigilantque Lares, pervigilantque canes.

5. BOS.

Epith. Fortis, vălĭdus, dūrus, lăbōrĭfĕr, rūrĭcŏla, tardus, torvus, *&c.* Aptus aratro. Impresso doctus terram proscindere aratro. Armenta bucera. *Virg.* Læta boum passim campis armenta videmus. *Id.* Corpora magna boum *Ovid* Fortis arat valido rusticus arva bove. *Tib.* Aut stimulo tardos increpuisse boves. *Vide* ARARE. Bos *Naturâ factus ad jugum, maximo olim in pretio habitus: utpote* socius hominum (*ut loquitur Varro*) in rustico opere, & Cereris minister. *Vnde illum mactari & immolari vetuit Solon. Quo spectant Pythagoræ verba apud Ovid.* 15. *Met. homines ab esu animalium deterrere conantis:*

Quid meruêre BOVES, animal sine fraude dolísque,
Innocuum, simplex, natum tolerare labores?
Immemor est demum, nec frugum munere dignus,
Qui potuit curvi dempto modò pondere aratri
Rusticolam mactare suum: qui trita labore,
Illa quibus toties durum renovaverat arvum,
Tot dederat messes, percussit colla securi.

6. CAPER.

Epith. Hirtus, hirsūtus, intonsus, trux, barbĭgĕr, sĕtĭgĕr,

cor-

cornĭgĕr, &c. ŏlĭdus, ŏlens, immundus, grăvis, lascīvus, lĭbīdĭnōsus, &c. Olidum pecus. Olentes turpiter hirci. Vir vel maritus olidi gregis. Caper viribus infestus. *Virg.* Vir gregis ipse caper. *Ovid.* Immundum sequitur sima capella marem. *Virg.* Cùm se caper acer in hostem cornibus intortis infert. *Id.* Occursare capro, cornu ferit ille, caveto. *Mart. l.* 3. Vite nocens roseâ stabat moriturus ad aras Hircus, Bache tuis victima grata sacris. *Id.* Olentis barba mariti. *Id. lib.* 7. —— rigétque barba: Qualem forficibus metit supinis Tonsor Cinyphio Cilix marito. CAPER *sive* HIRCUS (*quos frustra hic critici distinguere tentant*) *vitibus infestus, atque ideo Baccho immolari solitus: Poëtis* Cinyphius *dicitur, à Cinyphe fluvio in Libya, apud quem insigni magnitudine ac villo reperitur. Ceterùm è caprarum pilis* Cilices, *Asiæ populi, vestimenta conficiebant contra cœli injurias, nautis ac militibus usitata, quæ inde* Cilicia *dicta. Unde lux accedet Martiali supra citato, & Virgilio* 3. *Georg. de pastoribus*:

Nec minùs interea barbas, incanáque menta
Cinyphii tondent hirci, setásque comantes
Usum in castrorum, & miseris velamina nautis.

7. CAPRA.

Epith. Hirta, hirsūta, villōsa, grăcĭlis, sīma, ŏlĭda, quĕrŭla, barbĭgĕra, lascīva, &c. Amantes saxa capellæ: lacte distentæ: culta urentes. *Horat. l.* 1. Olentis uxores mariti. *Virg.* Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ. *Id.* Ite meæ (quondam felix pecus) ite capellæ: Non ego vos posthac, viridi projectus in antro, Dumosâ pendere procul de rupe videbo. *Id.* —— non me pascente, capellæ Florentem cytisum aut salices carpetis amaras. *Rectè, nam* Capræ *à carpendo appellata, quasi* carpæ *Nullum fruticem aut virgultum refugiunt, sed fere summa tantùm contingunt. Unde* Omni-carpæ, *dictæ Varroni. Sylvestribus saltibus magis, quàm pratis, locis montanis atque asperis, quàm campestribus gaudent. Virg.* 3. *Georg.* Capella.

Pascuntur verò sylvas, & summa Lycæi,
Horrentésque rubos & amantes ardua dumos.

8. HOEDUS.

Epith. Pĕtŭlans, pĕtulcus, lascīvus, lactens, mollis, tĕnĕr, &c. Tremulis cum vocibus hœdi. Et primis cornibus hœdi. *Hor. l.* 3. Lascivi soboles gregis: cui frons turgida primis cornibus. *Sen.* Errat cursu levis incerto Molli petulans hœdus in herba. *Virg.* ——— — oves hœdíque petulci Floribus insultant. *Mart.* Lascivum pecus, & viridi non utile Baccho.

 Lucret.

Hircus

Lucret.l.1. ——— hinc nova proles Artubus infirmis teneras lasciva per herbas Ludit *Iuven.sat.11 cenam apparans.* De Tiburtino veniet pinguissimus agro Hœdulus, & toto grege mollior, inscius herbæ Necdum ausus virgas humilis mordere salicti, Qui plus habet lactis, quàm sanguinis. *Tales autem veteribus in pretio erant, maximè si luporum faucibus erepti: nam hujus feræ morsu teneriores ac delicatiores evadere persuasum habebant, causámque reddit Plutarchus 1. Sympos.c.9. Apud Horatium certè in Epod. inter rustica cœna delitias censetur* —— ——Hœdus ereptus lupo. *Et apud Mart. lib.10. apponitur in convivio urbano,*

Hœdus inhumani raptus ab ore lupi.

9. JUVENCUS.

Epith Vălĭdus, fortis, indŏmĭtus lăbōrĭfĕr, rūrĭcŏla, torvus, *&c.* Rudis operum: impresso docilis terram proscindere aratro. *Ovid.* —teneros lædunt juga prima juvencos. Tempore difficiles veniunt ad aratra juvenci. Juvencus campo insultans, exultans, luxurians: juga detrectans. *Sen.* Ludit prato liber aperto, Nondum rupta fronte juvencus. *Virg.* Aspice, aratra jugo referunt suspensa juvenca.—— ——Validis terram proscinde juvencis. *Prop* —tua cùm multi versarent rura juvenci.

10. OVIS.

Epith. Lānĭgĕra, plăcĭda, mītis, blanda, imbellis, păvĭda, mollis, nĭvea, villōsa, *&c.* Molle vellus tergo gerens: niveo vellere vestita: agros balatibus implens. *Ovid 15. Met.* Quid meruistis oves placidum genus, inq; tuendos Natum homines: pleno quæ fertis in ubere nectar: Mollia quæ nobis vestras velamina lanas Præbetis, *&c* Molle pecus: lanigeri greges. Grex balantum: lanigeræ pecudes. pingues centum cum matribus agni. *Virg* quinque greges illi balantum, quinque redibant armenta. *id.7 Æn.* Centum lanigeras mactabat ritè bidentes. *Horat* —— multâ cæde bidentium placare divos. NOTA *nullam ovem aptam fuisse sacrificio, nisi haberet dentes octo, atque inter eos duos eminulos & aliis longiores, qui non nisi circa bimatum apparent. Ab his duobus dentibus Oves dictæ sunt* bidentes, *non verò à bimatu, ut putat Servius; tunc enim* Biennes *dici debuissent. Hinc fortasse Virgilius ut supra* rite, *ita l.5.æn.* de more:

Balantes.

Bidentes.

——— cædit quinas de MORE bidentes.

11. PORCUS.

Sus.

Ep. Immundus, sordĭdus, fœdus, lŭtŭlentus, ăvĭdus, sĕtĭgĕr,

gēr, *&c.* Sordibus gaudens: sordes amans, immundo se cæno mergens, volvens, volutans: famis impatiens: glande lætus. *Virg.* Glande sues læti redeunt. *Id.* Setigerósque sues, raptásque ex omnibus agris. In flammam jugulant pecudes. *Id.* Littoreis ingens inventa sub ilicibus sus Triginta capitum fœtus enixa jacebit, Alba, solo recubans, albi circum ubera nati. *Polit.* Bruta gregem plenum densis alit uberibus sus Exporrecta solo, & grunnítu allectat amico: Radices eadem calloso avidissima rostro Eruit & bulbum, aut madidâ sepulte saginat. —— turpíque luto se immunda volutat. *Ovid* Et minor ex humili victima porcus harâ. *Mart. de porco sagitnato* : Iste tibi faciet bona Saturnalia porcus, Inter spumantes ilice pastus apros.

12. TAURUS.

Ep. Vălĭdus, fortis, dūrus, cornĭgĕr, torvus, *&c.* Ingens, arduus, spătiōsus, pinguis, ŏpĭmus, *&c.* Indŏmĭtus, fĕrox, trux, ăcĕr, mĭnax, fŭribundus, fŭrens, horrĭdus, *&c.* Fronte minax: fronte timendus: eximius, præstanti corpore : colla tumens & celsior armis. Armenti dux, cornibus superbus: pecori imperitans. Pedibus arenam spargit : auras lacessit cornibus. Mugitu rauco, querulo, horrendo, terrifico auras replet; nemora exterret: mugitus ciet, edit. —— roboant mugitibus agri, colles resultant. *Tib.* Tardi pecoris gloria. *Virg.* Duro fumans sub vomere taurus. *Ovid.* —— Vaccâ furibundus ademptâ *Id.* 9 *Met* Non aliter vidi fortes concurrere tauros, Cum pretium pugnæ toto nitidissima saltu Expetitur conjux *Papin* Non sic ductores gemini gregis horrida tauri Bella movent. *Ovid.* Vidi ego pro nivea pugnantes conjuge tauros: Spectatrix animos ipsa juvenca dabat. *Describit hæc Taurorum inter se prælia Virgilius* 11. *Æn.*

Ac veluti ingenti sylva, summove Taburno
Cum duo conversis inimica in prælia TAURI
Cornibus incurrunt: pavidi cessēre magistri,
Stat pecus omne metu mutum, nutantque juvencæ,
Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur.
Illi inter sese magnâ vi vulnera miscent,
Cornuáque obnixi infigunt, & sanguine largo
Colla armó sque lavant: gemitu nemus omne remugit.

13. VACCA.

Ep. Nĭvea, candĭda, cornĭgĕra, tarda, formōsa, pinguis, ŏpīma, fœta, *&c.* Errans per gramina, in gramine læto. Tarda bos Tauri conjux. *Ovid.* Nec patulo tardæ carpuntur ore boves. Bos.

vis, Vitulo tristis *vel* mugiens adempto *Ovid.* 1. *Rem.* Parte sonant aliâ sylvæ mugitibus altæ, Et queritur vitulum mater abesse suum. Ubera vaccæ lactea demittunt : cithyso pastæ ubera distentunt : implent mulctralia : *Virg de optima vacca notis* : —— optima torvæ Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix, Et crurum tenus à mento palearia pendent: Nec mihi displiceat maculis insignis & albo, & faciem tauro propior, quæque ardua tota, Et gradiens, imâ verrit vestigia caudâ. PALEARIA *alibi pendula dixit Ovidius Sunt enim pelles laxæ à collo boum sæpe ad genua usque promissæ ac fluentes. Quæ & in tauro suo Agenoreo adhibuit Ovid.* 2. *Met. Sed* torvitatem frontis, *quamvis huic animali propriam, judicio omisit: non enim tam bonum quàm pulchrum & amabilem reddere voluit.*

Colla toris exstant, armis PALEARIA pendent.
Cornua parva quidem, sed quæ contendere posses
Facta manu, puráque magis perlucida gemmâ.
Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen:
Pacem vultus habet ——

14. VITULA.

Epith. Lascivă, pĕtŭlans, nĭvea, formŏsa, *&c.* Nullum passa jugum, curvique immunis aratri: campo errans: pratis insultans. *Virg.* —— —— aut errans bucula campo Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas. *Id.* —— qualis cum fessa juvencum Per nemora atque altos quærendo bucula lucos, Propter aquæ rivum viridi procumbit in herba *Id.* Pascitur in magna sylva formosa juvenca. —— —— intacta cervice juvencas. *Ovid.* 4 *Fast* —— —— juvencam Mactarunt operum, conjugique rudem. *Id enim in sacris maximè spectabatur, ut victimæ immolarentur, quæ nondum aratrum portassent. Ceterùm, quamvis gradus sint in armentorum genere, ut prima sit* vitula, *deinde* juvenca, *tandem* vacca: *Ne tamen cogites priores illis semper conjugii rudes Nam Virgilius Ecl.* 3.

Bucula. *Iuvenca.*

—— —— Ego hanc vitulam (ne forte recuses,
Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus)
Depono, tu dic, mecum quo pignore certes.

15. VITULUS.

Ep. Tĕnĕr, mollis, lascivus, prŏtervus pinguis, *&c.* Campis luxurians: nondum fronte metuendus: Qui tenera nondum cornua fronte gerit. *Sen.* —— parvus armenti comes, primisque nondum cornibus findens cutem. *Virgil. l.* 1. *Georg.* —— bimâ curvans jam cornua fronte.

IV. ANI-

IV. ANIMALIA DIVERSI GENERIS,

quæ commodè ad unum titulum revocari non potuerunt.

1. EQUUS. *Vide infrà suo loco in littera E.*

2. ELEPHAS.

Epith. Immānis, ingens, vastus fĕrox, nīgĕr, nĭgrans, *&c.* Indus, Gætūlus, Lĭbĭcus, Lĭbissus. *&c.* Gætula bellua. Turrito bellua dorso. Turritas moles ac propugnacula dorso nigranti portans. *Ovid.* Quæq; sui jussis obtemperat Inda magistri bellua. *Luc.* Libiæ sic bellua terræ. Gætulus densis elephas oppressis ab armis omne repercussum squallenti missile tergo frangit, & hærentes motâ cute discutit hastas. *Nempe cutis duritie tela omnia repellit & eludit. Elephantorum ferax est India & Africa, quæ aliter Libia: Libiæ verò partes sunt Marmarica & Gætulia. Hinc Elephas* Indus, Gætulus, Libyssus, Marmaricus, *&c.* Barritus *autem Elephantorum vox est, unde quidam ab Horatio per* Barrum *Elephantem designari putant. Certè est apud Sidon.* Marmarici Barri *pro Elephantis Mira verò sunt, quæ de horum ingenio, indole, docilitate Auctores prodidêre. De choreis eorum & saltatione ad numerum præter alios, Mart. l.* 1.

Et molles dare jussa quod choreas,
Nigro bellua nil negat Magistro.

3. MUS.

Epith. Exĭguus, brĕvis, parvus, nĭgĕr, ŏpĭcus, imprŏbus, *&c.* Rodentes omnia mures. *Iuven.* Et divina opici rodebant carmina mures. — mus sæpe cavis sese abdidit antris Luce latens, at cùm in tenebris cinis occulit ignem Sopitum, indulgétque gravi custodia somno, Improbus egreditur tutis ad furta latebris *Virg.* ——— Sæpe exiguus mus Sub terra posuitque domos, atque horrea fecit. *Ovid.* Quâ brevis occultum mus sibi fecit iter.

4. PANTHERA, LYNX.

Epith. Vārĭa, măcŭlōsa, pĭcta, vĕrsĭcŏlŏr *&c.* Maculis aspersa: tergore versicolore pictâ pelle. *Ovid.* Pictarúmque jacent fera corpora Pantherarum *Virg. de Venatrice.* Succinctam pharetra, & maculosæ tegmine Lyncis. *Id.* 3. *Georg.* Quid Lynces Bacchi variæ? ——— VARIÆ, i. e. *variegatæ maculis se, sive notis, quibus Panthera, Lynces, Tigres (quas omnes ad currum Liberi patris Poetæ alligant) tergus distinctum habent. Hinc scies, cur Horatius marmor appellet* varium lapidem. *& Plinius*

Plinius mensas Citrias, Pantherinas. *Accedet quoque lux Plauto, apud quem cùm servum servus interrogasset*. Perpetuoné valuisset? *Respondisséi que alter* varie; *subjungit prior:*

—— —— Qui VARIE valent,
Caprigenum hominum non placet mihi, neque
PANTHERINUM genus.

5. SIMIUS.

Simia. *Epith.* Sĭmŭlātŏr, callĭdus, dēformis. Prolis amans. Humani simulator Simius oris. Humanos artifex sequi mores. Parasitus, moris humani sequax. *Mart.* Callidus emissas eludere simius hastas, si mihi cauda foret, Cercopithecus eram *Hoc enim animal simio per omnia simile, nisi quòd caudam habeat. Docebantur autem olim jacula mittere & vitare, aliáque militaria: & sericâ veste ad oblectamentum puerorum induebantur. Talis ille apud Claud. l. 1. in Eutrop.*

——— — Humani simulator Simius oris:
Quem puer arridens pretioso stamine Serum
Velavit, nudásque nates ac terga reliquit
Ludibrium mensis.

6. VULPES.

Vulpecula. *Epith* Astūta, cauta, vāfra, fallax, ŏlĭda, caudāta, &c Dolis instructa, fallax vulpecula: corti insidians: generi timenda gallinaceo. *Ovid.* 4. *Fast.* Is capit extremi vulpem convalle salicti; Abstulerat multas illa cohortis aves. *Mart.* Aut olidam clamosus ages in retia vulpem. VULPIS *vafrities adeò nota, ut in Proverbium abierit. Unde in hominem fallacem ac fictum, quique introrsum turpis, exterius philosophum egregiè mentiebatur, ludens Persius Sat* 5.

Pelliculam veterem retines, & fronte politus
Astutam vapido servas sub pectore vulpem.

ANIMALIA MINORA
sive
INSECTA,
partim aëria, partim terrestria, partim aquatica.

1. APES. *Vide infrà suo loco.*

2. ARANEA.

Epith Sōlērs, ŏpĕrōsa, văga, pendŭla, sŭblīmis, &c. Invisa Minervæ: ausa quondam doctæ certare Minervæ. Muscis insidians; retia tendens. Tenuem texens sublimis aranea telam. *Mart.* Nec vagatam tereti discurrit aranea tela. *Ov.* Tum pede quæ gracili deducit aranea filum, Et leve desertâ sub trabe

trabe fingit opus. ——— — totâ descendit aranea telâ: Summo pertexit stamina tigno *Virg Georg.* ——— invisa Minervæ. In foribus laxos suspendit aranea casses. *Respicit ad fabulam* Arachnes *puella Lydiæ, quæ ausa est Minervam provocare in certamen de Lanificio: atque à victrice Dea radio percussa, cùm doloris impatiens laqueo sibi vitam eripuisset, ab eadem in* Aranenm *versa est.* DESCRIPTIONEM *ejus habes apud Ovid.* 6. *Met.*

Fitque caput minimum, toto quoque corpore parva est:
In latere exiles digiti pro cruribus hærent,
Cetera venter habet: de quo tamen illa remittit
Stamen, & antiquas exercet ARANEA telas.

3. BLATTA.

Epith. Sordida, iners, lucifuga, edax, infesta, rodens, turpis, informis, *&c* Tenebrarum alumna: lucem fugiens. *Virg.* Lucifugis congesta cubilia blattis. *Horat. de libro neglecto* ——— — aut tineas pasces taciturnus inertes. *Mart.* Admittam tineas, trucésque blattas. *Id l* 13. — ne penula desit olivis, Aut inopem metuat sordida blatta famem. Tineas

4. BOMBYX.

Epith. Lanifex, lanivomus, niveus, aureus, indicus, *&c.* Vermis lanivomus. Vermis Indicus. Pubes lanivoma. Grex lanifex. Lanifices tineæ: fundentes quæsita per ævum stamina, ditis opes uteri ——— quæ fila tenacia Serum Ore vomunt: fundunt depectore filum, tenuia texta, lanicii florem &c *Vida.* — sarmentis dum se super aurea bombyx Exercet, nitidúmque edit de pectore filum. Hærent nitidi vario discrimine ramis folliculi. ——— — pendula ramis Omnibus hæserunt varii glomeramina fili. BOMBYCUM *& Serici legendi studium maximè hodie viget in Italia, olim unis* Seribus *Indiæ populis notum: apud quos vermes illi sub arboribus opus faciebant. De quo Seneca Hippolyt.*

Quæ fila ramis ultimi Seres legunt.

EDUCUNTUR *præcipuè bombyces Mori foliis, in quam arborem mutata est olim* Thisbe, *ut Poëtæ fabulantur. Hieronymus Vida:*

Lanivomum vermem Thisbeâ pascere sylvâ.
Est bicolor MORUS, Bombyx vescetur utraque,
Nigræ, albensve fuat, nullo discrimine amabit:
Quamvis Ausoniis laudetur nigra puellis.

4. CICADA.

Epith Rauca, stridens, querula, arguta, gracilis, tenuis, *&c.* Ebria rore; Sylvas carmine rumpens. Raucisonæ pennâ

str-

ſtridẽte cicadæ. Frondoſos quæ læta penates incolit: rabido quæ ſolis in æſtu Meſſorum ſolatur opus; Aviáq; agreſti voce replet nemora. *Virg* Et cantu querulæ rumpunt arbuſta cicadæ. *Polit.* Nigráq; dum raucum tremulis evibrat ab alis Carmen, & epoto canit ebria rore circada. *ubi* NOTA *ex Plinio l.11 Cicadas os non habere, ſed pectus ut fiſtuloſum eſſe, quo canunt. Deinde in pectore quiddam habere aculeatum linguis ſimile, atq; illo rorem lambere, quo ſolo victitant. Vnde Virg. Ec.5,*

Dúmque thymo paſcentur aves, dum rore cicadæ.

5. FORMICA.

Epith Sẽdŭla, impĭgra, ſŏlers, parva, brevis, prūdens, prŏvĭda, frūgĭlĕga, *&c* Laboris patiens: non incauta futuri: condens in brumam nova farra: farris acervum populans. *Virg.* —inopi metuens formica ſenectæ *Horat.* Parvula nam exemplo eſt magni formica laboris: Ore trahit, quodcunq; poteſt, atque addit acervo. Quem ſtruit haud ignara ac non incauta futuri. *Ovid. 7. Met.* Hîc nos frugi-legas aſpeximus agmine longo Grande onus exiguo formicas ore gerentes. *Id. alibi.* Ut redit, itq; frequens longum formica per agmen Granifero ſolitum dum vehit ore cibum. *Hunc formicarum diſcurſum atque in convectanda præda ſtudium ac laborem* DESCRIBET *tibi Andina Muſa 4 Æneid. cui nihil poteſt addi.*

Ac velut ingentem FORMICÆ farris acervum
Cùm populant, hyemis memores, tectóque reponunt:
It nigrum campis agmen, prædamque per herbas
Convectant calle angŭſto; pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris: pars agmina cogunt.
Caſtigantque moras: opere omnis ſemita fervet.

6. MUSCA.

Epith. Văga, importūna, măla imprŏba, ſtrīdŭla, *&c* Importuna volans ſomnum avertens ſtridulis alis. H. *H* Utque ſedet nigro venator araneus antro Inſidians pennis, ſtridula muſca, tuis. *Politian inter prognoſtica tempeſtatis.* ——— ſitiensque cruoris Muſca redit, ſummosque proboſcide mordicat artus.

7. RANA.

Ep. Garrŭla, lŏquax, quĕrŭla, rauca, līmōſa, vĭrĭdis, turpis paluſtris, *&c.* Rana coaxatrix: limoſæ paludis incola, *Horat.* ——— ——— mali culices, ranæque paluſtres Avertunt ſomnos. *Virg* Et veterem in limo ranæ cecinêre querelam. *Ovid. 15. Met.* Semina limus habet virides generantia ranas, Et generat

nerat truncas pedibus: mox apta natando Crura dat: utque eadem sit longis saltibus apta; Posterior superat partes mensura priores. *Columella.* ———— querulæ convicia ranæ. *Alludit procul dubio ad fabulam de Rusticis Lyciæ, convicia Latonæ sitienti facetibus, atq; ab eadem in ranas transmutatis. De quibus Ovid. 6. Met. ingenio nimis subinde luxurians:*

———— juvat esse sub undis,
Et modo tota causâ submergere membra palude,
Nunc proferre caput, summo modò gurgite nare:
Sæpe super ripam stagni consistere, sæpe
In gelidos resilire lacus. Sed nunc quoque turpes
Litibus exercent linguas, pulsóque pudore,
Quamvis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant.
Vox quoque jam rauca est, inflatáque colla tumescunt,
Ipsáque dilatant patulos convitia rictus:
Terga caput tangunt, colla intercepta videntur,
Spina virices; venter, pars maxima corporis albet;
Limosóque novæ saliunt in gurgite ranæ.

Adde his Culicem *malum molestum*; Crabronem *asperum, infestum* Fucum, *inertem, ignavum*; Limacem *tardum, pigrum*; *Scarabæum immundum, cornigerum*; Scolopendram, *centipedem*, Testudinem *tardam*, *domiportam* Papilionem *denique vagum, volantem. levem: qui primùm parvulus vermiculus, ex rore inter frondes ac folia corrupto natus, post tres dies fit* Erucà, *deinde* Bombilis, *ac tandem rupto, quem sibi neverat, cortice, evolat* Papilio. *De quo Plinius l.* 11. *c.* 32. *& inter Poetas Ovid.* 15. *Met.*

Quæque solent canis frondes intexere ramis
Agrestes tineæ (res observata colonis)
Ferali mutant cum Papilione figuram.

ANNUS.

Epith. Vŏlūbĭlis, rĕdiens, rĕcurrens, rĕmeābĭlis, lubrĭcus, lābens, mōbĭlis, *&c.* Vŏlŭcĕr, vēlox, cĕlĕr, fŭgax, præceps, prŏpĕrans fŭgiens, *&c.* Anni vices. Volubilis anni rota *vel* orbita. Annus in orbem rediens: bissenis inclusus mensibus *vel* signis *Tib.* Annus agit certâ lucida signa vice. *Pont.* Bissenisq; vagum complevit mensibus annum. *Id.* Et cadit infelix ævo variabilis annus: Ipse tamen redit in gyrum, viresque resumit Impiger, æterno semper remeabilis ortu. *Sen.* Volucrique die Rota præcipitis vertitur anni. *Tib.* Hinc placidus nobis per tempora labitur annus. *Prop. lib.* 3. Plenus & in partes quatuor annus eat. *Virg.* Temporibusque parem

rem diversis quatuor annum *Id*.2.*Georg.* —— redit agricolis labor actus in orbem, Atque in se sua per vestigia volvitur annus. ANNUS *dictus Servio quasi annulus, quòd instar annuli in se redeat. Unde ejus hieroglyphicon apud Ægyptios erat anguis caudam mordicus tenens. Dividitur in* quatuor partes *sive* Tempora, *quorum singula tribus mensibus constant. Atque his spatiis illum primus inclusit* Iupiter, *si Poëtis credimus: cùm antè, regnante Saturno, ver esset perpetuum atque uno tenore labens. Ovid* 1. *Met.*

Jupiter æterni contraxit tempora veris.
Perque Hyemes, Æstusque, & inæquales Autumnos,
Et breve Ver, spatiis exegit quatuor ANNUM.

ANNUS PLENUS
sive
ANNI UNIUS PERIPHRASIS.

Annuum spatium. Annua mora. *Horat.* Cunctantem spatio longius annuo. *Ovid.* Annua nos illic tenuit mora. *Virg* Interea magnum Sol circumvolvitur annum. *Idem* : Annuus exactis completur mensibus orbis. *Papin.* —— donec Sol annuus omnes conficeret metas. *Id.* Astriferum velox cum circulus orbem Torsit, & amissæ redierunt montibus umbræ. Cùm Sol duodena peregit signa. Signa recensuerat jam sol sua. *Ovid.*6 *Met.* Signa Deus bis sex acto lustraverat anno, i.e. *Sol* 12. *Zodiaci signa percurrerat. Quæ est legitima anni mensura. Consumit autem sol in hoc circulo dies* 365. *& sex circiter horas, è quibus quarto quoque anno unus dies efficitur, atque Februario mensi inseritur sive intercalatur. Unde* Intercalaris *dictus. Mirum verò, quàm breviter ac dilucide rem tam difficilem versu nusquam impingente explicet* Ovid 3. *Fast. de Numa annuum emendante:*

Ille moras Solis, quibus in sua SIGNA rediret,
Traditur exactis disposuisse notis.
Is decies senos, ter centum & quinque diebus
Junxit, & è pleno tempora quarta die.
Hic ANNI modus est, in Lustrum accedere debet,
Quæ consummatur partibus, una dies.

ANNOS PLURES SUBNUMERANDI
VARII MODI.

Fiet id PRIMÒ *per decursum pluries à Sole Zodiacum* : *Exemplo Ovid.* 3. *Fast.* Signa recensuerat bis Sol sua, tertius ibat Annus. *Id.* 3. *Met.* Tertius æquoreis inclusum piscibus annum Finierat Titan. *Manil.* Sæcula dinumerare piget, quoti-

quotiesq; recurrens Lustrârit mundũ vario Sol igneus orbe.

SECUNDÒ *per quatuor anni tempora, præcipuè Æstatem atque Hiemem. Virg.* — nam te jam septima portat Omnibus errantem terris & fluctibus æstas. *Horat.* Jam tertius December Sylvis honorem decutit: ex quo, &c. *Aus.* Quarta redit duris hæc jam messoribus æstas, Et toties cano bruma gelu riguit. *Sen. Theb.* — bruma ter posuit nives, & tertiâ jam falce decubuit Ceres. *Mart.* Tecum ter denas numeravi, posthume, brumas. *Idem.* Quarta tribus lustris addita messis erat. *Ovid.* Ut careo vobis Scythicas detrusus in oras, Quatuor autumnos Pleïas orta facit: *Iuven. de Sen. Aulico.* Sic multas hyemes, atque octogesima vidit Solstitia.

TERTIÒ *per simplicem Numeri finiti expressionem. Prop.* —— — Bis denos salva per annos. *Ovid.* — ter senos proles adoleverat annos. — bis adhuc octonis integer annis *Sil.* — decimum modò cœperat annum Excessisse puer. *Vide* NUMERI ANNORUM *in Lit. N.*

QUARTÒ *Trieterides, Quinquennia, Decennia, Lustra & Olympiades, ita Martial.* Sex mihi de prima deerant Trieteride menses. *Sidon. Apollin* Hinc est, quòd decimam tuæ saluti Vix actam trieteridem dolemus, i.e. *triginta annos Mart.* Hic propè ter denas vidit Olympiades, i. e. *annos* 150. *Ovid.* 4. *Fast de Arcad. puero:* Jam tria lustra puer, furto conceptus, agebat (*duo explicat* 2. *Met.*) Arcas adest, ter quinque ferens natalibus annos. *Id.* Pergama cùm caderent bello superata bilustri. i. e. *decennali, quod alibi dixit* — tracto duo per quinquennia bello. *Id de seipso:* In Scythia nobis quinquennis Olympias acta Jam tempus Lustri transit in alterius. NOTA: *Sicut in Achaia propè Olympiam urbem quinto quoque anno Ludi celebrantur totius Græciæ concursu, qui inde* Olympiaci: *ita Romæ singulis quinquennis tota urbs solenni quodam Sacro* lustrabatur *sive expiabatur. Hinc tam* Lustrum *quàm* Olympias, *pro quinquennali spatio Auctorib. usurpatur. Mart. l.* 4. *de Parthenio Burri, filii quinquennis celebrante.*

Hæc tibi pro nato planâ dat lætus acerrâ
 Phœbe, Palatinus, munera Parthenius:
Ut, qui prima novo signat quinquennia LUSTRO,
 Impleat innumeras Burrus OLYMPIADAS.

Anni infiniti.

Annorum multa millia, Sæcula innumera, innumerabilis annorum series: *Virg.* His ego nec metas rerum, nec tempora pono, Imperiũ sine fine dedi. Donec erit tellus, æquora

quota donec erunt: dum cœlum stellas feret. —— Phœbeia terris Donec erit laurus, nomenque Heliconidis umbræ, &c. Sed jam deficiunt numeri, frustráque fatigat Lingua sonos, nec jam dictis evolvere fas est Annorum seriem: jam conturbata petantur Millia, jam nullo tempus numerabile seclo. *Vide* SEMPER.

IV. ANNI TEMPESTATES.

Pom adat AUTUMNUS: formosa est messibus ÆSTAS:
VER præbet flores: igne levatur HIEMS.

I. VER.

Epith. Plăcĭdum, grātum, nŏvum, blandum, bĕnignum, jūcundum, vĭrĭdĕ, ŏdōrĭferum, flōrĭdum, cŏmans, purpŭreum, tĕpĭdum, *&c.* ūdum, imbrifĕrum, nūbĭfĕrum, āquōsum, mădĭdum, *&c.* Vernum tempus, blandi tempora veris, Veris clementia *vel* indulgentia. Florifer annus. Pars melior anni. Ver novum recens ortum Decorans floribus arva novis: vario depingens prata colore: agros gemmis stellantibus ornans, conspergens viridantes floribus herbas: florum gemmas per campos spargens, *&c.* Frigoribus pulsis nitidum Ver æthera mulcens: cœlum molliens, mitigans, hiemis resolvens frigora, *&c.*

Cùm formosissimus annus. Novis rubent, cùm prata coloribus. —cùm vere tepenti vitis agit gemmas. Terra parit flores; pigráque fugit hiems. ———— blandisque salubre Ver zephyris tepido permulcet rura sereno. Cùm tellus reparat herbas: arbor frondes resumit: ager renovatur aratro: montes viridem reparant amictum. Cum arboribus redeunt frondes, & gramina campis. *Mart. l.* 10. Ridet ager, vestitur humus, vestitur arbos: Ismarium pellex Attica plorat Itym. *Ovid.* 1. *Fast.* Omnia tunc florent, tunc est nova temporis æstas, Et nova de gravido palmite gemma tumet: Tunc patitur cultus ager, & renovatur aratro, Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent: Tunc blandi soles, ignotáque prodit hirundo, Et luteum celsâ sub trabe fingit opus. *Id.* 3. *Fast.* Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes, Vividaque in tenero palmite gemma tumet. Prátáque pubescunt variorum flore colorum, Indocilísque loquax gutture vernat avis. *Vide* FLORES, ARBOR, NIDIFICARE.

Extremæ sub casum hiemis, jam Vere sereno. Gelidus canis cum montibus humor Liquitur, & zephyro putris se gleba resolvit, Cùm se purpureo Vere remittit humus, *Horat. l.* 3. Diffugêre nives, redeunt jam gramina campis, arboribusque

busque comæ. Frigora mitescunt zephyris. *Cat.* Jam ver egelidos refert tepores. *Claud.* — zephyris cum primum bruma remitti, Et juga diffusis nudari cœpta pruinis. — blandi cùm nuntia Veris hirundo, Admonet æquales cum lucibus esse tenebras. *Virg.* cùm vere nitenti Candida venit avis longis invisa colubris, i.e. CICONIA, *quæ, sicut & HIRUNDO, veteres nidos adveniente Vere revisit. Unde arguté ab antiquo Poeta dicitur:* Titulus tepidi temporis. *Sidonius, Apollinaris:* Usque ad adventum hirundineum, i.e. *usque ad tempus vernum, quod ab hac quoque nota describit Calpurnius.*

——— — cùm jam tinnire volucres
Incipient, nidosque reversa lutabit HIRUNDO.

2. ÆSTAS.

Epith. Fervens, călĭda, torrĭda, ignea, ătrox, sicca, pulvĕrŭlenta, sitiens, *&c.* Æstivi soles. Æstivum tempus. Æstivi *vel* æstiferi dies. Æstatis calidæ vapor. Syrius ardor. Tempus quo torridus æstu aër, Incipit & sicco & fervere terra cane. Calidissima solibus æstas: formosa messibus: vestiens culmis Cerealibus agros: arva Phœbus ignibus findens, *&c.*

Torrida cum terris incubat æstas; terras ardenti sidere findit, exarat, hiulcat, scindit, *&c.* Cùm arva caloribus hiant, ardore dehiscunt, hiulca siti rumpuntur: densæ torrentur aristæ, arent herbæ, uruntur gramina campis, *&c.* *Sil l.1.* Flammiferis tellus radiis cum exústa dehiscit, Cadentique globo medius coquit æthera fervor. *Catull.* Cum gravis exustos æstus hiulcat agros Phœbi regnante vapore, *&c.*

Cum ferventis stella Leonis Cererem magno fervore coquit, ———Solisque vapore Concava littorei fervebant brachia cancri. Sole dies referente siccos. *Lucan.* Cum per summa poli Phœbum trahit altior æstas, *&c.*

SIRIUS *sive* CANIS *Epith.* Æstĭfĕr, flăgrans, siccus, fervĭdus, igneus, ardens, răpĭdus, insanus *&c.* Lethĭfĕr, pestĭfer, infensus, *&c.* Cùm siccas insana canicula messes coquit, torret. *Virg.* — ubi hiulca siti findit canis æstifer arva. *Hor.* Flagrantis atrox hora caniculæ *Ovid.* Icarii stella proterva canis. *Sil.* Aut cum læthiferos accendens Sirius æstus torret anhelantē sævis ardoribus orbem. *Sen. Oed.* — ignes auget [illegible] nis Titan, leonis terga Nemeæi premēs *Nam ardentissimo æstatis tempore, Sole primum Leonis partem ingrediente exoritur Canicula sidus; à quo dies caniculares dicti sunt, æstib. immoderatis ac morborum copia infames. Poetæ hunc alii Orionis, alii Erigonis canem faciunt, quæ, Icaro patre interfecto, laqueo vitam finiens,* Canicula.

finiens, unà cum cane (ex quo patris mortem didicerat) inter sidera relata est. Græci Sirium *appellant* ἀπὸ τοῦ σύρειν, *quòd omnia suo calore rapiat. Ovid. 4. Fast.*

Est CANIS, Icarium dicunt quo sidere moto
Tota sitit tellus, PRÆRIPITURQUE seges.

3. AUTUMNUS.

Epith. Pampĭnĕus, grăvĭdus, fœcundus, frūgĭfer, fertĭlis, pōmĭfĕr, *&c.* Frĭgĭdus, hūmĭdus ĭnæquālis, *&c.* Pomis gravis Pleno fertilis anno. Purpureo varius colore. Calcatis sordidus uvis Cinctus tempora racemis, pomiferâ coronâ: racemiferis circumdatus uvis, &c. *Horat. Epod* — decorum mitibus pomis caput Autumnus arvis extulit. Exonerans uvis pendentibus ulmos: detrahens turgentes vitibus uvas. Tenero dans palmite fructum: spumantes lacus implens *&c.* Dum piger Autumnus sectis succedit aristis: vite coronatas degravat ulmos; pampineas porrigit uvas: purpureo colore racemos distinguit, *&c.*

Cùm fœcundissimus annus, Plenáque purpureo subrubet uva mero. Ubi promisit Autumnus fruges effuderit. *Virg. 2. Georg.* Et varios ponit fœtus Autumnus, & altè Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. *Ovid. 1 Rem* —maturâ rusticus uvam Colligit, & nudo sub pede musta fluunt. *Virg.* pampineo gravidus Autumno Floret ager, spumat plenis vindemia labris. Ebria calcatis, spumāt cùm prela racemis, *V* VINDEMIA

Autumnus nigras æquat cum lucibus umbras. Libra diem noctémque pari cum fœdere ducit. *Virg. 2. Georg* Libra diēi, somniq; pares ubi fecerit horas Et medium luci atq; umbris jam dividet orbē. *Man.* Æquato tum Libra dierum tempore noctis. Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro. — Cùm lucem vincere noctes incipiunt, i. e. *post 22. Septembris.*

Autumni frigore primo. *Virg.* Prima vel autumni sub frigora, cùm rapidus Sol. Nondum hiemem contingit equis, jam præterit æstas.————feras posuit cùm vinea frondes, Frigidus & sylvis Aquilo decussit honorem, *&c.*

4. HIEMS.

Epith. Aspĕra, dūra, frigĭda, cāna, nĭvōsa, gĕlĭda, glăcĭālis, ăcris, sæva, intractābĭlis, horrĭda, ferrea, ătrox, immitis, *&c.* Pigra, segnis, ignāva, pallĭda, rigens, informis, *&c* Nimbōsa, imbrĭfĕra, ventōsa, Æŏlia, ăquĭlōnia, Bŏreālis, *&c.* Horrida nimbis: incana gelu, grandine armata: adoperta gelu: rigidis Aquilonibus horrens: contristans frigore cælum: canos hirsuta capillos: canis adoperta pruinis: tremulo venit horrida passu, *&c.* Vis hiemis: frigora brumæ: Hiemis furor. Brumæ intra-

intractabilis horror. Horrida cano Bruma gelu. Frigus brumale: Fronde nemus spolians, amnes vitreâ compede alligans, vinciens, *&c.*

Cùm tristis hiems squallentia protulit ora. Cùm glacialis hiems Aquilonibus asperat undas. Cùm tristis hiems Aquilonis inhorruit alis. Pigro bruma gelu: sævisque Aquilonibus horret. *Id. l.* 11. Jam terra glaciale caput, fœcundaq, nimbis Tempora, & astrifero nebulosam vertice fontem Immitis referebat hiems *Mart.* At cùm December canus, & bruma impotens Aquilone rauco mugiet. *Senec. Med.* Aut rigida cùm jam bruma discussit decus Nemorum, & nivali cuncta constringit gelu. *Horat.* 1. *Od.* Jam stabulis gaudet pecus, aut arator igni, Et prata canis albicant pruinis. *Virg.* 4. *Georg.* Cùm tristis hiems etiam nunc frigore saxa Rumperet, & glacie cursus frenaret aquarum. *Claud.* —— cùm totis jam bruma rigeret imbribus, & solidis hærerent flumina lymphis. Cùm positâ sub nive terra latet. Cùm fuit obruta terra nives. Cùm nec ager pomum, nec dulces educat uvas; Non salices ripis, robora monte virent, *&c. Vide* GELU, GLACIES.

IV. ANNI TEMPORUM

CUM IV. ÆTATIBUS HOMINIS

Comparatio ex Ovid. 15. *Met.*

QUID; non in species secedere QUATUOR annum
Aspicis, Ætatis peragentem imitamina nostræ?
Nam tener & lactens, puerique simillimus ævo
VERE novo est: tunc herba recens & roboris expers
Turget, & insolida est, & spe delectat agrestes.
Omnia tum florent, florùmque coloribus almus
Ludit ager, neque adhuc virtus in frondibus ulla est.
Transit in ÆSTATEM post Ver, robustior ætas,
Ulla, nec uberior, nec quæ magis ardeat, ulla est.
Excipit AUTUMNUS, posito fervore juventæ
Maturus, mitisque, inter juvenémque, senémque
Temperie medius, sparsus quoque tempora canis:
Inde senilis HIEMS tremulo venit horrida passu:
Aut spoliata suos, aut, quos habet, alba capillos.

DII

Anni partibus præsidentes.

I. VERI.

FLORA; *Epith.* Decens, pulchra, jucunda, suavis,

Chloris. candĭda,ŏdōrĭfĕra,rustĭca&c.Pulcherrima vultu cincta floribus:gestans mille colores:redimita rosis,cultu versicolore decens:Mater florum.vernas efflans ab ore rosas,Arbitrium quæ Dea floris habet,Zephyri marita:Zephyri pulcherrima conjux. Cui Zephyrus dotales tradidit hortos. CHLORIS *Nympha,Latinis* FLORA *dicta,quam & Majo mense,placabant,ut fruges, arborésque bene florescerent.* Zephyro *nupta fuisse dicitur,ab eoque dotis loco accepisse, ut haberet omnium florum potestatem: à quo &* Zephyris *dicitur Claudiano.*

His dum mulcebat dominam Zephyritida dictis.

2. ÆSTATI.

CERES.*Ep* Alma,flāva,spīcĭgĕra,falcĭgĕra,fœcunda,rūrĭcŏla,mūnĭfĭca,frūgĭfĕra,tœdĭfĕra,Ennea,ĕleusĭna,&c. Diva potens frugum,frugum genitrix,alma parens.Dea tædifera,spicigera,frugifera&c.Eleusina mater. Spicis tempora cincta;spicis redimita capillos.Frugum mitissima mater. Quæ prima ferro mortales vertere terrā instituit.*ovid.* Prima Ceres docuit turgescere semen in agris,Falce coronatas subsecuítq; comas;Prima jugis tauros supponere colla coëgit,Et veterem curvo dente revellit humū. *Virg.* 1. *Georg.* Imprimis venerare Deos,atq; annua magnæ Sacra refert Cereri—neque ante Quisquam maturis falcem supponat aristis. Quàm Cereri torta redimitus tempora fronde, Det motus incompositos,& carmina dicat,i:e:*Cereri sua sacra persolverit:quod à rusticis quotannis fieri solitum, quod crederent primam Cerem fruges invenisse, &* Triptolemum *juvenem Eleusinium curru suo impositum per orbem misisse universum,ut mortales arandi ac seminandi artem doceret. Hinc* Sen.*in Hipp.frumentum* Dona Triptolemi *vocat.De curru verò Ovid.* 3.*Trist.*

Nunc ego TRIPTOLEMI vellem conscendere currus,
Misit in ignotam qui rude semen humum.

3. AUTUMNO.

Liber. Lyæus: Iacchus. Bromius. Thyoneus. Bassareus. BACCHUS.*Ep* Candĭdus,tĕnĕr,mollis, pulcher,intonsus, cornĭgĕr,bĭcornĭgĕr,răcēmĭfĕr,cŏrymbĭfĕr,thyrsĭgĕr, bisgenĭtus,fulmĭneus,rŭbens,insānus,ēbrius, marcĭdus,&c. ŏgĭgius,Dircæus,Nysæus,Lēnæus,ăgēnŏreus,&c. Proles Semeleia,Thebanæ Semeles puer. Dirces alumnus Deus Aonius,Ogygius,thyrsiger,&c. Pater Nisæus,Lenæus,&c. *Tib.L.*4. Odit Lenæus tristia verba pater. Deus racemi potens,vitisator,corymbifer, pampineis ornatus tempora vittis:intonsā juvenis perpetuum comā Genialis consitor uvæ: cingens viridi tempora Pampino:pampineis redimitus tem-

pora sertis. *Claud* Crinali florens hædera Semeleïus Evan, *Eu-*
Ebria Mæoniis fulcit vestigia thyrsis. THYRSUS, *celeberri-* *hyus.*
mum Bacchi gestamen, hasta est hederâ involuta, quâ instru- *Evan.*
ctus ejus exercitus, quem in Indos eduxit. Porrò Bacchi natales sacra, cognomina varia habes apud Ovid. 3 *& 4. Met. De ejus verò forma ac statua praeclara multa Alciat in Emblem Hic tantùm doceo Baccho* cornua *in fronte attributa ; vel quia veteres vinum (cujus ille inventor) primùm è cornib biberunt, nondum alio poculorum genere reperto: vel quia vinum audaces ac fidentes reddit, & veluti cornibus instruit: quâ phrasi* cornutam bestiam petere *dixit Plaut. pro, eum lacessere, qui se ulcisci paratus sit. Ovidius quoque Vini effectus enumerans:*

Tunc veniunt risus, tunc pauper CORNUA SUMIT;
Tunc dolor, & curæ, rugaque frontis abit.

POMONA, *Nympha Ausonia, quam Vertumnus adamavit, ab antiquis magnâ religione culta, ut poma ac fructuum fœcunditatem daret. De qua Ovid.* 14. *Met.*

Rege sub hoc POMONA fuit, quâ nulla Latinas
Inter Hamadriadas coluit solertius hortos,
Nec fuit arborei studiosior altera fœtûs,
Unde tenet nomen non silvas illa, nec amnes;
Rus amat, & ramos felicia poma ferentes, *&c.*

4. HIEMI.

ÆOLUS: *Ep.* Durus, torvus, imperiosus, trux, *&c.* Nimbo- *Hippo-*
rum potens: Rex tempestatum. Ventorum pater: Æquoreis *dades.*
vêtos qui frenat in antris. Claudens hibernis flatibus æquor. Cui divum pater atque hominum rex. Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos. Qui clauso ventorum carcere regnat. *Ovid* 14. *Met* Æolon Hippodadē, cohibentem carcere ventos. *Id. l.* 11. Quod socer Hippodades tibi sit, qui carcere fortes Contineat ventos, & cùm velit æquora placet ÆOLUS, *Jove & Segresta, Hippotæ Trojani filiâ genitus fingitur à Poetis Ventis imperare, eisque nunc emissis, nunc intra antrum retentis tempestates, quas velit, tollere ac sedare.* Aulam *ejus pulcherrimè describit Virg. l* 1 *Æneid. eamque amœnâ varietate* antrum, carcerem, speluncam, montem, claustra *appellat.*

Talia flammato secum Dea corde volutans
Nimborum in patriam, loca fœta furentibus Austris
ÆOLIAM venit. Hic vasto Rex Æolus antro
Luctantes ventos tempestatésque sonoras
Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis,
Circum claustra fremunt. Celsâ sedet Æolus arce
Sceptra tenens, mollitque animos, & temperat iras:

Ni faciat; maria ac terras, cœlúmque profundum
Quippe ferant rapidi ſecum, verrántque per auras.
Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris
Hoc metuens, molémque & montes inſuper altos
Impoſuit: Regémque dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas ſciret dare juſſus habenas.

ANTRUM.

Spelunca. *Ep.* Nigrum, nigrans, obſcūrum, umbrōſum, ŏpācum, ātrum, cæcum, tĕnĕbrōſum, pĭceum, *&c.* Prŏfundum, altum, căvum, concăvum, lătĕbrōſum, curvum, ſ[illegible]ctum, vaſtum ſilens, tăcitum, horrendum, horrĭfĭcum, tætrum, *&c.* Scrūpeum, exēſum, vĭrĭdĕ, muſcōſum, frondōſum, gĕlĭdum, ūdum, rōrĭdum, *&c.* Luce carens, Solis inacceſſum radiis. Antrum ingens, cuivis penetrans Acheronta latebris. Cavis grave rupibus antrum. Exciſum latus ingens rupis in antrum. Scopulis pendentibus antrum. Mons cavus: concáva ſaxa. Antra vivo pendentia ſaxo muſco virentia: fontibus rorantia. Longo ſpeluncæ receſſu. *Virg. 6. Æn.* Spelunca alta fuit, vaſtóq; immanis hiatu, Scrupea, tuta lacu nigro, nemorúmq; tenebris. *Ovid.* —— longis ſpelunca receſſibus ingens, Abdita, vix

Specus. ipſis invenienda feris. *Virg.* Hic ſpecus horrendum *Sen* —— rupis exeſæ ſpecu. *Virg. 8.* At ſpecus, & Caci detecta appa-

Caverna. ruit ingens Regia, & umbroſæ penitus patuére cavernæ. *Id.* —— curvisque immugiit Ætna cavernis. *Ovid. Met.* Receſſus

Receſſus ſpeluncæ ſimilis, nativo pumice tectus. *Papin.* —— imæque receſſu Sedis inaſpecti cœlo radiisque penates. *Virg.* In re-

Latebra. ceſſu longo ſub rupe cavata. Abſtruſi ſinus. profundæ latebræ. *Virg de apibus.* Sæpe etiam effoſſis, ſi vera eſt fama, latebris ſub terra poſuere larem. *Planè, ut de Septentrionalibus 3. Georg.* Ipſi in defoſſis ſpecubus ſecura ſub altâ, Otia agunt terrâ. *Reperies & apud Auctores* cavum *&* cava *abſolutè pro cavernis. Ita uſus eſt Seneca in Thebaide:* —— latebo rupis exeſæ cavo. *Et Virg. 1. Georg* —— ſæpe exiguus mus

Sub terra poſuitque lares, atque horrea fecit:
Inventúsque cavis bufo.

Porrò Speluncam ſive rupem cavatam Græci σπήλαιον *vocant. Quam vocem in Latium traduxit Virgilius Eclogâ 10.*
Certum eſt in ſylvis inter ſpelæa ferarum
Malle pati, *&c.*

ANTRA.

Ab Ovidio deſcripta lib. 3. Metam.

Sylva vetus ſtabat nullâ violata ſecuri,
Et ſpecus in medio virgis ac vimine denſus,

Efficiens humilem lapidum compagibus arcum,
Uberibus fœcundus aquis,ubi conditus antro
Martius anguis erat ———
Vallis erat piceis,& acutâ densa Cupressu,
Cujus in extremo est antrum memorale recessu
Arte laboratum nulla,simulaverat artem
Ingenio natura suo,nam pumice vivo
Et levibus tophis nativum duxerat arcum.

APES.

*Epi.*Sēdŭlæ,stŭdiōsæ,sollĭcĭtæ gnāvæ,ŏpĕrōsæ, impĭgræ, văgæ,lĕvĕs,āĕriæ mellĭgĕræ flōrĭlĕgæ, parvæ, ingĕniōsæ, *&c.*Attĭcæ,Cĕcrōpiæ,Hymētiæ,Sicāniæ,Hyblææ,*&c* Mellificæ volucres:quæ per purpureas rosas,violasq;amararumque legunt suave nectar. Teneri hortorū coloni. Gens divino ebria rore;volitans per amœna vireta,*&c.*Melligera examina Florum studiosa turba:Melle gravidæ catervæ:quæ veris populantur opes,per flores&thyma summa volant.*Polit.* Dædala somniferos peragunt examina bombos. *Ovid.Fast.* Audit in excelsa stridorem examinis ulmo.*Virg.*—velut in pratis ubi apes æstate serenâ Floribus insidunt variis,& candida circum Lilia funduntur:fremit omnis murmure campus*Ov.* Ecce novæ coëunt volucres tinnitibus actæ: Quósque movent sonitus æra,sequuntur apes.*Papin* Melle novo gravidas mitis videtHybla catervas.*Ovid.*Quot lepores in Atho,quot apes pascuntur in Hybla *Mart.*Et quæ Cecropio monte vagantur apes. HYBLA *Siciliæ &* HYMETTUS *Atticæ mons bonitate mellis atque Apum copiâ maximè celebres fuêre. Unde varia tam* melli,*quàm Apibus Epitheta attributa.* Mart.l.7.

Hoc ego maluerim: ———
Quam meus Hispano si me Tagus impleat auro,
Pascat & HYBLA meas,pascat HYMETTUS apes.

APUM LABOR *sive* OPERA:

I. MEL.

*Ep.*Dulcĕ,nectăreum,suāve,flāvum, flāvens,cērеum,aureum,rĕdōlens,frāgrans,roscĭdum,lĭquĭdum,lĭquens,pūrum, pingue,*&c.* Hyblæum,Attĭcum, Cĕcrōpium,Hymettium, Sĭcŭlum,Sĭcānum,*&c.*Apum labor,Nectar Hyblæū Cecropium *&c.*Mellis munera.Mellis dona.Mella thymo fragrantia:thymi redolentia flore. Mella plenis favis expressa *vel* liquata. Cerea dona.*Ov* ——ô dulcior illo Melle, quod in ceris Attica ponit apis. *Virg.*1.*Georg* Protinus aërii mellis CÆLESTIA DONA exsequar. MEL *enim roscidus est humor è cœlo*

decidens, quem à floribus aut herbis exceptum Apes in utriculos suos colligunt, ac demùm in alveos sive favos ore refundunt. Dulcissimum erat mel Hyblæum *ac* Hymettiū, *quod hi montes* thymi, *quo Apes pascuntur, bonitate præstarent: Sicut contrà* Corsicum *vile & subamarum ob thymi illic nascentis amaritudinem. Unde Mart. l. 11. probare volens, egregium carmen vix fieri posse absque egregio argumento.*

Mella jubes Hyblæa tibi vel Hymettia nasci;
Et thyma Cecropiæ CORSICA ponis api?

2. CERA.

Epith. Flāva, mollis, pinguīs, tenax, ŏlens, ŏdōra, rĕdŏlens, *&c.* Attĭca, Hyblæa, *&c* Arte laborata. Redolens thymum. *Ovid.*——ut Hymettia sole Cera remollescit, tractaq; pollice multas Vertitur in facies, ipsóque fit utilis usu. *Papin.*——— tractatæ pollice ceræ Accipiunt formas, ignemque manumque sequuntur. *Vide* LIQUEFIERI.

3. FAVUS.

Epith Dulcis, grātus, mellitus, nectăreus, ambrŏsius, flāvus, *&c* Cĕcrŏpius, Hyblæus, *&c* Spumantia cogere pressis mella favis. *Tib* Rure levis verno flores apis ingerit alveo, Compleat ut dulci sedula mella favos. *Virg. 4. Georg de Apib.* ——pars intra tecta domorum Prima favis ponunt fundamina, deinde tenaces Suspendunt ceras: aliæ purissima mella Stipant, & dulci distendunt nectare cellas. *Est autem* FAVUS *è cera in multas cellulas (quarum forma sexangula) distinctus Unde Ovid. 5. Met.*

Nonne vides, quos CERA tegit SEXANGULA, fœtus
Melli ferarum Apium sine membris corpora nasci?

APUM ALVEARIA.

Epith Căva, căvāta, texta, cērea, ŏdōra, *&c.* Cava domus, Cerea tecta. *Silv.* ———Odori corticis antra. *Virg.* —seu corticibus tibi suta cavatis, Seu lento fuerint alvearia vimine texta. *Idem*———apes examina condunt Corticibúsque cavis, vitiosæque ilicis antro. *Claud. 2. Rapt.* ——— cum cerea Reges Castra movent, fagique cavâ dimissus ab alvo Mellifer electis exercitus obstrepit herbis. *Mellificant enim* APES *nunc in rimoso aliquo saxo, nunc in antiqua arboris cavo, alibi verò in* Alvearie *corticibus arborum aut vimine contexto. Has verò earum domos Virg 4. Georg. vocat* Dædala tecta. i. e. ingeniosè fabricata, *à Dædalo insigni Architecto: unde & ad ipsas Apes Epitheton defluxit Calpurn. Ecl. 2.*

———illis certantibus ausa est
Dædala nectareos Apis intermittere flores.

APUM

APUM RESPUBLICA.

Hanc Poetæ pœne omnes attigêre. Verùm unius adducam Virgilii versus: quando Latini fere omnes hujus fontibus hortulos suos irrigârunt. Ille igitur lib. 4. Georg. eam describit in hunc modum:

Solæ communes natos communia tecta
Urbis habent, magnísque agitant sub legibus ævum.
Et patriam solæ & certos novêre penates:
Venturæque hiemis memores, æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt,
Námque aliæ victu invigilant & fœdere pacto
Exercentur agris: pars intra septa domorum
Narcissi lacrymam & lentum de cortice gluten
Prima favis ponunt fundamina ——
Sunt, quibus ad portas cecidit custodia sorti,
Inque vicem speculantur aquas & nubila cæli:
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto,
Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent.
Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
Deinde paulo pòst —— amor urget habendi
Munere quamque suo Grandævis oppida curæ,
Et munire favos, & Dædala fingere tecta.
At fessæ multa referunt se nocte minores
Crura thymo plenæ pascuntur & arbuta passim
Et glaucas salices, casiamque, crocumque rubentem,
Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.
Omnibus una quies operum, labor omnibus unus, *&c.*

SS. APOSTOLI.

Apostolicus cætus. Duodena turba: bisseni proceres: Bis-sena virûm vis, Quos Christus numero ex omni delegit amicos: queîs cum curas, durumque laborem partiri, *&c.* Bis senos sibi quos olim delegit, ut essent tantorum memores operum, testésque laborum. Quos olim comitésque viæ, sociosque laborum Bissenos ipse heroes delegerat omni Ex numero Numine pleni: Nummis aurâ afflati, totum Christi qui signa tulêre per orbem, *&c.*

AQUA.

Epith. Dulcis, pūra, gĕlĭda, limpĭda, clāra, vĭtrea, perspĭcua, nĭtĭda, lĭquĭda, rōrans hūmĭda, humens, *&c.* Viva fontāna, fluens, sāliens, currens, sŏnōra, crĕpĭtans, garrŭla, lŏquax, &c. *Vide infrà* FLUVIUS Contrarius ignibus humor, Gelidi liquores. Aqua de flumine sumpta: fontibus hausta. Aqua

Unda. *Humor.* *Liquor.*

per saxa decurrens: saxis obloquens, *&c.* Flumineus latex. Vitreæ lymphæ. *Prop* —— lymphis à fonte petitis Temperet annósum sobria lympha merum. *Virg.* 4. *Georg.* —— irriguúmque bibant violaria fontem. ——— manibus liquidos dant ordine fontes, *&c.*

Lympha. Fons.

Aquis tingere vel *abluere.*

Corpus agris mergere: fluviali spargere lymphâ: flumine vivo abluere: superfusis tingere corpus aquis: purgantibus undis irrorare. Sordes *vel* labem undis eluere, mundare *&c.* Dare aquam manibus: fluvios ministrare. Irrorantq; manus lymphis, & flumine largo sparguntur, &c. *Vide* BAPTIZARE.

Aquis se vel *alium immittere.*

In aquas se jactu dare. Suppositas immittere corpus in undas. Dare se præcipitem in undas. *Virg. l.* 9. Tum demum præceps saltu sese omnibus armis In fluvium dedit, *&c.* Aliquem in mare præcipitem deturbare; spargere in fluctus: undis obruere, extinguere, &c. *Virg. l.* 3. Spargite me in fluctus, vastóque immergite ponto, liquidas projecit in undas Præcipitem, medióque sub æquore mersit.

Aquarum exundatio, sive *diluvium.*

Cùm flumina ripas superant, campos inundant, cultis diluviem meditantur agris. Cùm torrens undis pluvialibus auctus Per sata, pêrq; vias fertur: nec ut antè solebat, Riparum clausas margine finit aquas: cùm sese patentibus explicat arvis, Cùm vagus in campos frustra prohibentibus exit Obicibus. *Luc l.* 6. Sic pleno Padus ore tumens super aggere tutas Excurrit ripas, & totos concutit agros. *Claud. de Nilo.* Fluctuat omnis ager, remis sonuêre novales; Cernit cum stabulis armenta natantia pastor. *Ovid.* Sternuntur segetes, & deplorata colonis. Vota jacent, longiq; petit labor irritus anni. *Plura huc spectantia peti possunt ex Ovid Met l.* 1 *Vbi in descriptione cataclysmi sive diluvii generalis* (*quod in* Deucalionis *ævum Poëtæ referunt*) *novo te carminum diluvio inundabit.*

Exspatiata ruunt per apertos flumina campos:
Cúmque satis arbusta simul, pecudésque virósque
Tectáque, cúmque suis rapiunt penetralia sacris.
Si qua domus mansit, potuítque resistere tanto
Indejecta malo, culmen tamen altior hujus
Unda tegit, pressæque latent sub gurgite turres.
Occupat hic collem, cymbâ sedet alter aduncâ,
Et ducit remos illic, ubi nuper ararat.

Ille

Ille nuper segetes aut mersæ culmina villæ;
Navigat, hic summa piscem deprendit in ulmo.
Figitur in viridi, sic sors tulit, anchora prato,
Aut subjecta tegunt curvæ vineta carinæ:
Et modò quà graciles gramen carpsêre capellæ,
Nunc ibi deformes ponunt sua corpora Phocæ.
Mirantur sub aqua lucos, urbésque, domósque
Nereides, sylvásque tenent delphines, & altis
Incursant ramis, agitatáque robora pulsant.
Nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones,
Unda vehit tigres: nec vires fulminis apro,
Crura nec ablato prosunt velocia cervo;
Quæsitísque diu terris ubi sistere possit,
In mare lassatis volucris vaga decidit alis.
Obruerat tumulos immensa licentia ponti,
Pulsabantque novi montana cacumina fluctus, &c.

ARBOR.

Epith. Umbrōsa, ŏpāca, pătŭla, rāmōsa, flōrens, frondōsa, vĭrĭdis, alta, prŏcēra, *&c.* Fertĭlis, fœcunda, frūgĭfĕra, fœta, pōmĭfĕra, *&c.* Diffusa ramis: latè sua brachia pandens: sublimi vertice nutans. Patulis luxuriosa comis; Prodiga largis fœtibus. Decora lætis fructibus. Gratam præbens umbram. Avibus frondosa præbens hospitia. Densa foliis. Recto procero stipite, *&c.*

ARBORIS PARTES:

I. RAMI.

Epith Frondentēs, frondōsī, vĭrĭdēs, ŏpācī, cŏmantēs, pătŭlī, pandī, trĕmŭlī, tĕrĕtēs, *&c.* Lætī, frūgĭfĕrī, grăvĭdī, tĕnĕrī, tortĭlēs, nōdōsī, *&c.* Pendentes arbore rami Nutantes pondere. Ramorum umbra : Spatiosa brachia. *Virg. l 6.* in medio ramos, annosáque brachia pandit. Ulmus opaca, ingens. *Sen Oed.* Medio stat ingens arbor, atque umbra gravi Silvas minores urget, & magno ambitu Diffusa ramis umbra defendit nemus. *Brachia.*

2. FRONDES.

Epi. Arbŏrĕæ, silvestrēs, vĭrĭdēs, vĭrentēs, umbrōsæ, ŏpācæ, densæ, lætæ, *&c* Tĕnĕræ, trĕmŭlæ, tĕnuēs, cădūcæ, dĕcĭduæ, lĕvēs, *&c.* Frondosa umbra. Umbrosa coma. *Sil. l 5.*—quercus. Diffusas patulo laxabat stipite frondes, Umbrabátq; comâ summi vestigia montis. *Prop. l. 3.* Me tegat arboreâ devia terra comâ. *Horat.* Et spissæ nemorum comæ. *Nux apud Ovid.* Cœpimus in patulas luxuriare comas. *Papin. 4 Sil.* *Folia.* *Coma.* *Capilli.* *Crines.*

Nunc

Umbra. Nunc cuncta Veris frondibus annuis crinitur arbos. *Ovid. de Nuce.* Non mihi falx nimias Saturnia deputat umbras, *&c.*

3. CORTEX.

Ep Arbŏreus, rūgōsus, virĭdis, crūdus, &c. *Ovid.* Dum novus in viridi coalescit cortice ramus. Nunc tumido gemmas cortice palmes agit. Liber arboreus. *Virg. de insitione.* —— aliena ex arbore germen Includunt, udóque docent inolescere libro: *Papin.* 1. *Th.* —— clausa arbutei sub cortice libri.

4. TRUNCUS.

Ep. Arbŏreus, tĕrĕs, firmus, stăbĭlis, *&c* Surgit truncus, &c. ingentem ramorum sustinet umbram. Arboris obnixus trunco, &c. *Prop. l.* 4. *de insitione.* Cum pirus invito stipite mala tulit. *Virg* 2. *Georg* Quin & caudícibus sectis, mirabile dictu, Truditur è sicco radix oleagina ligno. *Ima pars trunci* stirps *Latinis dicitur: in qua significatione Virgilio generis est masculini* 2. *Georg.* —— admorso signata in stirpe cicatrix. *Et Ovidio Met* Cùm semel in sylvis imo de stirpe recisum. *Horatius tamen aliter usurpat. lib* 3 *Carm.*

Stipes. *Caudex* *Stirps.*

Stirpésque raptas, & pecus & domos.

5. RADIX.

Ep. Alta, īma, vălĭda, tĕnax, fixa, *&c.* Arbor radice terram complectitur, mordet, tenet. Radices altiùs arbor agit: validis radicibus hæret. ———— quantum vertice ad auras Æthereas, tantùm radice in tartara tendit. *Ovid de flore.* —— nigrâ radice tenetur. FIBRÆ *dicuntur radicum ligamenta, sive tenuia flagella. Virg* & amaris intyba fibris.

Fibræ.

Arbores serere, plantare.

Feraces figere humo plantas. Humo, terræ, solo mandare, credere, committere: Scrobibus demittere, sulcis deponere. Ponere ordine vites. Arva vitibus, oleis, *&c* conserere, vestire. *Virg.* 2. *Georg.* —— juvat Ismara Baccho conserere, atque olea magnum vestire Taburnum. *Ovid.* 1. *Pont* Sunt ibi, si vivunt, nostrâ quoque consita quondam, Sed non & nostrâ poma legenda manu. Riguis plantam defigere in hortis. *Virg Georg.* Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum Deposuit sulcis, hic stirpes obruit arvo, *&c.*

Arbores inserere.

Ramos inoculare. Surculum trunco immittere, oculos imponere: fisso cortice lignum inserere: aliena ex arbore germen includere. *Ovid.* —— fisso modò cortice lignum Inserit, & succos alieno præstat alumno. —— fac ramum ra-

mus adoptet. Stetque peregrinis arbor opaca comis. *Sed in hac materia nihil addi potest ad Maronis Musam 2. Geog.*

———— huc aliena ex arbore germen
Includunt, udóque docent inolescere libro.
Aut rursum enodes trunci resecantur, & altè
Finditur in solidum cuneis via; deinde feraces
Plantæ immittuntur: nec longum tempus, & ingens
Exiit ad cælum ramis felicibus arbos,
Miraturque novas frondes, & non sua poma.

ARBORUM GENERA AD LOCOS COMMUNES REDACTA.

I. ARBORES.

Triumphis ac victoriis dedicatæ.

1. LAURUS.

Ep. Victrix, triumphālis, ōpima, vĭrĭdans, vĭrĭdis, frondōsa, nōbĭlis, *&c.* Casta, innūba, Phœbēja, Panassis, Parnassia, Delphĭca, ăpollĭnaris, *&c.* Arbor Phœbi. Phœbo gratissima: Æternum servans fronde virente decus: gerens æternos formosæ frondis honores. *Prop, l 3* Arbor Castalia. *Ovid.* Ite triumphales circum mea tempora lauri: Vicimus, &c. *Claud.* Ille caput flavū lauro Parnasside vinctus. Laurus virgo, Ornatique comas hederis, & virgine lauro. DAPHNE *puella, Phœbi amores fugiens, in laurum versa est. Hinc ipsa arbor Tibullo* casta *dicitur, Ovidio verò* innuba. *Phœbus autem, cùm prius in ludis illis sacris victores Quercu coronarentur; ad hunc honorem Laurum assumpsit: ut inter cæteros fabulatur Ovid. 1. Met. Eadem apud Romanos certissima victoriæ nuntia, atque in triumphis ab* Imperatoribus *capite gestari, & in gremio Iovis Capitolini deponi solita. Quod eod. loco attingit Ovid. apud quem Phœbus Daphnenjam mutatam alloquitur:*

——At quoniam conjux mea non potes esse,
ARBOR eris certè dixit MEA, semper habebunt
Te coma, te citharæ, te nostræ, LAURE, pharetræ.
Tu ducibus lætis aderis, cùm læta triumphum
Vox canet, & longas visent Capitolia pompas.

2. MYRTUS.

Ep. Littŏrea, rĕdŏlens, ŏdōrāta, tĕnĕra, frondens, Păphia, Diōnæa, Cythĕrea, *&c.* Metuens frigora, Amans littora. Veneri gratissima Dionæâ velentur tempora myrto *Ovid.* Sustineamque coma metuentem frigora myrtum. *Mart.* Non plus lotos aquas, littora myrtus amat. MYRTUS *arbor odoratu ac*

ta ac Veneri sacra: quâ ovantes ac Poëtæ Elegiographi coronari solebant, sicut Lauro *triumphantes ac Poëtæ Epici. Quò respicere puto Ovid.*

Finis adest operi: PALMAM date grata juventus,
Sertáque odoratæ MYRTEA ferte comæ.

4. PALMA.

Epith. Ardua, nōbilis, victrix, triumphālis, viridis, Idūmæa, *&c.* Cedere nescia: pondere major: vires à pondere sumens. Lentæ, victorum præmia, palmæ. *Virg.* 3 *Georg.* Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas. *Lucan. lib* 3. — arbusto palmarum dives Idume. PALMIS *enim abundat Iudæa. Quod genus arboris, quia onere pressum, non succumbit, sed fortius etiam in altum exsurgit; Antiquitas victoriæ symbolum esse voluit, quæ non nisi fortiter obtinendo reportari potest. Vnde & pro ipsa victoria passim apud Auctores usurpari reperies. Prop. l.* 3.

Sanguis, erit vobis maxima palma meus.

II. ARBORES.

NAVIBUS ÆDIFICANDIS APTÆ,

quæ propterea & pro ipsis navibus à Poëtis usurpantur.

1. ABIES.

Epith. Alta, prōcēra, āëria, ēnōdis, *&c.* Apta fretis: audax. *Virg.* Casus visura marinos. Navifragos pelagi visura tumultus.

2. PINUS.

Epith. Hirsūta, prōcēra, cōnĭfĕra, ardua, sylvestris, pinguis, *&c* Foliis acuta: sudanti cortice: succincta comas, hirsutáque vertice pinus. *Papin,* —— odora in vulnere pinus. *Ovid* Nondum cæsa suis, peregrinum ut viseret orbem Montibus, in liquidas pinus descenderat undas.

3. ALNUS.

Epith Prōcēra, alta, &c. *Virg.* Tunc alnos primum fluvii sensere cavatas. *Sen.* —— & per immensum mare Motura ramos alnus.

III. ARBORES,

quæ cariem non sentiunt:

1. CUPRESSUS.

Epith. āĕria, cōnĭfĕra, ardua, altĭcŏma, æterna, ŏdōrāta, Idæa, *&c.*

2. CEDRUS.

Epith. ŏdōrāta, ŏlens, ŏdōra, æterna, ēnōdis, Lĭbănītis, *&c.*

3. JUNI-

3. JUNIPERUS.

Epith. Viridis, virens. æternus, longævus, durus, *&c.* Arenis gaudens: Carie impenetrabile robur. *Virg.* 2. *Georg.* —— dant utile lignum Navigiis pinos, domibus Cedrósque Cupressósque. *Mart. l.* 9. *de Cupresso.* Quæ nec sæcula centies peracta, Nec longæ cariem timet senectæ. *Horat. in Arte.* —— speramus carmina fingi Posse linenda cedro, & lævi servanda Cupresso? i e. *Digna, quæ diutissimè serventur incorrupta. Nam id præstare putatur Cedri ac Cupressi succus. Quo pertinet illud Ausonii de Lectore ad librum suum:*

Hujus in arbitrio est, seu te juvenescere Cedro,
Seu jubeat duris vermibus esse cibum.

IV. ARBORES FUNESTÆ:

PICEA, TAXUS, CUPRESSUS.

Epith Ferales, tristes, mœstæ, ploratæ, nigræ, Stygiæ, pingues, odoræ, *&c.* Taxus succo metuenda. *Virg* 3. *Georg* —— Piceæ, taxíque nocentes. *Ovid.* Est via declivis funestâ nubila taxo. Vallis erat piceis, & acutâ densa Cupresso. *Claud.* 2. *Rap.* —— tumulos tectura Cupressus. *Sil. l.* 10. At ferale decus, mœstas ad busta Cupressos constituunt. CUPRESSUS *enim ante funebrem olim domum collocari, ejusque ramis pyræ latera intexi solebant: quod & de* PICEA *asserit Plinius l.* 16. *Virg.* 6 *Æn.*

Ingentem struxêre pyram; cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante Cupressos
Constituunt.

V. ARBORES

JACULIS FACIENDIS APTÆ.

unde & pro ipsis jaculis usurpantur.

1. CORNUS.

Virg. 2 *Georg.* At Myrtus validis hastilibus, & bona bello Cornus. *Claud.* —— Bellis accommoda cornus. *Virg. l.* 9. —— volat Itala cornus Aera per medium, stomachóque infixa sub altum Pectus abit. *Id l* 12. Procurrens sonitum dat stridula cornus, & auras Certa secat.

2. FRAXINUS.

Ovid. 10. *Met.* —— & Fraxinus utilis hastis. *Claud.* Classica non fremerent, non stridula Fraxinus iret. *Virg.* 12. *Æn.* —— Cycnúmque petit, nec Fraxinus errat. In juvenem torsit jaculum, ferratáque collo Fraxinus, ut casu ja-

cuit

cuit resupinus, adacta est *Apta quoque jaculis* Myrtus *ob solidum robur, quod illi dat Virg. 2. Georg Sed frequentiùs nominantur priores illa. Ovid. de Procridis Telo*:

——— certè, si FRAXINUS esset,
Fulva colore foret: Si CORNUS, nodus inesset.

VI. ARBORES GLANDIFERÆ.

1. QUERCUS.

Epith. Rĭgĭda, dūra, sŏlĭda, rāmōsa, pătŭla, umbrōsa, annōsa, aëria, sublimis, ardua, glandĭfĕra, Chāŏnia, Dōdōnia *&c.* Sacra Jovi quercus: amica Jovi. Sublimi vertice nutans: curvata glandibus: infixis altè radicibus hærens. *Virg.* ——— magna Jovis antiquo robore quercus. *Id.* Chanoniique patris glandes. *Ovid.* Et quæ deciderant patulâ Jovis arbore glandes. *Idem* 10. *Met.* ——— non Chaonis abfuit arbor. *Claud.* Dodonêa suo movet auram vertice quercus. *A Dodona nempe Chaonia silva, Iovique sacra: ubi celeberrima olim oracula edebantur.*

Robur. *Virg.* 1. *Æn.* ——— sonat icta securibus ilex, Fraxineæque trabes cuneis, & fissile robur Scinditur. ——— innataque rupibus altis Robora *Lucan.* Tot circum firmo silvæ se robore tollunt. *Quamquam sæpe* Robur *pro quavis arbore aut ligno usurpatum invenies.*

2. ILEX.

Epith. Nĭgra, rāmōsa, ŏpāca, umbrōsa, frondens, vĭrĭdis, alta, littŏrea, nōdōsa, &c. *Ovid.* 10. *Met.* ——— curvatáque glandibus ilex *Id. l.* 1. Flaváque de viridi stillabunt ilice mella. *Virg.* 2. *Georg.* ——— nec non & apes examina condunt Corticibúsque cavis, vitiosæque ilicis alvo. *Quò certum est respexisse Claudianum de Rap. l.* 2. *in Arborum singularum attributis*:

QUERCUS amica Jovi, tumulos tectura Cupressus,
ILEX plena favis ———

3. ESCULUS.

Epith. Dūra, rĭgĭda, frondens, celsa, alta, &c. *Ovid.* & frondibus Esculus altis. *Virg.* 2. *Georg.* Esculus in primis, quæ quantum vertice ad auras Ætherias, tantùm radice in tartara tendit. *Sil. l.* 10. Annosa excelsos tendebat ad æthera ramos Esculus, umbrosum magnas super ardua silvas Nubibus insertans altis caput. *Virg.* ——— nemorúmque Jovi quæ maxima frondet Esculus, &c.

VII. AR-

VII. ARBORES MISCELLÆ.

1. OLEA.

Ep. Pallens, albens, cānens, vīvax, virĭdis, nitĭda, pinguis, *&c.* Pācĭfĕra, mitis, imbellis, Pallădĭa *&c* Palladis arbor. Semper frondens: æternùm virens: tardè crescens *Virg Buc.* Palladiâ gaudent sylvâ vivacis olivæ *Ov. 3. Pont* — —pacatæ ramus olivæ. *Virg. lib. 8* Paciferæque manu ramum prætendit olivæ *Nam manu olim gestata pacis indicium erat. Vnde vero oliva Palladi sacra: vide indice* PALLAS.

2. ULMUS.

Ep. āĕrĭa. frondōsa, ŏpāca, ingens, densa, umbrōsa. *&c.* Amica vitibus arbor. *Papin* Alnus amica fretis, nec inhospita vitibus ulmus. *Virg. Buc* Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est.

3. ORNUS.

Ep. Prōcēra, rĭgĭda, dūra, excelsa, āĕrĭa, montāna, montĭcŏla, annōsa, ingens, *&c.* Ornus amans montes: dura securibus. ——rigidas deducere montibus ornos *Virg. 1. Georg* Nascuntur steriles saxosis montibus orni———solidæque suis cum frondibus orni. Ingentes, quas vix Boreas everteret, orni, *&c.*

3. PLATANUS.

Ep. Stĕrĭlis, lāta, frondens, cŏmans, ŏpaca, umbrōsa, gĕnĭālis, *&c.* Laris conspicienda comis Latè brachia diffundens Gratam præbens potantibus umbram. *Horat. l. 2. Od. 11.* Cur non sub alta vel Platano, vel hac Pinu jacentes sic temerè, & rosa canos odorati capillos, Potamus uncti? *Nam nulli alteri penè rei servit hæc arbor, præterquam ad umbram comparandam: unde sub ea crebro potitatum. Virg. 4. Georg.*

Jamque ministrantem PLATANUM potantibus umbram.

4. POPULUS.

Ep. Alba, cānă, alta, bĭcŏlor, frondens, Hercŭlĕa, *&c.* Fluviis gaudens ——nutritaque populus undâ Alba comas. Populeæ frondes. Populeis insirepit aura comis. *Ov.* Aptior Herculeæ populus alba comæ. *Virg. 2. Georg* —— Herculeæque arbos umbrosa coronæ. POPULUS *duplex est, alba & nigra.* Alba *Herculi sacra est, quâ & illi sacrificantes coronari soliti. Virg Eccl. 7.*

POPULUS Alcidæ gratissima, Vitis Iaccho,
Formosæ MYRTUS Veneri, sua LAUREA Phœbo.

5. SALIX.

*Ep.*Lenta,amāra,cāna,glauca, flūmĭnea, amnĭcŏla,umbrŏsa,*&c.*Fluviis amica,Fluminibus gaudens.Amans littora.Foliis amara *Virg Buc.* Florentem cythisum, & salices carpetis amaras.*Reliquas Arbores non tam ad fructum,quàm ad voluptatem & hortorum ornatum censeri solitas, earumque proprietates discere potes ex Ovidii amplissima enumeratione lib. 16.Met.*

——non Chaonis abfuit arbor,
Non nemus *Heliadum*,non frontibus *Esculus* altis,
Nec *Tiliæ* molles,nec *Fagus* & innuba *Laurus*;
Et *Coryli* fragiles,& *Fraxinus* utilis hastis,
Enodisque *Abies*,curvataque glandibus *Ilex*,
Et *Platanus* genialis, *Acerque* coloribus impar,
Amnicolæque simul *Salices*,& aquatica *Lotos*,
Perpetuoque virens *Buxus*,tenuesque *Myricæ*,
Et bicolor *Myrtus*,& baccis cærula *Ficus*,
Vos quoque flexipedes *Hederæ* venistis, & una
Pampineæ *Vites*,& amictæ vitibus *Vlmi*,
Orniq́ue & *Piceæ*,pomoq́ue onerata rubenti
Arbutus,& lentæ,victoris præmia *Palmæ*,
Et succincta comas,hirsutaq́ue vertice *Pinus*.

ARDOR.

à sole vel igne productus.

Æstus *Fervor* *Calor.* *Vapor.* *Ep.*Fervĭdus,fervens,igneus,răpĭdus,magnus,sævus,ingens, ănhēlus,ūrens,torrens,*&c.* Terræ ardore dehiscunt.Sicci aer fervoribus ustus canduit, ——lethiferos accendens Sirius ignes Torret anhelantem sævis ardoribus orbem *Virg de incen.*—— Exsuperant flammæ. furit æstus ad auras. *Ovid* 19. ——Solisq́ue vapore Concava littorei fervebant brachia cancri. *Manil.* —— Obsessa per æstus Inque rogo vivit,tantus per sidera fervor, *Tib.* Tellus Phœbi semper subjecta calori,*Horat.* —— fervidis Pars inclusa caloribus.*Ovid* Æstus erat, magnusque labor geminaverat æstum,&c.*V. suprà* ÆSTAS *& infra* IGNIS.

ARDORIS EFFECTUS.

Vrere. *Torrere* *Coquere.* Flammis, igne, radiis, ardoribus torrere, coquere. urere adurere,exuere, &c. *Sil.* Flammiferis tellus radiis exusta dehiscit, Candentique globo medius cogit æthera fervor. *Virg.*Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. *Tib.* Et canis arentes torreat arva siti. Flamma populatur, edit, sorbet, vorat,pascitur, *Virg.*—— Est mollis flamma medullas. *I.*

——lentuſque carinas eſt vapor. *Sen. Hippol.*—— pectus inſanum vapor Amorque torret, intimas ſævus vorat Penitus medullas. *Ovid.* 9. *Met.*—— pulmonibus errat Ignis edax intus, perque omnes paſcitur artus. *Ibid.*—— Sorbent avidæ præcordia flammæ, Ambuſtique ſonant nervi, cæcaque medullis Tabe liquefactis tendens ad ſidera palmas, &c. *Deſcribit autem Herculem in Oeta monte Neſſæi veneni ardoribus æſtuantem. De quo Seneca in ſuo Hercule:*

> ——ardet felle ſiccato jecur
> Totuſque lentus ſanguinem avexit vapor:
> Exedit artus penitus, & totas malum
> Hauſit medullas.——

Ardere.

Flammas vel ignem concipere. Igne corripi, uri, aduri, torreri. Flammis præbere alimenta, Ignibus incandeſcere. Abire in flammas. *Ovid. de Phaëtontis incendio.*——ne fortè ſacer tot ab ignibus æther Conciperet flammas, totuſque ardeſceret axis. ——accenſis incanduit ignibus ara. ——In accenſis flagrant altaribus ignes. *Ovid.* Utque leves ſtipulæ demtis adolentur ariſtis, ut facibus ſepes ardent: Sic Deus in flammas abiit, ſic pectore toto Uritur—— *Ardeſcere. Flagrare. Uri.*

Conſidere in ignes, Flammis lucere. Fumum ejectare, favillas ad ætherem prorumpere. *Virg.* Tum verò omne mihi viſum conſidere in ignes Ilium, & omnis homo fumat Neptunia Troja. *Idem*——dedit ampla ruinam Vulcano ſuperante domus. Ignes ad tecta feruntur; furit æſtus ad auras: Nec vires hominum, infuſaque flumina proſunt. *Sil.* Ardent tecta Deûm, reſpondet imagine Flammæ Æquor, & in tremulo vibravit incendia ponto. *Vide* INCENDIUM.

COMPARATIONES.

1. *Hæ pro vario ardore variæ à Poëtis adducuntur. Ac primum ardorem Amoris Ovidius comparat cum tædis ac thure accenſis. Epiſt.* 7.

> Uror, ut inducto ceratæ ſulphure tædæ;
> Ut pia fumoſis addita thura focis.

2. *Cum ſegete incenſa, Epiſt.* 12.

> Uror, ut, indomitis ignem exercentibus Euris,
> Fertilis accenſis meſſibus ardet ager.

3. *Cum plumbo fundâ ejecto: lib.* 2. *Met.*

> Non ſecùs exarſit, quàm cum Balearica plumbum
> Funda jacit: volat illud, & incandeſcit eundo;
> Et, quos non habuit, ſub nubibus invenit ignes.

4 *Cum Hercule Oetæo & Ætna incendio, Hor. Epod. Od. 7.*

——————ô mare, ô terra! ardeo
Quantum neque atro delibutus Hercules
Nessi veneno, nec Sicanâ fervida
Furens in Ætna flamma.

Crines Cheraxi cujusdam flammâ correptos, & vicini vulneris stridorem sequenti Comparatione exornat Ov. Met. l. 12.

Correpti rapidâ, veluti seges arida, flammâ
Arserunt crines, & vulnere sanguis inustus
Terribilem stridore sonum dedit: ut dare ferrum
Igne rubens plerumque solet, quod forcipe curvâ
Cum faber eduxit, lacubus dimittit: at illud
Stridet, & in tepida submersum sibilat unda.

ARMA.

Ep Ferrea, ærea, aurea, fulgentia. rădiantia, nĭtentia, lūcĭda, rŭtilantia. *&c.* Dūra, aspĕra, vălĭda, grăvĭda, pugnācia, horrĭda, fĕta, infesta, hostīlia, bellĭca, victrīcia, cruenta, sanguĭnŏlenta, *&c.* mœsta, tristia, fūnesta, lēthālia, insāna, vēsāna, impia, dētestanda, Māvortia, Vulcānia, *&c.* Auro cælata Cæde calentia. *Hor. 2. Od* Nundum expiatis uncta cruoribus. *Pap.* Armaque mœsta virûm, atque infecti cædibus enses. Horrentia Martis, Arma Getici sanguinolentia Dei. Invisa matribus arma. Crudelia, cruorem sitientia. Sanguine picta: sanguineo tabo infecta, *&c.* Arma gerere, gestare, ferre. *Laodam apud Ov.* Ipsa novas vestes, dura vir arma gerat? *Propert.* Arma tuli quondam, & memini laudabar in illis, &c. *Vide infrà* ARMARI.

Armorum fulgor.

Armorum ahenea lux: ferri splendor, lumen, flamma, favilla, *&c.* Arma repercusso fulgent rutilantia Phœbo Armorum crispo radiatur lumine campus Arma renidentem tollunt ad nubila flammam. Aureus undantem clypei vomit umbo favillam. Ardet apex capiti, cristisque à vertice flamma Funditur, & vastos umbo vomit aureus ignes. Late fluctuat omnis Ære renidenti tellus. Horrescit strictis seges ensibus, æraque fulgent Sole lacessita, & lucem sub nubila jactant. Summaque in cassĭde, largus Undantes volvit flammas ad sidera vertex. Loricam fundentem incendia gestat. Vibrantibus aer fulgurat armorum radiis, tremulâque micantes luce natant campi. Flammeus æratis tremor erat in armis. Tum late ferreus hastis horret ager, campique armis sublimibus ardent. Tremulus vibratur in armis Ardor. & errantes ludunt per ferrea flammæ Tegmina, *& c.*

Armo-

Armorum fragor.

Iterum atque iterum fragor intonat ingens, Ensesq; clypeique sonant. Resonant crebris tinnitibus arma. Armis crepitantibus ingens exoritur fragor. Arma horrendum tremuêre. Invadunt Martem clypeis atque ære sonoro Arma impulit, impulsu quo maximus insonat æther: Dissultant ripæ, refluitque exterritus amnis. Murali concitâ nunquam tormento sic saxa fremunt, nec turbine tanti Dissultant crepitus.

I. ARMA.

quibus contra vim hostilem corpus munimus.

1. GALEA.

Ep. Aurea, ærea, ferrea, câva, cristâta, cômans, cônifera, aurîcôma, minax, Martia, trux, torva, horrida, terrîbilis, fulgens, nîtens, lævis, rădians, córusca, décôra *&c.* Rigens ære Fulva jubis. Hirsuta jubis. Cristis decora Cristis coruscis subnixa. Crista galea aurea rubra, Et cristis galeæ insignes. *Virg l.* 8. Terribilem cristis galeam, flammasq; vomentem. *Id. l.* 7 — capiti intremit ærea cassis. *Ov.* 8. *Met.* Seu caput abdiderat cristatâ casside pennis; In galea formosus erat. *Virg. l.* 7. Cui triplici crinita juba galea alta Chimæram Sustinet, Ætnæos efflantem na ibus ignes *Id: de Mezent.* Ære caput fulgens, caudaque hirsutus equina *Prop. l.* 3. Virgineumque cavo protegit ære caput, *&c.* Tegmina tuta cavant capitum. *Ovid. Met* Tegmina mox capitum picto nutantia cono. CONUS *est orbiculus supra galeam prominens ad cristas recipiendas: à formo turbinis vel nucis pineæ, quæ Græcis κῶνος dicitur. Cæterùm* Galeæ *(nam inter has & Cassidem non distinguo) plerumque ex ære aut alio metallo. Vulgarium tamen militum aut velitum, è corio aut variorum animalium pellibus. Qualis illa Propertii:*

Et galea hirsuta compta lupina juba.

Interdum ipsa ferarum exuviæ ita corpori aptata, ut terga humeris, caput capiti imponentes, belluas verius quam homines referrent. Talis Orphitus apud Virg. l. 11. *nisi quod diversi generis animantia miscuit:*

Cui pellis latos humeros erepta JUVENCO
Pugnatori operit: caput, ingens oris hiatus
Et malæ texêre LUPI cum dentibus albis.

CRISTA. *Ep.* Trĕmŭla, cômans, mĭnax, rŭtĭla, mĭcans, picta, rubra, sanguĭnĕa, *&c.* Undantes casside cristæ Excelso minitantes vertice cristæ. *Virg. l.* 9. tremunt in vertice cristæ

guineæ, clypeoque mi cantia fulgura mittit : *Tibull.* Fulva jubis caſſis. *Papin.* Terribileſque jubas, & frontem caſſidis horrent, *Virg.* ——— capiti intremit ærea caſſis Ter niveâ ſcandente jubâ. CRISTÆ *Galeis addi ſolita ad decorem ſimulac terrorem comparandum; ex variorum avium pennis, ſæpe ordine alia ſuper alias ſcandentes, ita cape, cùm* hirſutas *quarum locum ſæpiſſime ſuppleverunt* equorum jubæ, *triplici legis. Virg. de Mezentio:*

Ære caput fulgens caudaque hirſutus equinâ.

2. LORICA.

Thorax. *Epith.* Ærata, ăhēna, ænea, fulva, grăvĭs, rĭgens, ătrox, fulgens, ærĭſŏna, ſquāmea, *&c.* Lorica ex ære rigens: nodis intexta: ahenis ſquamea nodis : duplici ſquama lorica fidelis. *Virg.* 3. *Æn.* Loricam conſertam hamis, auroque trilicem *Sil. l.* 2. ——— nulli tegmen penetrabile telo. : Hæc ære, & duri chalybis perfecta metallo, Atq; opibus perfuſa Tagi. *Mart. l.* 7. Invia Sarmaticis domini lorica ſagittis. Et Martis Getico tergore fida magis. *Virg. l.* 12. ——— rutilum thoraca indutus, ahenis horrebat ſquamis. *Sil. l.* 5. At laterum tractus, ſpatioſaque pectora ſervat Nexilis innumero chalybum ſub tegmine thorax, *&c.*

3. OCREÆ.

Ærea *vel* aurea crurum tegmina. *Virg.* Tum læves ocreas electro, auroque recocto. *Idem l.* 2. Ille avidus pugnæ ſuras incluſerat auro Hinc atque hinc, *Sidon,* Includit ſuras ocreis, capitique micantem Imponit galeam, *&c.*

4. CLYPEUS.

Epith Æreus, ăhē̆nus, lævis, fulgens, ardens, cŏruſcans, terrĭbĭlis, hăbĭlis. *&c* Clypei textum. Clypei orbis. Clypeiq; inſigne decorum —formidato clypeo Titana laceſſans Lumine, quem tota cælarat Mulciberarte. Ære cavo clypeus. Clyp eus lævo fulgore micans : flammas ad nubila jactans, *&c*, Clypeo pugnas meditatur aheno. Clypeus ſonat æreus haſtis. ——Clypeum tum deinde ſiniſtra Extulit ardentem. *Virg. l.* 10. At pius Æneas haſtam jacit: illa per orbem Ære cavum triplici, per linea terga, tribuſque tranſiit intextum tauris opus. *Quo loco propriè ſtrictèque Virgilium accipiendumque* orbem *dici,* clypeum *intellige, non ſcutum. Differunt enim ſi propriè loqui velimus, clypei à ſcutis. Nam hæc ſemper longa, ſive in ovi. ſive in imbricis ſpeciem formata ſunt. Illi verò rotundi, & in orbem juſtum relati: qualibus uſi Græci. Unde Virgilius, ut oculum Polyphemi* (*qui rotundus*) *media ſub fronte poſitum comparatione adaugeat ; non* ſcutum *ſed* clypeum, *aſſumit l.* 3. *Æneid.* ——— t

——telo lumen terebramus acuto
Ingens,quod torva solum sub fronte latebat,
Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis instar.

Ep. Longum,ligneū,pictum,fulgens, ferreum, æreum,&c. Æremunitum. *Virg. l* 3. Scutis protecti corpora longis Ferrea scuta tegunt humeros & pectora latè. *Ovid* 4. *Tr.*—— gladioquè latus,scutoque sinistram,Canitiem galeæ subjicioquè meam. *Idem*——onus cava parma sinistræ. Fulva metallo parma micat. *Prop.l.* 2. Et vetus in templo bellica parma vacat,*&c.* Umbo ferreus,æreus,latè coruscus. *Papin.* Excipere immensos curvato umbone molares. Hi recti galea,duroquè umbone resistunt. *Virg. lib.* 10. ——figitque, volatquè ingenti gyro : sed sustinet æreus umbo *Volunt* PARMAM *levius clypei genus fuisse,ac ferme Tyronum.* Umbo *verò pars est in medio clypei ferrea vel ærea , in tumorem rotunda,cùm reliquum clypei olim fere nonnisi tabulis constaret, inducto corio vestitis.* Unde *Papin.* 3. *Theb.* *Scutum* *Parma.* *Umbo.*

Ne pudor emerito clypeum vestire juvenco:

II. ARMA,

quibus hostis cominus petitur :

1. ENSIS. *Gladius*

Ep. Strictus,districtus,fulgens,cŏruscus,fulmĭneus,nĭtĭdus, mĭnax,*&c* Rĭgĭdus,sævus crūdus,immītis,fĕrus,viŏlentus, nĕfandus,impius,infestus,vulnĭfĭcus,lēthifĕr,*&c.* acūtus, lātus,falcātus,bellĭcus,Martius,Nōricus,*&c* Acutæ cuspidis ensis,sitiens cruoris. Infecti cædibus enses——brevibusq; habiles mucronibus enses. Terribili fulminat ense manus. *Virg.*——vaginaquè eripit ensem Fulmineum.—— dextraquè coruscum Extulit,ac lateri capulo tenus abdidit ensem. *Idem de gladio Æneæ.*——humero simul exuit ensem Auratum, mirâ quem fecerat arte Lycaon Gnosius, atque habilem vagina aptarat eburnâ:——illi stellatus jaspide fulvâ Ensis erat, Vaginaquè cavâ fulgentem diripit ensem,*&c.*

Gladii fulgentes,triste minantes,pingues cædibus, *&c.* Gladiosque tegat vagina minaces. Ferrum crudele , fatiferum. *Ovid.* Cur aliquis rigido fodiat sua pectora ferro? Irruimus ferro. *Ovid.* 12. *Met.*——nostro tua corpora ferro Tentemus: capuloque tenus demisit in armos Ensem fatiferum,*&c.* *Ferrum*

Stricti mucrones: *Virg.* ——stat ferri acies mucrone corusco Stricta,parata neci. *Ovid.* Jugulum mucrone re- *Mucro*

 sol-

solvit *Virg. l.* 10. Strictumque coruscat mucronem.——
Acies. pectus mucrone recludit. Stricta acies. *Virg. l.* 6.——Strictamque aciem venientibus offert. NOTA Mucronem, Aciem, Cuspidem *significare ensis, falcis, hastæ & hujusmodi acutam partem: sed Poetæ more suo sæpe pro toto usurpant. Verum* OBSERVA, *sicut* Mucronem *pro ense, ita eos* Cuspidem *ferè non nisi pro hasta vel jaculo accipere: ut in Silio, Claudiano, Ovidio aliisque videre licet. Apud Virgilium quoque reperies* ——ducto Mucrone: —— dextrâ mucronem extorquet: *aliaque, quæ ensi conveniunt: ita* conjectâ cuspide: ——cæcum jactâ dare cuspide vulnus, *quæ ad hastam sive jaculum pertinent. Quibus adde locum Papinii l.* 7.

——————Sybaris jacet ense cruento,
Cuspide trux Periphas. Itys insidiante sagittâ.

Bipennis

2. SECURIS.

Ep Ærata, ferrea, vulnifica, gravis, Scythica, Amazonia, &c. *Virg. lib.* 11. — æra tam quatiens Tarpeja securim *Ov.* 3 *Pont.* Nec tibi Amazonia est pro me sumenda securis. *Optimè, nam genus hoc teli Amazonibus usitatum quas propterea alibi* securigeras *vocat. Interdum una parte, interdum utraq; secabat: atq; tunc est* Bipennis, *quam Camillæ. Amazonem animis atq; armis exprimenti, attribuit Virg. Æn* 11.

Et nunc lenta manu spargens hastilia densat,
Nunc validam dextrâ rapit indefessa BIPENNEM.

3. CONTUS.

Epith Longus, durus, ferratus, æratus, &c. *Virg. lib.* 5. Ferratasque sudes, & acutos cuspide contos expediunt. *l* 9. ——duris detrudere contis. *Lucan. l.* 6. Nunc sude, nunc duro contraria pectora conto Detrudit muris, *&c.* CONTUS *hasta est longior graviorque, non multùm à Sarissa Macedonica dissidens; quaque non eminus (ut hastis communiter) sed cominus in pugna usi videntur. Claud.* 3. *Hon. cons.*

————pars nobilis arcu,
Pars longe jaculis, pars COMINUS horrida CONTIS.

III. ARMA.

quibus eminus hostis petitur.

1. HASTA.

Epith Bellica, belligera, infesta, sæva, Martia, valida, rigida, acuta, minax, intorta, stridens, rapida, tremebunda, torta, gravis, ingens, *&c.* Hastam vibrare, torquere, contor-

quere, intorquere, conjicere, concitare, mittere, emittere. Dirigere, quatere, librare, coruscare. &c. *Virg.*—validis ingentem viribus hastam contorsit.—ille rudem nodis&cortice crudo Intorquet, summis adnixus viribus, hastam — dixit, stridentemque eminus hastam jecit, at illa volans clypeo est excussa, *&c.* Dixerat, & toto connixus corpore ferrum Conjicit, hasta volans noctis diverberat umbras, Et venit adversi in tergum Sulmonis, ibique frangitur. & fixo transit præcordia ligno *l.* 2 *de Laocoonte.* —sacrum qui cuspide robur Læserit, & tergo sceleratam intorserit hastam, *Id. l.* 9. Volat atri turbinis instar Exitium dirum hasta ferens. Vibranti medium cuspis transverberat ictu. *Sil. l* 17. —— hasta volans imo sub gutture sedit. Et vitæ vocisque vias simul incita clausit. *Vides hastam eminus ubique in hostem conjici: ita tamen, ut gradu jam propius collato eâdem interdum retentâ cominus pugnarent. Pap l* 8. *Theb.* Cuspis.

——— magno quem cominus ictu
Tydeos hasta feri, discussa casside, fixit.

Lato hastilia ferro Præfixa hastilia ferro *Virg lib.* 11 Dixit, & adducto contortum hastile lacerto Immittit. —— Certo contorquens dirigit ictu, &c. *Adde his* Pilum, *Romanis proprium telum &* Lanceam, *quam Hispanorum, quique iis vicini sunt, Maurorum esse volunt. Virgilius tamen Turno tribuit l.* 12. *facitque latiori cuspide:* —— hunc lata retectum Hastile.

LANCEA consequitur, rumpitque infixa bilicem
Loricam, *&c.*

JACULUM. *Ep.* Völücre, ālĭs, vŏlans, trĕmŭlum, tortum, intortum, strīdens, ăcūtum, lēthĭfĕrum &c *V. plura supra.* Cuspide acutâ timendum, minans: ferro præfixum, &c. *Ov. Ep.* Aut tremulum excusso jaculum vibrare lacerto *Virg l* 9. Conjecto sternit jaculo: volat Itala cornus Aera per tenuem. Et jaculum intorquens emittit in auras, *Id. l* 10. Missilibus longe, & vasto clamore lacessunt, *Ov.* 5. *Met.* Ut que manu jaculum fatale parabat mittere; *Ibid* Ille quidem jaculo quamvis distantia misso Figere doctus erat, sed tendere doctior arcus *Manil. l.* 10. —— jaculum torquere lacertis, Et calamum nervis. *Ex quibus aliisque locis patet* JACULUM *proprie teli genus esse, quod manu ejicitur, distinguiq; à* sagitta, *quæ arcu aliove instrumento emittitur. Quod asserimus cum sæpe alias, tum clarissimè observat Virg. lib* 9. *v* 571. Missile.

Emathiona Liger, Chorinæum sternit Asylas:
Hic jaculo bonus, hic longe fallente sagitta.

Tela ferro micantia, Stridentis sibila teli, Infectaque Telum.

ſanguine tela:totis viribus intorta, immiſſa, &c. *Ovid.Met.* Concutienſque ſuis vibrantia tela lacertis. Rurſuſque trementia forti Tela manu torſit. *Virg.* Tela manu miſeri jactabant irrita Teucri. Dixit,& adverſos telum contorſit in hoſtes*Id l 7.* Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis ſpicula contorquent. *Prop l.4.*——videt ante cavas vibrantem ſpicula turres. TELUM *&* SPICULUM *Latini nunc pro* jaculo *uſurpant, ut patet ex locis ſuprà allatis ;nunc pro* ſagitta,*ut paulò infrà videre potes:Semper tamen pro* miſſili *quamquam Servius à Virgilio Telum pro gladio uſurpatum, velit l 9 Æn Sed illic Sarcaſmus eſt,non propria locutio,Turni ſc.vanum Pandari jaculum irridentis his verbis:*

Spiculum.

At non hoc TELUM,mea quod vi dextera verſat,
Effugies: neque enim is teli,nec vulneris auctor.
Sic ait; & ſublatum altè conſurgit in enſem.

2. SAGITTA.

Epith. Vŏlŭcris,vēlox,cĕlĕs,lĕvis,pennāta,pennĭgĕra,hāmāta ăcūta lēthĭfĕra,lēthālis,vulnĭfĭca,vĕnēnata,*&c.*Eŏja, ithyræa Partha, ăchæmĕnia, Gnōſſia, Cydōnæa, Dictæa, Gortinia, Threïcia,Biſtŏnia,Scythĭca,ămazŏnia, *&c.* Veneno imbuta : felle ſerpentis illita. Telum immedicabile. *Ov.3.Pont* Tinctaque mordaci ſpicula felle gerunt. Sagitta cuſpide acutâ fulgens,ære præfixa, hamo lethifero armata. Stridens alis:nervo excuſſa,emiſſa,fugata Lethifera arundo. Ferrum volatile,aligerum. *Ovid.*Oppoſitoq; genu curvavis flexile cornu;Inque cor hamatâ percuſſit arundine Ditem. *Sil l 2.* Tela ſonante fugat nervo,liquidaſque per auras Dirigit aligero. lethalia vulnera ferro. *Hor.* Calami ſpicula Gnoſii. *Propert l 2.*——ſtricto figere avem calamo, id eſt *ſagittâ diſtrictat quòd ex calamis ſive arundinibus olim ſagittæ fierent. Inter populos autem arte ſagittandi nobiles eminuerunt olim* Parthi, Medi, Armenii *cæteriquè omnes*Orientales*: ad quos proximè acceſſerunt* Cretenſes, *adeò ut eis palmam fecerint ambiguam teſte inter cæteros Lucano l.2.*

Arundo.

Calamus.

——nec Eoïs pejor Gortyna ſagittis:

PHARETRA, *Epith.*Săgittĭfĕra,picta, verſĭcŏlŏr,dĕcōra, inſignis,aurāta,ēburna,grăvĭda,ſŏnans,hăbĭlis. *&c.* Eōa, Gnōſſia,Creſſa,Scythĭca,Threïcia,Biſtŏnia,ămāzŏnia,Partha,*&c.*Sagittis plana,gravida Ex humero ſonans,pendens. Pulſans terga. *Prop.*Et pharetra ex humeroGnoſia utroq; jacet *Virg.*Corytique leves humeris,&læthifer arcus Gravidæ pulſabant terga pharetræ,*Ov.*Deq; ſagittifera prompſit duo tela pharetra. *Id de Cupidine.* ——pharetra cum protinus illa ſolutâ Lêgit in exitium ſpicula facta meum. Co-

Corytus.

CORYTUS *sagittarumne, an arcûs ipsius theca sit, inter Auctores non convenit. Prius indicare videtur Seneca in Herc. Furente.*

——— jam tamen ausi,
Telum Scythici leve coryti
Missum certa vibrare manu,
Tutosque fuga figere cervos.

ARCUS. *Epith* Corneus, aureus, habilis, flexibilis, lentus, sinuatus, sinuosus, curvus, aduncus, tensus, curvatus, structus, rigidus, sonans, *&c.* Sævus, minax, trux, letifer, *&c.* Eous, Scythicus, Cydonius, Armenius, Sarmaticus, *&c.* Arcum tendere, contendere, intendere, sinuare, lunare, flectere, adducere, torquere. Opposito genu, validis viribus curvare, incurvare: adducto flectere nervo, &c *Ovid.* Lunavitque genu sinuosum fortiter arcum. *Virg, l.* 11 ——— aurata volucrem Threissa sagittam Deprompsit pharetra, cornuque infensa tetendit. Et duxit longè, donec curvata coirent Inter se capita. *Ovid.* Imposito calamo patulos sinuaverat arcus. Nervum adducere, tendere, sinuare. *Virg.* Viderat adducto torquentem cornua nervum. *Hercules apud Senec.* Quæ potuit arcum flectere, aut quæ dextera Sinuare nervum, vix recedentem mihi? Cornu

Arcu *vel* nervo spicula torquere, dirigere, impellere, emittere, excutere, *&c.* Torquet volucres nervo stridente sagittas. ——— curvo direxit spicula cornu: Perque uterem sonitu, perque Ilia venit arundo. ——— ætherias telum contorsit in auras. Ostentans artem pariter, arcumq; sonantem. Nervo per nubem impulsa sagitta. *Virg l.* 1. Primaque per cœlum, novo stridente, sagitta Hyrtacidæ juvenis volucres diverberat auras, Sagittis figere, configere, sternere. *Ovid.* Hæreat in fibris fixa sagitta tuis. *Sen.* ——— stridet emissa impetu Arundo, medio spiculum collo fugit, id est, *per medium collum transit.* Vide SAGITTIS CONFIGERE.

3. FUNDA,

Epith. Flexa, ducta, torta, stridens, stupea, levis, Balearis, Balearica acta manu: plumbea pondera mittens: glande minax. Balearica plumbum funda jacit. Plumbea cùm tortæ sparguntur pondera fundæ. Vertere fundas Glandes Baleari spargere funda. Torquere Balearis verbera fundæ. FUNDÆ *usus repertus creditur apud* Baleares *Insulas in mari Hispanico: ubi adeò celebratus fuit, ut pueri è matre cibum non caperent, nisi quem ipsâ monstrante percussissent. Porrò funditoris sive fundam torquentis, gestum optimè omnium expressit Virg in Mezentio l.* 9.

Impositis calamis patulos sinuaverat arcus;
Sic Phœbum sumptis jurabat stare sagittis.

Arma deponere.

Ponere ferrum. Positis secedere ab armis. Humeris deponere scuta. Hastas terræ defigere. *Virg.* Defigunt tellure hastas, & scuta reponunt. *Senec. Theb.* — claude vaginâ impium Ensem; & trementem jamque cupientem excuti Hastam solo defige. Clypeum repone: vinculo frontem exue, Tegmenque capiti triste belligeri leva, *&c.* Bello desistere. Bellum execrari. *Lucan. lib.* 1 Tunc genus humanum positis sibi consulat armis, Inque vicem gens omnis amet. *Dicitur id quoque bona notæ auctoribus,* Arma *vel* ferrum tegere, id est, *thecis suis sive integumentis includere: nempe pharetris sagittas, arcus corytis, gladios vaginis, scuta suis tegumentis: nam & hac agnoscit Cæsar l.* 2. *Bell. Gall. Claudianus.* —gladiosque tegat vagina minaces *Mart.* —tecto cessent venabula ferro *Seneca in Octavia*: Bella haud movebit, pace sed ferrum teget. *Idem in Thebaide, ex emendatione viri docti, significans ambos exercitus condidisse enses, exceptis Eteocle & Polnyce, in quorum manu nudati adhuc fulgurant:*

Paci favetur: omnium ferrum latet,
Cessatque tectum: vibrat in fratrum manu.

ARTES LIBERALES.

Epith. Ingenuæ, doctæ, pulchræ, egregiæ, præclaræ, decoræ, *&c.* Musarum & Apollinis artes: præside Phœbo latæ, Quæ poliunt animos hominum, vilique popello distinguunt: populo eximunt, *&c.* quibus pectora mollescunt asperitasque fugit. *Ov.* 2. *Pont.* Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes, Emollit mores, nec sinit esse feros. Disce bonas artes, moneo, Romana juventus. Scilicet ingenium placida mollitur ab arte, &c. *Idem* 3. *Fast.* Ipse vides peragi manibus fera bella Minervæ, Nec minus ingenuis artibus illa vacat. *Ita est. Neque enim cæteris tantum artibus, sed & ingenuis illis Minerva sive Pallas præesse credita est. Unde & unà cum Musis ab antiquis culta est, & à Poetis quoque invocata: quod successu cariturum crederent, quidquid illâ invitâ fieret. Hinc omnibus communiter placandam censet Ov. l.* 3. *Fast.*

PALLADA nunc pueri, teneræque orare puellæ;
Qui bene placarit Pallada, doctus erit.
Pallade pacata, lanam mollire puellæ
Discant & plenas exonerare colos
Hanc cole, qui maculas læsis de vestibus aufers:

Hanc

Hanc cole, velleribus quisquis aëna paras,
Nec quisquam INVITA faciet bene vincula plantæ
PALLADE: sit Tychio doctior ille licet.
Et licet antiquo manibus collatus Epeo
Sit prior; iratâ Pallade mancus erit.
Vos quoque Phœbeâ morbos qui pellitis arte,
Munera de vestris pauca referte deæ.
Quique moves cœlum, tabulamque coloribus uris:
Quique facis doctâ mollia saxa manu.
MILLE DEA EST OPERUM: certè dea CARMINIS illa est;
Si mereor, studiis adsit amica meis.

ARX.

Epit. Æthĕria, sublimis, ardua, alta, summa, *&c.* Ad auras surgens: nubibus caput inferens. Sub auras educta Arces altis montium structæ jugis. *Sen. Thyest.* In arce summa Pelopis, una est pars domus Conversa ad Austros, cujus extremum latus Æquale monti crescit, atque urbem premit, Et contumacem regibus populum suis Habet sub imo, *&c.*

TURRIS. *Epith.* Alta, excelsa, celsa, sublimus, āĕria, vălĭda, ēdita, superba, *&c.* Sublimi irrumpens in æthera tecto. Sublimi vertice tangens sidera. Cuncta super ardua turris eminet *Virg* 2. *Æn.* Turrim in præcipiti stantem, summisque sub astra Eductam tectis, unde omnis Troja videri, *&c.* Unde datur longè campos prospectus in omnes. In latus omne patens: *Virg.* 9. *Æn.* Turris erat vasto suspectu & pontibus altis Opportuna loco, *&c.*

ASCENDERE.

Scandere, Conscendere. Summi fastigia tecti ascensu superare. Evadere ad summi fastigia culminis. Niti gradibus. Cursu petit ardua montis. Corpora saltu subjiciunt in equos. Exsuperare jugum. Attollere sese in auras. Montis in ardua niti. Emergere ad auras. Evadere ad supera: Ascensu vincere montem.

Conscendere cœlum. Evadere ad superos. Ad astra emergere. Aëris immensi globum superare. Æthereas evadere in arces. Ascendere Olympum. Petere cœlum. Tolli in cœlum. —ad ætherium pennis aufertur Olympum. —— & se Protinus ætheriâ tollit in astra via, *&c.*

ASTROLOGUS.

Epith. Doctus, pĕritus, sāgax præsāgus, prōvĭdus, fātĭdĭcus, *&c.* Cœli observator, scrutator, rimator. Sidera cuncta notans tacito labentia cœlo. Cursum observans astrorum. Cæli qui menses & sidera signat: cæli meatus describit radio, & sur-

& surgentia sidera dicit, Liquidi templa ignea mūdi percurrens stellisq; ardentibus æthera fixum: Astrorum mensurasque docens, flexusque, recursusq; innumeros.—Rationem quærere mundi: Quid Luna ferat, quid grando, quid æstus; Aut quid sanguineo prænuntiet igne Cometes. Cur lenta Oceanum linquant hæc, illa repente Signa per obliquum properent ascēdere cælum, &c. Magnanimi Heroës, qui ingenii nixi pernicibus alis, Perq; leves vecti stellas, torq; orbibus orbes implicitos magni subeunt penetralia cæli. *Atque per hac, hisque similia, non illos de circo Astrologos & impudentes Ariolos designari scias*, qui (*ut rectè vetus Poëta*) aures verbis divitant alienas, suas ut auro locupletent domos: *sed veros illos, legitimosque, quorum principes alloquitur Ovid. 1. Fast.*

FELICES ANIMÆ, quibus hæc cognoscere primis,
Inque domos superas scandere cura fuit.
Admovêre oculis distantia sidera nostris,
Ætheraque ingenio supposuêre suo.

ASTRA.

Ep. Aurea, ignea, rădiantia, fulgentia, ardentia, lūcida, nĭtĭda, nĭtentia, pulchra, clāra, rŭtĭla, mĭcantia, sĕrēna, cælestĭa, sīdĕria, văga alta, celsa, sublīmia, &c. Tacito volvētia lapsu. Sidera cælo fulgentia, lucentia, labentia Inconcussa suo volvuntur sidera lapsu. *Sen.* Lucida dum current annosi sidera mundi. Astra gemmantia: cælum pingentia, ornantia: Nocte micantia, noctem illustrantia. Rutilo sidera fixa polo. Rutili lux sideris. *Ovid. 1. Met.* Sidera cœperunt toto fulgescere cælo. *Ibid.* Astra tenent cæleste solum, formæque Deorum Ignes astrorum, Æterni ignes *Horat.*———micat inter omnes Julium sidus, velut inter ignes Luna minores, Noctivagæ faces. Cælivagæ flammæ. Flammeus astrorum chorus. *Pap.* ———quantum præcedit clata minores Luna faces, quantumque alios premit Hesperus ignes. Labentis ætheris ignes. Siderei vaga lumina mundi Fulgentia lumina mille, Et ferrugineam noctis variantia pallam. Ignes siderei. *Virg.* — quoties astra ignea surgunt. *Virg. 1. Æn.* —polus dum sidera pascet: *nempe aëris aquarumque vaporibus. Videtur enim Virgilius respicere ad Veterum quorundam opinionem, existimantium stellas (utpote naturâ flammeas fervidasque) humoribus à terra Oceanoq; submissis ali ac sustentari idem sentiunt Ægyptii apud Lucan. l. 10.*

Sidera. *Stellæ.* *Ignes.* *Faces.* *Flammæ.* *Lumina.*

Nec non Oceano pasci Phœbumque polumque
Credimus———

ASTRA

ASTRA ALIQUOT NOTIORA.

à Nautis & agricolis potissimùm observari solita.

1. ARCTOS.

Ursa. Plaustrum. *Ep.* Gĕlĭda, frĭgĭda, glăcĭālis, algens, sicca, *&c.* Lycāōnĭa. Mænălis, ĕrymanthis, Parrhăsis, Hyperbŏrĕa, Gĕticae Schytĭca, *&c.* Parrhasis ursa, Plaustrum glaciale, *Ov.* Barbara me tellus, & inhospita littora Ponti, Cúmq; suo Borea Mænalis ursa videt. *Id.* Quæque micat gelido Parrhasis ursa polo. *Id.* Versaque ab axe suo Parrhasis Arctos erat.—plaustri præbentia formam. Et quæ præcipuum sidera frigus habent. *Virg,* 3. *Æn.* Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo. *Triones. cynosura Helice.* Arcturum, pluviasq; Hyadas, geminosque Triones. *Ovid. Fast.* Esse duas Arctos, quarum cynosura petatur Sidoniis, Helicen Graja carina notet. Arctos *Græcis dicitur, quæ Latinis* Ursa. *Duæ sunt,* major & minor. *Illa aliter* Plaustrum *dicitur, cujus formam positu stellarum exprimit: item* Helice: *hæc* Cynosura. *Illam Græci in cursu observunt, hanc Phœnices sive Sidonii. Utraq; ab Ov.* 1. *Trist.* Sicca *dicitur, quòd propter Poli altitudinē, cui vicinæ sunt, nobis nunquam occidant. Fabulam de Lycaonis filia in ursam mutata, atq; unà cum Arcade filio in cœlum translata, utq; irata Iuno Thetyn exoraverit, ne illos Oceano mergi fineret; unde apud Ov.* 2. *Met &* 2. *Fast*

Sævit adhuc, canamque petit Saturnia Thetyn,
Mænaliam tabis ne lavet Arcton aquis.

2. ARCTOPHYLAX,

Bootes. Arcturus. *Epith* Frĭgĭdus, glăcĭālis, gĕlĭdus, pĭgĕr, tardus, tristis, sævus. *&c.* Hyperbŏrĕus, Arctōus, *&c.* Custos ursæ. Qui sequitur, flectitque senex Arctica tardus plaustra Bootes. *Sen.* Si quis Arcturi sidera nescit Propinqua summo cardine labi. *Ov. Fast.* Sive est Arctophylax, sive est piger ille Bootes. *Prop,* Cur serus versare boves & plaustra Bootes. ARCTOPHYLAX *ursam à tergo sequitur, unde & nomen Sidus polo vicinum: unde tardissimè movetur. Aliter* Bootes, i. e. *Bubulcus, quod septem illæ stellæ, quæ ursam efficiunt, quibusdam Boves dicerentur, quos Antiquitas* Triones *appellavit, quasi* Teriones *à terenda terra. Alii ita effingunt, ut septem stellæ & Plaustrum, & boves efficiant, Ortu suo & occasu tempestates excitat. Unde Ovid.*

Tangitur Oceano custos Erymanthidos ursæ,
Æquoreasque suo sidere turbat aquas.

3. HY-

HYADES.

Ep. Nimbōſæ, pluviæ, imbriferæ, mădĭdæ. ăquōſæ, triſtes, Hyas inſerena nimbis: cælumconturbans: pluvias ferens. *Virg* Arcturum, pluviaſque Hyadas, geminoſque Triones. *Sen de Ætate aurea* Nondum quiſquam ſidera nôrat, Stelliſq; quibus pingitur æther, non erat uſus: nondum pluvias Hyadas poterant vitare rates. Non Oleniæ ſidera capræ. HYADES *dictæ ἀπὸ τοῦ ὕειν, i. e. pluviis, quas ortu ſuo & occaſu excitant. Stellæ ſunt in capite Tauri. Ovid. 5. Faſt.*

Ora micant Tauri ſeptem radiantia ſtellis,
Navita quas Hyadas Grajus, ab imbre, vocat.

4. ORION.

Ep. Nūbĭlus, triſtis, ſævus, nimbōſus, nĭgĕr, ăquōſus *&c.* Rŭtĭlus, fulgens, enſĭfĕr. Enſe armatus, metuendus. Imbrifero enſe minax: nautis infeſtus, nubila denſas. Quatit aureus enſem Orion. *Virg.* Armatumque auro circumſpicit Oriona. *Id.* Dum pelago deſævit hyems & aquoſus Orion. ORION *Hyrei filius, venator Bœotus, à Scorpio interemptus, Deorumque miſeratione inter ſidera relatus, ortu ſuo & occaſu maximas tempeſtates excitat. Vnde apud Horat. 15. Epod. Neæra jurat ſe conſtanter amaturam,*

Dum pecori lupus & nautis infeſtus Orion
Turbaret hybernum mare.

5. PLEJADES.

Ep. ăquōſæ, imbrĭfĕræ, nūbĭlæ, mădĭdæ, plŭviæ, triſtes *&c.* Lūcĭdæ, mĭcantes, ătlantææ. Atlantis filiæ. Plejonæ natæ, Plejadum grex, ſigna, chorus. *Ov. Faſt* Quis tunc aut Hyadas aut Plejadas Atlantæas Senſerat, aut geminos eſſe ſub axe polos? *Sen* —— timendum ratibus ac ponto gregem Paſſim vagantes exerunt Atlantides. *Val. Flac. 2.* —— aſpera ſic te Plejas in adverſæ tenuiſſet litore Thraces. PLEJADES *Atlantis ex Plejone filiæ inter pluvia ſidera relatæ, dictæ vel à πλέω, i. e. navigo, quia ortu ſuo navigationis tempus (verè ſc.) oſtendunt: vel ἀπὸ τοῦ πλείςου, i. e. à pluritate: ſunt enim ſeptem (quamvis ſex tantùm appareant) ſimul conſtipatæ. Nomina illarum habes apud Ov. 4. Faſt. Præcipua ſunt* Maja, Taygete, Sterope: *quæ Virgilius 1. & 4. Georg & Ovid 1. Triſt. El. 10. pro toto ſidere uſurpant. Latinis à verni temporis exortu* Vergiliæ *dicuntur, quod uſurpat Prop l. 1.* *Atlantides. Vergiliæ*

O utinam hybernæ duplicentur tempora brumæ,
Et ſit iners tardis navita Vergiliis:

Adde his Hœdos *pluviales ac nimboſos; nec ſereniorem* CAPELLAM *Oleniam;* CORONAM *Ariadnæam, Gnoſſiacam,*

Cressam: CEPHEUM, ANDROMEDEN, PERSEUM, *Septentrionalia signa: tum, qui (Virgilio canente)*

Maximus hic flexu sinuosa elabitur ANGUIS
Circum, perque duas, in morem fluminis, ARCTOS.

ASTRA ZODIACI

sive

12. ZODIACI SIGNA.

ZODIACUS.

Signifer Circulus *vel* trames signifer, obliquus, *&c.* Signorum flammeus ordo. Stellatus cæli limbus. Baltheus pictus signis, stellis micantibus Obliqua Phœbi orbita. *Virgil. 2. Georg.* Obliquus qua se signorum verteret ordo. *Sen.* Hic qui, sacris pervius astris, Secat obliquo tramite zonas, Flectens longos signifer annos. *Adde his Ovidii versus, quibus Phaëtontem Phœbus instruit, quâ cœli parte patris currum dirigat:*

Nec tibi directos placeat via quinque per arcus.
Sectus in OBLIQUUM est LATO curvamine limes,
Zonarumque trium contentus fine, polumque
Effugit Australem, junctamque Aquilonibus Arcton.
Hac sit iter, manifesta rotæ vestigia cernes.

Dividunt Astronomi Cœlum per quinque circulos rectos, quibus totidem respondent in terræ globo, quas ZONAS *appellant, quòd fasciarum instar cœlum, terramq; cingant. Præter hos fingitur ab iisdem alius multo prioribus latior ac situ obliquo, quem* ZODIACUM *appellant* ἀπὸ τῶν ζώων, i. e. ab animalibus, *quorum sc. formam 12. quæ in ipso inveniuntur constellationes sive signa repræsentant. Quamquam alii velint Animalium nomina signis* Zodiaci *imposita, quod Sol in quolibet istorum existens soleat producere effectus eorum similes. E. C. in* Cancro, *retrocedere; in* Leone *æstibus sævire; in* Libra *diem ac noctem, calorem ac frigus ex æqua veluti lance suspendere, & sic de reliquis. Nomina eorum sequenti disticho inclusa habes:*

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Hydria, Pisces.

1. ARIES.

Ep. Cornĭgĕr, lānĭgĕr, villōsus, trux, pugnax, bellātor, aureus, aurātus, Nĕphĕlēïus, *&c.* Corniger astrorum ductor. Signorum Princeps, principium. Fulgens pecus aurea cœlo Dux lanigeri pecoris: bellator, cornuque ferox: aurato insignis villo. Ovis Phryxea: aurato vellere fulgens. Portitor Helles. Primus ad auroram circum cava tempora flexa Cornua contorquens aries cœlestia pandit lumina, signorum ductor & ja-

& janitor anni. *Manil.* Aurato princeps aries in vellere fulgens. *Ouid.* Jam Sol Phryxeæ vellera pressit ovis. *Sen.* Hic qui nondum vere benigno Reddit Zephyro vela tepenti, Præceps aries ibit in undas; Per quas pavidam vexerat Hellen. *Hic ille est* ARIES, *qui Phryxum & Hellen Athamantis & Nepheles liberos per mare vexit: cujus à Phryxo immolati vellus in Colchide servatum fuit: ipse inter sidera relatus Solem accipit mense Martio, à quo veteres annum auspicabantur.* Ov. 3. *Fast.*

Utque fugam capiant, ARIES nitidissimus auro
Traditur: ille vehit per freta longa duos.
Littoribus tactis ARIES fit sidus; at hujus
Pervenit in Colchas AUREA LANA domos.

2. TAURUS.

Ep. Cornĭgĕr, torvus, mĭnax, arduus, fĕrox, candĭdus, candens, ăgēnŏreus, *&c.* Portitor Europæ: cornibus auratis micans, fulgens, minax, Europæ vector, insignibus auro cornibus. Minacis Tauri frons. Tauri signa lucida, radiantia Tauri cornua. *Manil.* Respicis admirans adversum surgere Taurum Summisso vultu Geminos, & fronte vocantem. *Virg.* Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus. *Hoc signum intrat Sol Aprili mense. Creditur que esse* Taurus *ille, sub quo deluescens Iupiter* Europam, *Agenoris filiam rapuit, ab ipso dein in cœlo collocatus. Sen. Herc. Fur.*

Hinc, quà tepente Vere laxatur dies,
Tyriæ per undas vector Europæ nitet.

Fratres *vel* juvenes. *Ep.* Tyndărĭdæ, Lēdæi, Oebălii, Thĕrapnæi, ămyclæi, *&c.* Geminum *vel* Geminorum sidus. Lædæ soboles. Ledæa sidera. Duo Tyndaridæ. Oebalidæ gemini. Ledæi pueri. Proles duplex Jovis. Ledæi concordia pectora fratres: perspicuis insignes corpora stellis. *Hor.* Nec fratres Helenæ lucida sidera. *Sen.* Hinc clara gemini signa Tyndaridæ micant. *Lucan.* —— jam Sol Ledæa tenebat Sidera. GEMINORUM *signum ingreditur sol mense Majo. Suntque hi Castor & Pollux Ledæ filii eodem partu editi: quamquam Castor patrem habuerit Tyndarum, Pollux Iovem. Dicuntur nihilominus ambo* Tyndaridæ, *sicut &* Διοσκοῦροι. *Invocantur à nautis in tempestate. Vnde Seneca.*

Non illic Geminum, Tyndaridæ, genus
Succurrunt timidis sidera navibus.

4. CANCER.

Ep. Æquŏreus, lĭtŏreus, multĭpēs, octĭpēs, *&c.* Æstivus, călĭdus, ardens, fervens, torrens, ădūrens, răbĭdus, æstĭfĕr, *&c.* Sole perustus: agros adurens: Sitientis sidera Cancri. Æstivi ter-

 gora

gora Cancri. Curvi brachia cancri. Nepa torrida flammis. Cancri figura; Cancri signa *Ouid.* Sol abit è Geminis, & Cancri signa rubescunt Cùm premit æquorei Sol fervida brachia cancri. *Lucan.* Carcinus ardens. Pressus ab Hercule cancer. *Colum.* ——Lernæi brachia cancri *Est enim hic* CANCER, *qui à Iunone in Herculem cum Hydra Lernæa pugnantem immissus fuit, atq; ab eadem (cùm illũ Hercules pede compressisset) inter sidera relatus Lucanus voce Græcanicâ* Carcinum *dixit. Latini* Nepam *appellant tam Cancrum, quàm Scorpium & utriusque brachia,* chelas. *Cancrum porro intrat Sol mense Iulio, atque una Æstatem auspicatur, unde Ouid.* 10. *Metam.*

Nepa. Carcinus

Æstus erat, mediusque dies: Solisque vapore
Concava littorei fervebant brachia Cancri.

5. LEO.

Ep. Flam. mĭsĕr, horrendus, sævus, insānus, viŏlentus, ardens rabĭdus, trux, horrĭdus, Hercŭleus, Nĕmeæus, Cleōnæus, &c. Fulgida stella Leonis. Sicca ora Leonis. Pressa sub Herculeis manibus fera. Nemees pavor. Primus Herculis labor. Terribilis feræ species. Horrentesque jubas & fulvum cerne Leonem. Hunc ubi contigerit Phœbi violentior axis; Accensa in Cancro jam tunc geminabitur æstas. *Ouid.* Cùm Sol Herculei terga Leonis adit. *Sen.* Leo flammiferis æstibus ardens Iterum è cœlo cadet Herculeus. *Hor.* Et stella vesani Leonis, Sole dies referente siccos. *Inter veros Herculis labores primus numeratur Leo, quem in Nemea sylva juxta Cleonas Arcadiæ urbem jugulavit, ejusque detractam pellem pro insigni gestavit. Leo autem ipse à Iove in cœlum sublatus est: quem Sol ingressus mense Iulio maximos æstus excitat. Sen in Thyeste.*

——ignes auget æstiferi canis
Titan Leonis terga Nemeæi premens.

6. VIRGO.

Ep. Alma, sancta, justa, pia, innūba, &c. Attĭca, Īcăria, &c. Spicea munera gestans. Fulgens Virginis astrum. Iubar virginis almæ. ——pedibus virgo subjecta Bootæ: luminibus flagrat caput, & manus, & sinuosæ Collucent tunicæ, lucet pes, lucidus alis Ignis inardescit, maturis lucet aristis Spica manus dextræ. *Ouid.* Virginis ætherei cum caput ardet equis. ——Sol cursu pulsabat anhelo Virginis Icariæ limen. *Sen.* Cadet in terras Virgo relictas. *Hanc alii* Astræam *esse volunt, quæ Ævo illo ferreo unà cum Diis fugata in cœlum abiit, alii verò* Erigonem *faciunt, Icarii filiam; quæ, patre ab Atticis pastoribus occiso, cùm sibi vita laqueo eripuisset, à Baccho inter sidera relata est. Media sub Virgine Sol Æstatem explet, & mitiorē Autumnū inchoat. Vnde Claud. 2. Laud. Stil.* Au-

——Autumni maturet gramina VIRGO
Lenior & gravidis allaret Sirius uvis.

8. LIBRA.

Epit. Pendŭla, æqua, æquāta, justa, *&c.* Pendens lance pari; pari pondere; jugo æquali; recto examine. Trutinæ species. Momenta libræ. Justæ pondera libræ. Æquans libra dies cum tempore noctis. *Sen.* Libra Phæbæos tenet aqua currus. *Manil.* Libra diem noctemque pari cum fœdere ducit. *Hoc signum regit sol mense Septembri, in quo Æquinoctium: putaturque esse trutina Astreæ virginis Quamquam non distinguitur à* Chelys *sive brachiis Scorpii, quæ extra suum signum huc usque protenduntur, & Libræ figuram referunt. Vnde Virg volens Augustum in cœlo collocare, ac locum* LIBRÆ *illi assignans;*

Qua locus Erigonen inter, chelasque sequentes
Panditur, Ipse tibi (*inquit*) jam brachia contrahit ardens,
Scorpius, & cœli justa plus parte relinquit.

8, SCORPIUS.

Ep. Mĭnax, formĭdŏlōsus, horrendus, dīrus, ācĕr, sævus, mortĭfĕr, ardens, *&c.* Armatus veneno: feriens caudâ lethale venenum: elatæ metuendus acumine caudæ: violentâ cuspide sævus: caudâ minax. Monstrum ingens, latè per cærula cæli Brachia protendens, & curvæ spicula caudæ. *Ovid.* Sævaque circuitu curvantem brachia longo Scorpion Astra Nepæ signa Nepæ, Chelæ minaces *Manil. l. 2.* ——pietate ad sidera ductam Erigonen, ictuque Nepam. SCORPIUS *à Diis summissus, Orionem interemit, ad ulciscendam ejus jactantiam; vel, ut alii, libidinem, quâ instigante Dianæ integritatem tentaverat. Hunc intrat sol mense Octobri Estque signum calidum, & sub Martis tutela: unde Virgilio 1. Georg.* ardens *dici existimo, itemque Manilio l. 2.* *Nepa. Chela.*

Æquatorum Libra die cum tempore noctis
Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro.

9. SAGITTARIUS.

Ep. Bĭformis, gĕmĭnus, sēmĭvĭr, săgittĭfĕr, doctus, justus, *&c.* Phĭlyrĭdes, Æmŏnius, Thessălus, *&c.* Semivir arcitenens: arcu & jaculis armatus. Senex biformis. Doctor Achillis, Philyrejus heros arcum tendens. Sagittiferi facies senis. *Sen* Et qui nervo tenet Æmonio Pennata senex spicula Chiron. *Ov. 5. Fast.* —promet sua sidera Chiron Semivir, & flavi corpore mixtus equi. *Ib.* Nona dies aderat, cùm tu justissime Chiron, Bisseptem stellis corpora cinctus eras. CHIRON, *Centaurus, Saturni filius & Achillis instructor, sagittâ Herculis venenatâ in pedem ejus delapsâ, vulneris impatiens, longioris vitæ* *Arcitenens. Chiron. Philyrides.*

 tadio

tædio à Iove impetravit, ut sibi mori liceret, atque inter sidera translatus est. Hoc signum intrat sol mense Novembri, deserens.

——ardent. fulgentem SCORPION astro:
In cujus caudam contentum dirigit arcum
MIXTUS EQUO, volucrem missurus jamque sagittam.

10. CAPRICORNUS.

Caper. *Ep* Cornĭgĕr, hirsūtus, imbrĭfĕr, ăquōsus, frīgĭdus, horrendus, ătrox, *&c.* Cornibus armatus: radiantia cornua tollens. *Hircus.* Corniger hircus. Æquoris hircus. Cornua capri. Frons æquorei capri Hispida setosi species Capricorni. Humidus Ægoceros. *Ægoceros.* Brumalis capricornus: Frigora ducens: frigore gaudens. ——debilibus flammis Phœbejus axis Stellatum Ægocerota intrans, Aquilonis ad auras scandere paulatim tentat. *Sen. Thyest.* Pigram referens hiemem gelidus cadet Ægoceros. *Hoc signum plerique* Panam *faciunt, qui Tiphonem gigantem fugiens, posteriorem partem in piscis effigiem, priorem verò in formam hirci commutavit. Ingreditur verò Capricornum sol Decembri mense, ibique* Brumam *sive solstitium hybernum ac dierum incrementum inchoat, nam*

———luces à lumine Capri
Augmentum capiunt, donec Sol aureus illi
Cancri in vestibulo longissima tempora donet.

11. AQUARIUS.

Hydrophorus. *Ep.* Hūmĭdus, ūdus, hūmens, frīgĭdus, gĕlĭdus, mădĭdus, mădens, tristis, horrens, imbrĭfer, *&c.* Hydrophorus juvenis. *Vrniger.* Fusor aquæ. Puer urniger. Gestator aquæ. Frigentis sidus aquarî. Inflexam *vel* pronam urnam effundens, invertens: urnâ inflexâ aquas, undas, imbres fundens, effundens Udus & algentes fundebat Aquarius undas. Phryx puer, Iliades, Iliacus, Trojanus: Superis pocula miscens: madidæ prodigus urnæ. ——inflexâ lymphas effundit ab urna Phryx puer (Idæis tendentem retia sylvis Armiger in cœlum rapuit Jovis) ignibus olli Ardet apex, ardent humeri. *Virg. 2. Georg.*——— cùm frigidus olim Jam cadit, extremoque irrorat Aquarius anno. AQUARIUM *intrat sol mense Ianuario. Poëta verò fingunt hunc esse* Ganymedem, *puerum Trojanum, quem in Ida monte venantem Aquila in cœlum sustulit, ut Iovi ad cyathos esset, ac Deorum pocula temperaret. Ovid. 2. Fast. de dimidiate Aquarii ortu:*

Jam puer Idæus mediâ tenus eminet alvo,
Et liquidas misto nectare fundit aquas.

12. PISCES.

Ep. Æquŏrei, ăquōsi, æthĕrei, gĕmelli, gĕmĭni, *&c.* 'Aeriirun-

rutilantia sidera pisces. Sidus piscis aquosi. Geminique sub æthere pisces—cælestia findunt Æquora squamigeri pisces: Borealibus auris hic propior majorque. Noto vicinior ille, Collucent parvis per lucida corpora stellis. *Ouid.* 3 *Fast.* Nam duo sunt, Austris hic est, Aquilonibus ille Proximus: à ventis nomen uterque tenet: *Nempe*: Νότιος & Βόρειος. *Ouid. Met.* Tertius æquoreis inclusum Piscibus annum Finierat Titan. *Sen* Ultima cœli sidera Pisces:—Piscesque novissima forma. Piscesque supremi, i.e. *Ultima Zodiaci pars, quâ decursâ sol annum explet, quem Antiqui à Martio ordiebantur. Poëtæ fingunt eos Venerem cum Cupidine trans Euphratem vexisse, cùm instantem Typhonem gigantem fugeret. Fabulam habes apud Ouid.* 2. *Fast.*

Utque sinu natum tenuit, succurrite Nymphæ,
Et Diis auxilium ferte duobus, ait.
Nec mora, prosiluit. PISCES subière GEMELLI:
Pro quo nunc, cernis, sidera nomen habent.

USUS HORUM SIGNORUM

AD 12. MENSES ET 4. ANNI PARTES DESCRIBENDAS.

NOTA *Solem singulis quibusque mensibus unum ex præfatis signis ingredi, eo ordine, quo diximus, atque tunc sol in tali signo esse dicitur. Unde Poëtæ menses describere solent per cursum aut præsentiam solis in hoc vel illo signo.*

V.C. Sic describi potest primò

Martius.

—Postquam vernus calidum Titana recepit
Sidera respiciens delapsæ portitor Helles,

2. *Aprilis.*

De duce lanigeri pecoris, qui perdidit Hellen,
Sol abit: egresso VICTIMA MAJOR adest.

3. *Majus.*

Jamque per Oebalidûm rutilantia sidera fratrum
Electebat calidos Phœbus anhelus equos.

Et sic de cæteris:

Similiter quatuor anni tempestates cùm per alia sidera, tum per Zodiaci signa describi solent à Poëtis. Nam tria prima signa, Aries, Gemini, Taurus, tribuuntur Veri : *Cancer, Leo, Virgo,* Æstati: *Libra, scorpius, sagittarius* Autumno : *Capricornus, Aquarius, Pisces* Hiemi.

USUS HORUM SIGNORUM

AD ÆQUINOCTIA & SOLSTITIA DESCRIBENDA.

ÆQUINOCTIUM *dicitur, cùm dies & nox æquè longi sunt. Quod semel accidit mense Martio, cum Sol est in initio Arietis. Ovidius:*

Impositamque sibi qui non bene pertulit Hellen,
 Tempora nocturnis æqua diurna facit.

Alterum ÆQUINOCTIUM *accidit mense Septembri, cùm sol est in principio Libræ. Virg.*

LIBRA die, somnique pares ubi fecerit horas,
 Et medium luci atque umbris jam dividet orbem.

SOLSTITIUM *est Solis statio; cùm scilicet ille ultrà non progreditur, sed retrocedere, unde advenerat, incipit. Primum Solstitium efficit Sol in Cancro* Idibus *Iun. quo tempore longissimus est anni dies Lucan.*

———vicino cùm lux altissima Cancro est,
Ac per summa poli Phœbum trahit altior æstas.

Alterum SOLSTITIUM *sive Brumam facit sol in Capricorno prid. Idib. Dec. emb cùm brevissimus est totus anni dies Manil. l. 3.*

———Brumam Capricornus inertem
Per minimas cogit luces & maxima noctis
Tempora.———

OBSERVANDUM *verò, quamvis re ipsâ duo sint Solstitia: apud bonos tamen Latinitatis Auctores hoc nomine solum designari Æstivum, hiemale autem illis dici* Brumam *Ita ut* Bruma & Solstitium *opponantur. Theodosius apud Claud. neque æstate calores; neque hieme frigora, pro Romana urbis conservatione recusans, sic illam alloquitur:*

———pro te qualcumque per oras
Ibimus, & nulla sub tempestate timentes
SOLSTITIO Meroen, BRUMA tentabimus Istrum.

Est ad hanc rem pulcherrimus locus apud Ovid. 5. Trist. El. 11. ubi (quod mæstitiâ affecti solent) conqueritur stare Tempora, neque solitâ vicissitudine dierum noctiumque incrementa ac decrementa peragere.

Stare putes, adeò procedunt tempora tardè,
 Et peragit lentis passibus annus iter.
Nec mihi SOLSTITIUM quicquam de noctibus aufert.
 Efficit angustos nec mihi BRUMA dies.

AVA-

AVARITIA.

Epith. Cæca, furens, răpĭda, cŭpĭda, ĭnexplēta, prŏfunda, hians, anxia, sollĭcĭta, scĕlĕrāta, infanda, *&c.* Sordĭda, turpis, fœda, vīlis, *&c.* Auri, opum, lucri, nummorum vesana fames, fœdus amor, cæcus furor, dira cupido. Ardor *vel* furor exitialis habendi. *Ouid.* ——— opum furiosa libido. *Sen.* Impius lucri furor. Auri imperiosa fames: scelerum fœcunda parens: insatiabile monstrum. *Claud. inter Stiliconis laudes.* Ac primum SCELERUM MATREM, quæ semper habendo plus sitiens, patulis rimatur faucibus aurum, Trudis avaritiam. *Virg. 3. Æn.* —Polydorum obtruncat, & auro Vi potitur. QUID non mortalia pectora cogis Auri sacras fames! SACRA, i.e. *dira, exceranda. Ductum ab hominibus piacularibus, quos in publicis malis per urbem circumductos atque omnium exsecrationibus oneratos, Deorum iræ velut sacros ac dicatos immolabant. Ita* sacerrimus leno *apud Plautum. Catull.* Dii magni, horribilem & sacrum libellum : *Ceterum si tibi animus est fœdum hoc monstrum suis coloribus depingere; En exemplum:*

Germana Harpyis facies, inculta, situque
Tristis, hiant rictus: tetricis frons aspera rugis:
Ora fame pallent: corpus miserabile curæ
Attenuant: virus promptam in perjuria linguam
Inficit. & trepidam exercet insomnia mentem.

Avarus.

Lucris *vel* opibus inhians. Auri cæcus amore. Cui pectus fervet avaritiâ. Quem auri dira cupido exercet, exstimulat, accendit, &c. *Sen.* Hic quem avaræ mentis inflammat furor. Nunquam satur: medias inter opes inops, Spe lucri quidlibet audens. *Horat.* —— Cùm te neque fervidus æstus Dimoveat lucro; nec hiems, ignis, mare, ferrum: Nil obstet tibi, dum non sit te ditior alter, —quem sævior ignibus Ætnæ, Noctes atque dies fervens amor urget habendi. *Iuven* —— rerum tutela suarum Certa magis, quàm si fortunas servet easdem Hesperidum serpens vel Ponticus. *Horat* Condit avarus opes, defossoque incubat auro. *Sen.* Nullo fine beatus componit opes, gazis inhians, & congesto pauper in auro est. *Vtpote cui tam deest, quod habet, quàm quod non habet. Alter Tantalus. & quidem extra fabulam. Ovid.*

Sic aret mediis taciti vulgator in undis.
Pomaque, quæ nullo tempore tangat, habet.

AVARITIÆ CUPIDITAS

INEXPLEBILIS.

Sen. Cupit hic gazis implere famem, nec tamen omnis plaga gemmiferi sufficit Istri, nec tota sitim Lydia vincit; nec quæ Zephyro subdita tellus, stupet aurato flumine clarum radiare Tagum. Avidis, avidis Natura parum est. *Claud.* Non Tartessiacis illum satiaret arenis tempestas pretiosa Tagi, non stagna rubentis aurea Pactoli: totumque exhauserit Hermum, ardebit majore siti. *Nempe*: Crescit amor nummi, quãtum ipsa pecunia crescit. *Ouid.* Sic quibus intumuit suffusa venter ab unda (*Id est Hydropicis*) Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ, *Avaris enim nihil satis est. Vt eorum cupiditatem jam non* famem, *non* sitim, *sed* tartaream ingluviem *rectè eum Comico vocaveris, cujus versus citantur à Lambino ad Horat. l. 3. Od. 1*

Tenaces nimium dominos nostra ætas tulit.
Quos harpagonas, Harpyias & Tantalos
Vocare soleo, in opibus magnis pauperes
Et sitibundos iu medio Oceani gurgite.
NULLAE illis satis divitiæ sunt: non Midæ,
Non Crœsi, non omnis Persarum copia
Explere illorum tartaream ingluviem potest.

AUGUR.

ALIAQUE HUC SPECTANTIA.

Epith. Præsãgus, prōvĭdus, doctus, pĕrītus, fātĭdĭcus, sācer, *&c.* Divûm interpres, veri providus, fatorum conscius. Venturi haud inscius ævi. Cui linguæ patent volucrum: qui volucrum tractus *vel* volatus solerti indagine signat. *Virg.* —— — qui sidera sentit, Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ *Sil.* ——— — doctus aëris, & nulla deceptus ab alite Mæon. *Tib. ad Phœbum.* Tu procul eventura vides, tibi deditus Augur Scit bene, quid fati provida cantet avis. AUGURES *sive* AUSPICES *propriè sunt, qui ex avibus inspectis futura prædicebant Illas enim credebant Deorum ministras esse, atq; eorum mentem & voluntatem variis modis hominibus præsignificare. Avium verò aliæ* Ore *aliæ* Volatu *augurium faciebant. Illæ* oscines *dicebantur; hæ verò* alites *vel* præpetes. *Ov 2. fast.* — ——— nam Diis proxima quæque,

Auspex

Nunc PENNA, veras nunc datis ORE notas.

ARUSPEX; *Ep* Præsāgus, doctus, longævus, &c. *V.* AUGUR. Fata *vel* Fatorum leges in extis explorans. *Sen.* At ille fibras tractat, & fata inspicit. O cui Fatorum leges, ævique futuri Eventura Pater posse videre dedit. *Tib. ad Phœb.* ——— ——

per te præſentit aruſpex, Lubrica ſignavit cum Deus exta notis. *Nam* ARUSPEX *propriè eſt, qui victimam in ara immolatam inſpicit: id eſt, ab extis victimæ immolatæ (quæ ſunt cor, pulmo & jecur, cujus extremitates* fibræ *dicuntur) rerum futurarum diſcit. Ovid.* 15. *Met.*

Protinus ereptas viventi corpore fibras
Inſpiciunt mentemque Deûm ſcrutantur in illis.

VATES. *Epith.* Præſăgus, fātĭdĭcus, ſăcĕr, dīvīnus, vērīdĭcus, terrĭfĭcus, afflātus, attŏnĭtus, laurĭger, *&c.* Phœbo plenus: Numine afflatus. Vatum præſcia corda. Phœbi ſacerdos venturi præſcius. Vatum præcordia. Haud vanis tangit præcordia vatum Delius auſpiciis. *Claud.* Tum vates ſine more rapi, lymphataque paſſim Pectora fatidici ſtimulis ignoſcere Phœbi. *Virg.* —— hæc deinde canit divino ex ore ſacerdos. *Ovid.* —— ſic magna ſacerdos. Eſt mihi divino vaticinata ſono. VATES *propriè ſunt, qui afflatu quodam ſive inſtinctu divino repleti futura prædicebant, adeoque in Apollinis aliorumque Deorum templis præſidentes conſulebantur, atque oracula edebant. Talis* Sibylla Cumæa *apud. Virg. l.* 6.

—— —— magnam cui mentem animumque
Delius inſpirat vates, aperitque futura.

AUGURARI.

Futura, eventura, caſus futuros, fata, fatorum leges, aperire, pandere, expedire, canere, vaticinari, ore divino præmonere. Deorum iras nuntiare, denunciare, &c. *Virg.* Prodigium canit, & triſtes denuntiat iras. Ora fatis aperire futuris *Ovid.* —— tibi caſus ante futuros vaticinatus eram. *Id.* Et Vatum timeo monitus, quos igne Pelaſgo Ilion arſuram præmonuiſſe ferunt. *Virg.* Si qua fides, animum ſi veris implet Apollo; Unum illud tibi, præque omnibus unum prædico. *Vide ſupra* VATES, *& habe huc ſpectantem pulcerrimum locum ex Ovid.* 1. *Triſt. El.* 9.

Vaticinari. *Prædicere.* *Præmonere.*

Hoc mihi non ovium fibræ, tonitruſve ſiniſtri,
Linguave ſervatæ pennavé dixit avis.

AUGURIUM ratio eſt & conjectura futuri:
Hac divinavi, notitiamque tuli.

NOTA *præter inſpectionem Avium & Extorum, pertinuiſſe ad Augures.* De cœlo ſervare, *id eſt, Fulmina & Tonitrua obſervare, quæ læta ac felicia, quæque diræ & funeſta eſſent: præterea* Somnia, Prodigia, *aliaq; deorum monita explanare. Claud.*

Fulmineos ſolers Etruria conſulat ignes,
Immenſumque nefas fibris exploret Aruſpex,
Quæ nova portendant ſuperi, ——

AU-

AUGURALES AUES.

NOTA *Veteres nullam pane rem aggredi solitos nisi captato auspicio sive consultis avibus Hinc frequenter apud Poëtas* bonis *vel* malis *avibus inceptum dicitur* , *quidquid bonum malumvè eventum habuit. Deinde cui negotio bene aut malè volunt*; bonas,malasvé Aves *apprecari solent Ita Propert. Ovid. Horat.aliique* —— — Date candida cives Omina , & inceptis dextera canter avis.——stetit æquore moles Pinea,nec remis æqua favebat avis. *Hor.* Malâ solutâ navis exit alite.Ut horridis utrumque verberes latus, Auster memento , fluctibus,Nigraque funestum concinat Omen avis. *Ovidius*:

Quis fuit ille dies,cùm tristia semper amanti
Omina non albæ conciuistis aves?

AVES BONÆ *sunt,quæ Volatu aut Occentu bonum aliquod aut prosperum rei eventum addicunt* : *quæ etiam Poetis dicuntur* albæ,dexteræ,felices,lætæ,*&c Tales sunt*: *Aquila dextrâ parte advolans*,*Buteo*,*Falco*, *Picus Martius ad Austrum vel Septentrionem volitans. Corvus ab Ortu clarâ voce occinens*, &c.*Horat.optans amicæ prosperum iter*:

Oscinem corvum prece suscitabo
Solis ab ortu.

AVES MALÆ *sunt,quæ Ore vel Pennâ malum aliquod aut exitium nunciant*;*dicunturque Poetis* diræ,ferales,nigræ,lævæ,tristes,funestæ,&c.*Tales sunt*: *Milvus*,*Hirundo*,&c. *ac super omnes Bubo*,*cujus & vox & volatus dira semper & infausta.Ovid.Met.*

———Volucris venturi præscia luctûs,
Ignavus Bubo,DIRUM mortalibus OMEN.

AUGURANDI.

SCIENTIA CELEBRES.

1.ETRUSCI *sive* THUSCI,*in Italia augurio & prodigiorum interpretatione celebres fuêre, adeoque passim apud Poetas occurrit*: Thuscus Aruspex. *Hos primus edocuit* TAGES *nomine, subitò visus è terra emergere,de quo vide Ovid.*15.*Met.*

Indigenæ dixêre Tagen;qui primus Etruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.

2.TIRESIAS:*Rex Thebanus,Iunonis irâ excæcatus*;*sed Iupiter illi* ———pro lumine adempto
Scire futura dedit,pœnamque levavit honore.

3.AMPHIARAUS: *Qui cùm diu se occultasset*, *ne ad bellum Thebanum pertraheretur,in quo se viderat periturum*: *tandem fraude uxoris Eryphiles proditus*,*& ad bellum tractus*,*in ea terra hiatu absumptus est*.*Pap.l.7.*

Hæc,

—hæc, non tu ipse patet, non docte futuri
Amphiaraë vides: etenim vetat auctor Apollo.

4. CALCHAS: *Thestoris filius, unde ipse* Thestorides *dictus est: augur celeberrimus in castris Græcorum ad Trojam, de quo Androm apud Sen.*—vester augur hoc Calchas canit? *item Ovid.* Quantus erat Calchas extis, Telamonius armis, Automedon curru:

5. MANTO: *Tiresiæ filia, arte divinâ prædita, quam eâ re Virg.* fatidicam *vocat.*

6. HELENUS: *Priami filius, vaticinio & Aruspicinâ clarus: quem Æneas apud Virg l. 3. sic alloquitur:*

Trojugena interpres Divûm, qui Numina Phœbi,
Qui Tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.

AVIS,

ALIAQUE HUC SPECTANTIA.

Epit. Pennāta, pennĭgĕra, præpēs, ālĭgĕra, āĕria, văga, lĕvis, nūbĭvăga, versĭcŏlŏr, picta, pictūrāta, *&c.* Garrŭla, cānōra, argūta, quĕrŭla, rauca, *&c.* Blanda, mītis, plăcĭda, *&c.* Cantibus aëra mulcens: sub frondibus strepitans. Volucrum exercitus, turba, agmen. Penniger avium greges. Alituum genus *vel* lasciva cohors. Turba sonans agminis aligeri. *Ovid* Assuetum sylvis innocuumque genus: Quæ facitis nidos, & plumis ova fovetis, Et facili dulces editis ore sonos. *Lucret.* Pennipotentes *dixit ac* corpora volantum. *Quod posterius imitatus est Virg l. 6. de spelunca Averni:* *Ales. Volucres.*

Quam super haud ullæ poterant impunè volantes
Tendere iter pennis.

Avium CANTUS.

Epit. Dulcis, blandus, grātus, tĕnĕr, raucus, strĕpĕrus, quĕrŭlus, argūtus, cănōrus, suāvis *&c.* Gutture, voce, linguâ cantus dare, edere, reddere, modulari, iterare, referre, sonare, promere. *Ov.* Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent. Aves canoros garrulæ reddunt sonos—passimque vagantes Dulce sonant tenui gutture carmen aves. *Sen.* Non, quæ verno nobile carmen Ramo cantat tristis Aëdon, Ityn in varios modulata sonos. — resonant avibus virgulta canoris. Littoraque Halcyonem resonant, & Acanthida dumi. *Concentus Carmen. Murmur Sonus.*

Avium NIDUS.

Epit. Parvus, grăcĭlis, tĕpĭdus, căvus, dulcis, altus, excelsus, pendens, pendŭlus, *&c.* Arbore pendens: arboribus structus, Avium tecta, domus: frondosi lares: luteæ casæ: ramosa hospitia, *Virg.* Antiquasque domos avium. *Papin. de verc.*— *Tecta. Lares. Domus Casa.*

Hospitia. *Cubilia.* *Cuna.* repetunt ubi fida volucres Hospitia, atque larem brumâ pulsante relictum. *Virg de corvis.* — & sæpe cubilibus altis Inter se foliis strepitant. *Ouid. de hirundine.* Sub trabibus cunas parvaque tecta facit. —luteam struxerat arte casam. OBSERVA *Poëtas* Nidos *sæpe usurpare pro ipsis avium pullis, atque tunc illos dicere* loquaces, querulos, implumes, &c. *Virg l. 11.*

—velut magnas domini cum divitis ædes
Pervolat, & pennis alta atria lustrat hirundo
Pabula parva legens, nidisque loquacibus escas.

Nidificare.

Nidos arbore facere, ramis suspendere, struere, ponere, figere. In ramis tecta laremque parare. Plumis ova fovere. *Ouid* 8. *Met de Perdice* Nec facit in ramis altoque cacumine nidos, Propter humum volitat, ponitque in sepibus ova. *Virg.* Garrula cum tignis nidum suspendit hirundo. *Ouid.*— ignotaque prodit hirundo, Et luteum celsa sub trabe fingit opus. *Aliæ igitur in arborum ramis nidulantur, aliæ in sepibus, aliæ in tectis, aliæ in rimoso aliquo saxo: ut illa Virg.* —columba: Cui domus, & dulcis latebroso in pumice nidi.

Avium PULLI.

Fœtus. *Progenies.* *Nidi.* *Ep.* Parvi, implumes, trepidi, teneri, tenelli, molles, loquaces, queruli, *&c.* Parva progenies. Dulces nidi. *Virg. de corvis.* — juvat imbribus actis Progeniem parvam, dulcesque revisere nido. *Id. de Philomela* Amissos queritur fœtus, quos durus arator Observans nido implumes detraxit. *Id. de apibus.* Progeniem nidosque fovent. *Hor.* Ut assidens implumibus pullis avis. *Claud.* Sic æstuat ales. Quæ teneros humili fœtus commiserat orno, Allatura cibos: —nidique loquaces Faucibus expectant venientia pabula siccis.

Avium ALÆ.

Pennæ. *Ep.* Pernices, celeres, citæ, leves, veloces, volucres, præpetes, præcipites, motæ, mobiles, jactatæ, excussæ, strepitantes, *&c.* Trepidæ, trepidantes, fugaces, *&c.* Versicolores, pictæ, *&c.* Præpetes pennæ. Remigium alarum. Alas commovere, excutere. Pennas ad solem pandere. Pennis stridere, insonare, plausum dare. *Virg.* — ludunt stridentibus alis Et cœtu cinxêre polum. *Id.* plausumque exterrita pennis Dat tecto ingentem. *Ou. de Dædalo* Remigium volucrum disponit in ordine pennas. *Virg. de Merc.* —volat ille per aera magnum Remigio alarum. *Metaphora desumpta è re nautica. Vicissim ab avibus ad navigationem situti res ipsa (namque observato avium volatu invenisse vela Icarū volunt) sic & vocabula transferuntur. Ita Cassid. l. 5.* variter appellat *velum.* Linium volatile, *& Virg. 3. Æn.*

Ten-

Tentamuſque viam & VELORUM pandimus alas.
Sic & navigantes pelago velare *dicuntur: aves verò* per aërem nare. *Virg. l. 6. de Dædalo è Creta verſus Septentrionem avolante*

Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo
Inſuetum per iter gelidas ENAVIT ad Arctos,

Avium PLUMÆ.

Epit. Pictæ, verſicŏlōrēs, lævēs, mollēs, *&c.* Nĭveæ, fuſcæ, fulvæ, *&c.* Plumæ verſicoloris aves. *Hor.* —album mutor in alitem Supernè, naſcunturq; leves Per digitos humeroſq; plumæ. *Ovid. de cycno in avem mut.* —canæque capillos Diſſimulant plumæ, collumque à pectore longum Porrigitur, digitoſque ligat junctura rubentes: Penna latus velat, tenet os ſine acumine roſtrum, Fit nova Cycnus avis. NOTA *Plumam interdum accipi pro culcitra vel pulvillo plumis infarcto: quibus quia molliculi illi ac diſcincti, etiam in lectica portatili membra fulciebant; hinc Iuvenali ipſa Lectica* pluma penſilis *dicitur. Mart. verò* Amyclæam *vocat pro molliſſima: quaſi illius Cycni, in quem mutatus Iupiter Ledam, mulierem Amyclæam adiit l. 14.* Laſſus Amyclæâ poteris requiſcere plumâ.

Avium VOLATUS.

Ep. Cĕlĕr, cĭtus, lĕvis, ăgĭlis, præceps, răpĭdus, ſublīmis', &c. *V.* ALA. Sublimes pennis per inane volatus carpere. Pennis altum petere: liquidas exire ſub auras: aſſurgere in auras: ſe *vel* corpus ferre *vel* tollere ad *vel* in auras; ſe credere cœlo: ſe condere ſub nubila. Sub ſidera labi. Ipſa volans tenues ſe ſuſtulit ales in auras. —— in cœlum paribus ſe ſuſtulit alis. ——ad ætherium pennis aufertur Olympum.

Volare, volitare per auras. Nubila tranare. Æthere labi. Ætherem *vel* auras pennis perlabi. Aëra per vacuum ferri. Se *vel* corpus in aëre librare. Ingenti gyro nubila deſignare. Movere per aëra pennas. Alis jactatis terram linquere, ire per auras. Pennis aërem, nubila, ventos ſecare, findere, percutere, verberare. Pennas per aërem movere, quatere, jactare. *Virg. l. 3 deſcribens Columbam ex alto devolantem:*

Qualis ſpeluncâ ſubitò commota columba
Fertur in arva volans, plauſumque exterrita pennis
Dat tecto ingentem: mox aere lapſa quieto
Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas,

QUI EX HOMINIBUS PER AEREM VOLAVERUNT.

1. PERSEUS *acceptis à Mercurio talaribus Sunt autem* Talaria, *calceamenta Mercurii alata, quibus ille per aërem volare, ac man-*

ac mandata Iovis perferre fingitur: cùm alii fere Dii curru utantur.

2. BELLEROPHON *Pegaso, equo alato, vectus. Iunxit utrumque Propertius l 2 falsò sibi persuadens neminem profani Amoris imperium effugere posse:*

Non si PEGASEO vecteris in aëra dorso,
    Nec tibi si PERSEI moverit ala pedes.
Vel te si sectæ rapiant TALARIBUS auræ;
    Nil tibi Mercurii proderit alta via,

3. DÆDALUS *Auctor Cretensis Labyrinthi, atque ut Sil. l.* 12

——— ——— Ætherias alienâ tollere in auras
Ausus se pennâ, atque homini monstrare volatus.

4. MEDEA *ac* TRIPTOLEMUS, *curru alite sive subjunctis Draconibus usi: Atque horum quidem Poeta nunc currus, nunc alas optare solent, quoties vel in cœlum adscendere, vel subitò in alias terras deferri desiderant: Ut inter alios Ovid.* 3. *Trist.*

Nunc ego Triptolemi cuperem conscendere currus,
    Misit in ignotam qui rude semen humum.
Nunc ego Medeæ vellem frænare dracones,
    Quos habuit fugiens arce, Corinthe, tuâ:
Nunc ego jactandas optarem sumere pennas,
    Sive tuas Perseu, Dædale sive tuas.
Ut, tenerâ nostris cedente volatibus aurâ,
    Adspicerem patriæ dulce repentè solum.

AVIUM

varia genera suis titulis distincta:

I. CORTIS AVES:

1. ANAS.

Epith. Fluviālis, mollis, picta, lātīpēs, *&c.* Pede segnis; cærula pennis: crure rubra Punico. *Pol.*—stagnumque superpede remigat udo Depictæ cervicis anas, prolemque natatum Invitans, nunc exstat aquis, nunc mergitur altè. COHORS *sive* CHORS *&* *relictâ aspiratione* CORS *genus est ædificii rotundi ex pluribus tectis conjunctum: ubi Gallinæ, Anates, similesque aves pascebantur, quas propterea Martialis vocat* turbam sordidæ cortis. *Atque hinc lucem capiet Ovid. versus* 4. *Fast.*

Is capit extremâ Vulpem convalle salicti:
    Abstulerat multas illa cohortis aves.

2. ANSER.

Epith. Argūtus, raucus, clāmōsus, strīdŭlus, sāgax, vĭgĭl, albus, *&c.* Plumosi corporis anser. Tarpejæ quondam custodia

dià ripis. *Ovid.* Nec densa juvant Capitolia, quò minus anser, &c. *Lucr.* —— humanum longè præsentit odorem Romulidarum acris servator candidus arcis. *Ovid. de somni aula.* — nec voce silentia rumpunt Sollicitivé canes, canibúsve sagacior anser: *Ob hanc sagacitatem etiam custodia adhibitus; Ovid 8. Met.* Unicus anser erat parvæ custodia villæ. *Prud.* —— pervigil anser, Proditor occulti tenebrosa nocte pericli. *Mart.* Hæc servavit avis Tarpei templa Tonantis. *Cùm sc. Gallis Capitolium invadentibus anseris clamore excitatus cum suis Manlius illos de rupe deturbavit* NOTA *porrò Romanos in delitiis habuisse Anseris jecur, quod saginâ in ingentem magnitudinem excrescere faciebant: adeò ut apud Martialem reperias* —— magno jecur ansere majus. *Neque omisit inter opipara cœnæ fercula recensere Horat. lib. 2. sat* 8.

Pinguibus & ficis pastum jecur Anseris albi.

3. COLUMBA.

Ep. Mollis, tĕnĕra, blanda, mitis, alba, candens, nĭvea: imbellis, trĕpĭda, tĭmĭda: āĕria, vŏlŭcris, cĕlĕr, *&c.* Chāŏnis, Chāŏnia, Dōdōnæa, Pāphia, Idālia, Dīōnæa, *&c.* Ales Veneris: Veneri dilecta volucris. Reginæ Veneris cura. *Prop.* — torquatáque colla columbæ. Timidissima turba. *Ovid.* Terretur minimo pennæ stridore columba, Unguibus, accipiter, saucia facta tuis: *Id.* Aspicis, ut veniant ad candida tecta columbæ: Turba columbarũ modò provolat, & modò miscet Certatim rauco mutua rostra sono. *Ovid. Fast.* Ergo sæpe suo conjux abducta marito Uritur in calidis alba columba focis. *Id. Metam.* Arimigerúmq; Jovis. Cythereiadásq; columbas. *Ovid.* Quasque colat turres Chaonis ales habet. CHAONIA *eadem, quæ Epirus, in cujus sylva* Dodona *columbas fuisse ajunt, quæ divinandi perita illic responsa darent. Hinc columbæ Poëtis* Dodonææ *&* Chaonia. *Avis Veneri sacra & conjugii fide nobilis: quòd inter columbum & Columbam (nam utrumq; Latinè dicitur) Propert. l. 2.* tutum *vocat, i. e. cui nulla insit adulterii suspicio:* Exemplum junctæ tibi sint in amore columbæ, Masculus, & tutum femina conjugium.

4. GALLUS.

Ep. Vĭgil, cristatus, excŭbĭtŏr, insomnis, *&c.* Crista spectabilis alta. Titanius ales. Nuncia lucis avis. Lucis prænuncius ales: Qui diem *vel* Solem ore canoro provocat: morantem Auroram increpat: revocat famulas ad pensa manus. *Ovid. 1. Fast.* —— Deæ noctis cristatus cæditur ales, quòd tepidum vigili provocet ore diem. *Mart.* Nondum cristati ru-

pere silentia galli. *Virg.* Excubitórque diem cantu prædixerat ales. *Mant.* Jam cecinit mediam volucris Titania noctem. TITANIA, *quia Soli sacra, cum quo cubitum it, & quartâ castrensi vigiliâ (ut Plin. loquitur) ad curas laborémque homines revocat. Certant inter se Galli studio gloriæ, canuntq; in victoria, & se Principes testantur: victi occultantur, lucémq; refugiunt. Quæ omnia latè prosequitur Politian. ex quo sunt hic sequentia:* —— cristatarúmque volucrum

Induperatores: laterum qui sidera pulsu
Explaudunt, vigilíque citant Titana canore,
Et bellum sibi Marte parant. Quippe obvia rostris
Rostra ferunt, crebrísque acuunt assultibus iras.
Ignescunt animis, & calcem calce repulsant
Infesto, adversúmque affligunt pectore pectus.
VICTOR ovans cantu palmam testatur, & hosti
Insultans victo, pavidum pede calcat iniquo.
Ille silet, latebrásque petit, dominúmque superbum
Ferre gemit: comes it merito gens cetera regi.

Est apud eumdem pulcherrima GALLI DESCRIPTO: *in qua ejus cristam, jubam, mucronem, crebrum cœli aspectum observare licet:* ———— tum vertice purpurat alto

Fastigatus apex, dulcíque errore coruscæ
Splendescunt cervice jubæ, pérque aurea colla,
Pérque humeros it pulcher honos ———— —
Crura pilis hirsuta rigent, juncturáque nodo
VIX distante sedet: dirus vestigia mucro
Armat: & oblongo nunc terram scalpturit ungui
Rimatúrque cibos, nunc edita nubila visu
Explorat cauto. Non illum squammea tutò
Aggreditur serpens, non raptor ab æthere Milvus.

GALLINA: *Epith.* Mollis, tĕnĕra, cristata, fœcunda, &c. Conjux cristati fœda mariti. Cristati femina galli. Sedula mater: pro parvis anxia pullis. *Quam glocientem habes apud Politianum in rustico:*

Vocibus interea crebrò singultit acutis
Parturiens conjux, cui scilicet ova subinde
Tollit anus, signátque dies, vigilémque lucernam
Consulit, & Lunæ crescentis tempora servans
Ut primum Gallina glocit, numero impare subdit:
Versatísque diu, solers auscultat, an intus
Pipiat involucer pullus, tenerúmque putamen
Pertuderit molli rostro, atque erumpere tentet.

II. AVES PEREGRINÆ:

1. PAVO.

Epith. Pictus, gemmeus, sidĕreus, stellātus, sŭperbus, rēgius, Jūnōnius, *&c.* Junonis avis. Junonia volucris. Fulgurat aurato cui vestis plumea tergo, Et longo caudæ syrmate verrit humum. Colla tegit roseo conchylis purpura fuco: Pennarum fulgent oculi, stellatáq; latè Cauda micat, — stellantibus alis Se rotat in gyros, & se miratur euntem, vertice crista tremit. Stellatam pandens volucris Junonia caudā Torquet agens gyros. Circinat in gyros oculata volumina caudæ: Conscia formæ colla tument. *Ov. Met.* Junonis volucris quæ caudâ sidera portat. *Horat. de pavone mensis illato* — quod veneat auro Rara avis, & pictâ pandat spectacula caudâ. *Claud.* — traduntq; palato Sidereas Junonis aves. *Ovid.* Laudatas ostendit avis Junonia pennas. *Videtur enim persentire laudes suas, atque inde superbiam sumere Vnde Polyphemus de Galatea sua apud Ovid.* 13. *Met.* Laudato pavone superbior, acrior igni. *Hinc & sacer Iunoni, cui in numero Deorum majestas propria, plusculū ex fastu trahens. Adde, quod apud Samios Iunonis cultores, præstantiores reperiri pavones tradit Agellius. Ceterùm fingunt Poëtæ, Argo à Mercurio occiso, ejus oculos ab eadem Dea in caudam pavonis translatos, Ovid.* 1 *Met.*

——— centúmque oculos nox occupat una,
Excipit hos, volucrísque suæ Saturnia pennis
Collocat, & gemmis caudam stellantibus implet.

2. PHASIANUS.

Epith. Pictus, vărius, pĕrĕgrīnus, Colchus, *&c.* Volucris Colcha *vel* Colchis Phasidos ales. *Mart.* Et impiorum Phasiana Colchorum. *Poëta Roman. luxum notans.* — jam Phasidos unde Orbata est avibus. *Nomen habet à Phasi Colchorum fluvio, ad cujus ostia frequens reperitur. Volunt ab Argonautis primùm in Græciam advectum, luxum mensarum auxisse. Vnde ipsa avis apud Mart. l.* 13.

Argoâ primum sum transportata carinâ:
Antè mihi notum nil nisi Phasis erat.

3. PHOENIX.

Epith. Longævus, vīvax, vīvidus, æternus, sōlĭgĕna, Assyrius, Phărius, *&c.* Ales Titanius. Unica semper avis. Quæ reparat, séque ipsa reseminat ales. Sibi superstes. Par volucer Superis, qui sidera vividus æquat durando. — in quem non stamina Parcæ Dura legunt, nec jus habuêre nocendi. Ipsa quidem, sed non eadem; quin & ipsa, nec ipsa est. Æter-

nam vitam mortis adepta bono. *Ovid. Met.* —— duro nidum sibi construit ore: Quo simul ac casias, & nardi lenis aristas, Quassáque cum fulva substravit cynnama myrrhâ; Se super imponit, finítque in odoribus ævum. *Papin.* 4. *Sil.* —— senio nec fessus inerti Scandit odoratos Phœnix felicior ignes. *Claud.* Arentes tepidis de collibus eligit herbas, Et cumulum texens pretiosa fronde Sabæum, Componit bustúmque sibi partumque futurum. PHOENIX, *avis soli sacra, quem unicum in toto orbe habere fertur Arabia. Quidam apud Plin. l.* 10. *testantur vivere illum annis* 660. *ac senescentem casiâ thurisque surculis exstructum nidum replere odoribus, ac super emori. Ex ossibus deinde ac medullis, vel, ut alii volunt, cinere (quibusdam enim placet ardore solis incenso nido flammis ab- sumi) nasci primo ceu vermiculum, inde fieri pullum. Cùm hi faciunt Poëta, inter quos Mart. l.* 5. *mille annos vita Phœnici adnumerat*:

Qualiter Assyrios renovant incendia nidos,
 Una decem quoties sæcula vixit avis.

DESCRIBIT *verò formam illius Claudianus versibus ipso Phœnice nil deterioribus*:

Arcanum radiant oculi jubar, igneus ora
Cingit honos: rutilo cognatum vertice sidus
Attollit cristatus apex, tenebrásque serenâ
Luce secat: Tyrio pinguntur crura veneno.
Antevolant zephyros pennæ, quas cærulus ambit
Flore color, sparsóque super ditescit in auro.

4. PSITTACUS.

Ep. Viridis, lōquax, cānōrus, garrūlus, sōlers, Eōus, *&c.* Humanæ vocis imitator. Humanas artifex sequi voces. *Ovid. in morte Psittac.* Occidit illa loquax, humanæ vocis imago Psittacus, extremo munus ab orbe datum: Non fuit in terris vocum simulantior ales. Reddebat blæso tam bene verba sono. *Papin.* Psittace dux volucrum, domini facunda voluptas Humanæ solers imitator Psittace linguæ. *Id.* —— acriæ celeberrima gloria gentis Psittacus, ille plagæ viridis regnator Eoæ. Ille salutator regum, noménque locutus Cæsareum. NOTA *Psittaces, Corvos, Picas olim inter alia doctos solitos nominatim salutare* Cæsares. *Inter quos celebratur Corvus ille, quem sibi ex Actiaca victoria reverso* AVE CÆSAR VICTOR *acclamantem Imp. Augustus* 20. *millibus nummum emi jussit*, id est *nostrate calculo* 500. *Philippicis. Referendus huc Persius initio satyrarum*:

Quis expedivit Psittaco suum χαῖρε
Corvos quis olim concavum SALUTARE,

Picásque docuit nostra verba conari?
Magister artis, ingenîque largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.

III. AVES RAPACES.

1. ACCIPITER.

Ep. Fĕrus, sævus, infestus, răpax, *&c.* Acer pennis & curvis unguibus. Prædator: trepidas sectans per inane columbas. Infestus prædo columbis. Chaoniæ turbæ inimica volucris: prædæ intenta. *Ovid.* Terretur minimo pennæ stridore columba, Unguibus accipiter saucia facta tuis. ACCIPITER, *avis prædatoria, columbis maximè infesta: Græcis* ἱέραξ, *quasi avis sacra dicta, quòd augurantibus felicissimum omen offerret. Hinc lucem accipiet Virgilius lib. 11.*

Quam facilè Accipiter saxa SACER ALES ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam,
Comprensamque tenet, pedibúsque evîscerat uncis.

2. AQUILA.

Ep. Fulva, ădunca, nūbĭvăga, præpes, sublīmis, fĕrox, *&c.* Ales regia: ales Jovis: Jovis armiger: minister fulminis: volucris amica Jovi: divum gratissima re[illegible]. Jovis fida ministra, pennatâ satelles. Volucrum regina. Volucris Saturnia. Magni præpes adunca Jovis. *Virg.* Qualis ubi aut leporem, candenti corpore cycnum Sustulit, alta petens, pedibus Jovis armiger uncis. — pedibus prædator aduncis Deposuit nido leporem Jovis ales in alto. *Sil.* Armiger magni Jovis, explorans dubios Phœbæâ lampade natos. *Claud.* Consulit ardentes radios; & luce magistrâ Natorum vires ingeniúmque probat. AQUILAM *volucrum reginam, Regis Deorum armigeram finxerunt Poëtæ, ideo fortassis, quòd nunquam fulmine (quæ Iovis arma) lædi perhibetur. Volunt illam pullos suos ad solem explorare, quem si oculo irretorto sustinere nequeant, illico tanquam adulterinos ac degeneres abjicit. Ita inter alios Lucanus l. 9.*

Utque Jovis volucer calido cum protulit ovo
Implumes natos, Solis convertit in ortus,
Qui potuêre pati radios, & lumine recto
Sustinuêre diem, cœli servantur in usus;
Qui Phœbo cessere; jacent. ———

3. HALIÆETUS.

Ep. Răpax, ăvĭdus, ăcĕr, răpĭdus, velox, *&c.* Unguibus acer: magno stridore per auras prædam insequens. *Ovid* Fulvis Haliæetus alis. — sublimi è turre columbæ Conspexêre procul passis Haliæetor alis Irruere infestum; & præ-

 dam

dam captare volantem. *Virg.1. Georg.* Apparet liquido sublimis in aëre Nisus. Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.

Nisus. HALIÆETUS *avis est accipitrum genere, in quam si Poëtis credimus, transmutatus est Nisus, Megarensium rex, eodem tempore, quo filia ejus Scylla in Ceirim avem, quam Nisus implacabili odio persequitur Vide Ovid.8. Met. & Virg. in Ceiri:*

Quacumque illa levem fugiens secat aëra pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus: qua se fert Nisus ad auras,
Illa levem fugiens raptim secat aëra pennis.

4. MILVIUS.

Epith. Raptor, rapax, rapidus, avidus acer, velox, &c. *Vide* ACCIPITER *Ovid.2. Met* Ut volucris visis rapidissima Milvius extis, Dum timet, & densi circumstant sacra ministri, Flectitur in gyrum, nec longius audet abire, Spemque suam motis avidus circumvolat alis. *Id.* Vivit edax vultur, ducitque per aëra Milvius, *&c.*

5. VULTUR.

Ep. edax, vorax, cupidus, avidus, obscœnus, dirus, sævus, *&c.* Sævus prædo: Unguibus & diro discerpens viscera rostro. Corpora exanima, fœda cadavera rostro tundens, ungue dilacerans. *Catull* Effossos oculos voret atro gutture corvus,

Vulturius. Lingua exsecta avido sit data vulturio. *Ovid in Ibin* Unguibus & rostro tardus trahet illa vultur, & scindent avidi perfida corda canes. *Id.1. Tr.* Aut ut edax vultur corpus circumspicit ecquod Sub nulla positum cernere possit humo. *Virg* ——rostróque immanis Vultur obunco. Immortale jecur tundens, fœcundáque pœnis Viscera, rimatúrque epulas, habitátq; sub alto Pectore, &c *Agit autem de Titii gigantis supplicio, cujus apud inferos jecur assiduè ab immani vulture tundi ac lancinari fingunt poëtæ: qui & eidem pœnæ addicunt in Caucaso monte Prometheum, ob raptum è cælo ignem.* *Vnde vultur* Caucaseus *ac* Prometheus *Virg. Ecl.*

Caucaseásque canit volucres, furtúmque Promethei.

IV. AVES NOCTURNÆ.

1. BUBO.

Epith. Profanus, mœstus, funereus, feralis, infaustus, sinister, obscœnus, dirus, fœdus, raucus, ignavus, *&c.* Ales lucifera: fati prænuntia, venturi nuntia luctus: triste canens. *Ov* Nocte sedens, tristia mille locis Stygius dedit omnia bubo. Sedit in adverso nocturnus culmine bubo. Funereóque graves edidit ore sonos. *Pap.* Feralia bubo damna canens. O

Fœd

Fœdaque fit volucris venturi nuntia luctûs, Ignavus bubo dirum mortalibus omen. *Id.6.Met.de infaustis Terei nuptiis*: —tectóque profanus Incubuit bubo, thalamíque in culmine sedit. Bubo, *avis omnium infaustissima atque exsecranda. Quam propterea Ovid.* profanam *dixit: quòd, ut ego interpretor, occursu suo res agendas interturbaret, & quasi incestaret, ut sacra* profani, *nam hos eam ob causam sacrificaturi* arcere, *atque, ut quàm longissimè abessent, jubere solebant. Vnde vulgatum illud*:

——— procul hinc, procul este profani.

2. NOCTUA.

Epith. Mœsta, tristis, fera, sōla, lūcĭfŭga, imprŏba, *&c.* Noctis avis: triste querens, tenebris gaudens Seros exercens Noctua cantus Improba cum carmen Noctua triste canit. Palladis ales.—comes inculpata Minervæ. Avis Attica. Noctuam *palladi sacravit antiquitas, studiorum (quibus Nox amica est) præsidi. In cujus gratiam Athenienses* Noctuam *pro insigni gestarunt, & nummis suis impresserunt. Vnde natum proverbium:* Noctuam Athenas.

3. VESPERTILIO.

Epith. Fœdus, obscœnus, lūcĭfŭgus, fērus, imprŏbus, *&c.* Noctis amicus, Lucem fugiens. Ignes ac lumina vitans. Fumida tecta colens. Sorores Mineides: Mineïa proles Sero ducens à vespere nomen. *Mineus vir Thebanus, cujus tres filiæ, cùm Bacchi sacra spernerent, in Vespertiliones mutatæ finguntur. Ovid. 4. Met.*

——— non illas penna levavit:
Sustinuêre tamen se perlucentibus alis,
Conatæque loqui, minimam pro corpore vocem
Emittunt, peraguntque leves stridore querelas.
Tectáque, non sylvas, celebrant: lucémque perosæ
Nocte volant, seróque trahunt à Vespere nomen.

V. AVES,

Aquis assuetæ aut circa eas commorantes:

1. ARDEA.

Epith. Altĭvŏlans, prōcēra, tĕnuis, *&c.* Alta petens: se inter nubila condens. *Lucan.* — quodque ausa volare Ardea sublimis, pennæ confisa natanti. Ardea *dicta quasi* Ardua, *quòd in sublimi volet. Vnde Virg.*

——— notásque paludes
Deserit, atque altam supra volat Ardea nubem.

2. FULICÆ.

Epith. Mărīnæ, pălūstrēs, nīgræ, quĕrŭlæ, *&c.* Udæ per scopulos fulicæ, perque antra repostæ. Tristia flebilibus implebant saxa querelis. *Ovid.* — tellus habitabilis olim, Nunc celebres mergis, fulicisque palustribus undæ. *Virg. inter tempestatis prognostica:*

——— cúmque marinæ In sicco ludunt fulicæ.

3. HALCYONES.

Epith. Sōlæ, dēsertæ, mœstæ, quĕrŭlæ, *&c.* Ceycis aves. Dilectæ Thebydi. *Ovid.* Halcyones solæ, memores Ceycis amati, Nescio, quid visæ sunt mihi dulce queri. *Sen.* Licet Halcyones Ceyca suum, fluctu leniter plangente, sonent. *Pap.* Fluctivagam sic sæpe domum, madidosque penates Halcyone deserta gemit. — misera in scopulis solóque in littore questus Halcyone ingeminat , vocésque affundit inanes. Multa querens, exosa diem , noménque mariti Servat avis, Ceyca vocans, Ceyca requirens, Ah! miserum rapidas repetens Ceyca per undas. HALCYONE *Æoli filia, uxor Ceycis: qui cùm naufragio periisset illa doloris impatiēs, se in mare præcipitavit, & Deorum miseratione unà cum marito in avem sui nominis mutata est, quæ* Halcyon *Græcis, Latinis* Halcedo. *Vnde* Halcedonia *dictam septem dierum intervallum, quo Halcyones avis incubant, & mare tranquillum est. Plautus*: Halcedonia sunt circa forum, i.e *tranquillitas & silentium. Ov. l. 11. Met.*

Perque dies placidos hiberno tempore septem
Incubat Halcyone pendentibus æquore nidis,
TUM VIA TUTA MARIS : ventos custodit, & arcet
Æolus egressu, præstátque nepotibus æquor.

4. MERGUS.

Epith. ăgĭlis, cĕlĕr, mărīnus, turpis, *&c.* Incola mergus aquæ: gaudens aquis: ludens in undis: aquis caput immergēs. *Virg.* Cùm medio celeres revolant ex æquore mergi. MERGUS *sic dictus, quòd crebrò aquis se immergat. In quem transmutatus fertur Æacus Priami filius, de quo Ovid. 12. Met.*

——— utque novas humeris assumpserat alas,
Subvolat, atque iterum corpus super æquora mittit,
Fecit amor maciem: longa internodia crurum,
Longa manet cervix: caput est à corpore longè:
Æquor amat, noménque manet, quia MERGITUR illo.

5. OLOR.

Epith. Albus, nĭvĕus, candidus, candens, lacteus, nĭtĭdus blan-

blandus, flumineus, canorus, dulcis, dulcisonus, sonorus, *&c.* amyclæus, Therapnæus, Spartanus, Mæonius: Mæandrius, *&c.* Ales Caystrius, Mæandrius, Mæandri incola. Candenti corpore cygnus. Niveis argenteus alis. qui Eridani stagnis, ripâve caystri Innatat albus olor. *Papin.* Qui fati certus, sibi voce canorâ Inferias præmittit olor. —— deflere Caystrius ales Dicitur ore suam deficiente necem. *Mart.* Dulcia defectâ modulatur carmina linguâ Cantator cygnus funeris ipse sui. At cygnus liquidis per prata recentia rivis Rimatur rostro latices, & amœna canoros Emittit per colla modos, aut remige penna Alternátque choros, & cantu nubila plaudit. *Virg.* Ut quondam nivei liquida inter nubila cygni Cum sese è pastu referunt, & longa canoros Dant per colla modos. NOTA *Cygnum interdum à Poëtis dici* Amyclæum, Spartanum, Therapnæum, *cum respectu ad Ladam, mulierem Spartanam, & fabulam de Iove in olorem verso.* Paphius *vero dicitur ob Venerem.* Quæ *(ut Horat. ait)* Cnidon tenet & Paphon junctis visit oloribus. *Nam ejus currum à cygnis trahi fingunt Poëtæ ob eximium, credo, candorem, qui feminas commendat. Pap. de Venere* 1. *Sylu.* ———thalamique egressa superbum

Limen, Amyclæos ad fræna citavit olores.
Jungit Amor, lætámque vehens per nubila matrem
Gemmato temone sedet ———

Inter FLUVIOS *cycnorum frequenti celebres præcipui sunt* Cayster & Meander, *hic in Phrygia, ille in Lydia, quarum utraque aliter* Mæonia *dicitur. Hinc Ovid.* 2. *Met. de Phaetontis incendio:*

Et quæ Mæonias celebrabant carmine ripas
Flumineæ volucres, medio incaluêre Caystro.

Quidam his adjungunt fluviorum (sc. Italiæ) regem Eridanum, *qui & Padus: cum respectu ad fabulam de cygno Steneli filio, in Olorem (dum ad Eridani ripas Phaetontem deflet) transmutato. Claud.* Cygnus oloriferi venit ab amne Padi.

SENECA *in Agamemnone alios insuper duos addit* Istrum *&* Tanain, *Scythiæ fluvios:* Istrum cygnus Tanaimque colens.

Porrò CANTUM *horum quod attinet; nemo fortassis cygnos cantantes audivit, neque dum moriuntur. Et* Canorum *omne, quod illis datur, ajunt quidam ex complosione alarum resultare. Aliter tamen visum Platoni, Aristoteli, aliisque, ac potissimum Poëtis, qui nihil eorum negligunt; quæ Carmini venustatem conciliare aliquam possint. Ex quorum mente Ovid. in Ep.*

Sic UBI FATA VOCANT, udis abjectus in herbis
Ad vada Mæandri CONCINIT albus olor.

VI. AVES,

quæ stato tempore ad nos adveniunt.

1. CICONIA.

*Epith.*Candĭda,pĭa,prōcēra,crĕpĭtans,hospĭta,grăcĭlĭpĕs, *&c.*Avis exul h emis:brumam exosa: hiemem per mare fugiens:rostro crepitans:nuncia veris. *Virg.* — cùm vere rubenti Candida venit avis longis invisa colubris. *Nam(ut habet Iuven. sat* 4.) —— serpente ciconia pullos Nutrit, & inventâ per devia rura lacertâ.—— elingui venit alba ciconia rostro, Insignis pietate. *Fertur enim parentes senio fessos humeris deferre ac pascere Certissima Veris nuntia. Unde poeta antiquo, non sine Venere, dicitur;* Titulus tepidi temporis, *&* Grata peregrino hospita. *Elinguis habetur, quia vocem non edit: tantùm rostro crepitat, unde eidem poeta* Crotalistria *dicitur. Ovid.* ——expansis candida pennis
Ipsa sibi plaudit crepitante Ciconia rostro.

2. GRUES.

*Epith.*āĕrĭæ,prōfŭgæ,hybernæ,clāmōsæ, quĕrŭlæ, clangentes,*&c* Strymŏnĭæ Bistŏnĭæ,Thrēĭcĭæ,*&c.* Strymoniæ volucres. Palemedis aves. Cum sonitu aëra tranantes: volantes trans æquora. Pygmæis bella moventes. Quæ pygmæo sanguine gaudet avis Clangunt Naupliadæ volucres,& pervia pennis Nubila conscribunt. *Sen. Oed.* ——gelidi Strymonis fugiens minas, permutat hiemes ales, & cœlum secans Tepente Nilo pensat Arctoas nives. *Virg.* ——quales sub nubibus atris Strymoniæ dant signa grues,atq; æthera tranant Cum sonitu,fugiuntque Notos clamore secundo. GRUES *instante hieme* Strymonem, *Thraciæ fluvium (apud quem æstate frequentes versantur) deserentes, in oras calidiores transmigrant, mox iterum, unde advenerant, reditura. Unde gruem* advenam *appellat Mart. vadunt autem, veniuntque turmatim, atque inter volandum A litera ab iis delineatur, aut Y Græcum, quæ una est ex literis, quas* Palamedes, *avium observato volatu, invenisse creditur. Hinc Mart. l.*13.

Turbabis versus, nec LITTERA tota volabit,
Unam perdideris si Palemedis avem.

BELLUM *earum cum pygmæis & poëtæ commemorant. Interque alios Iuven. sat.* 13.

Ad subitas Thracum volucres, nubémque sonoram
Pygmæus parvis currit bellator in armis.
Mox impar hosti, raptúsque per aëra curvis
Unguibus à sæva fertur grue.

3. Hi-

5. HIRUNDO.

Ep. Garrŭla, argūta, lŏquax, quĕrŭla, văga, pĕrēgrina, &c. *Alos* Biſtŏnia, Pandiŏnia, Dauliăs, Attica, *&c.* Pandione nata. Conjux Byſtonii tyranni. Quæ ſocii damno ſanguinis ulta virum eſt. Rhodopeja conjux. Veris nuntia *vel* prænuntia. Daulias & Getici tandem ſecura mariti Ales adeſt, plauſúque larem cantúque ſalutat. *Virg.* Garrula cum tignis nidum ſuſpendit hirundo. *Ovid.* — ignotáque prodit hirundo, Et luteum celſa ſub trabe figit opus. *Sen.* Et quæ tectis Biſtonis ales reſidens ſummis, impia diri furta mariti garrula deflet. *Virg.* —me ropéſque, aliæque volucres, Et manibus Progne pectus ſignata cruentis. PROGNE *Pandionis Athenienſium regis filia, conjux Terei, qui in urbe Thracia Dauliâ regnabat,* Ityn *puerum ex ſororis Philomelæ inceſtis nuptiis ſuſceptum, viro comedendum appoſuit. Quod ſcelus dum ille ſtricto gladio ulciſci conatur,* Progne *in hirundinem,* Philomela *in luſciniam (Ovid. 6.) Deorum miſeratione commutatæ ſunt:*

——quarum petit altera SYLVAS
Altera TECTA ſubit: neque adhuc de pectore cædis
Exceſſere notæ, ſignatáque ſanguine pluma eſt.

VII. AVES VARIÆ

ſilvis aut ruri aſſuetæ.

1. ALAUDA.

Ep. Garrŭla, cănōra, argūta, blanda, dulcis, *&c* Alta petens. Linquens terras, ſidera voce ſequens. Dulces iterans querulas, Galeata caput. Tremulo fundens de gutture cantus. Præpetibus pennis volucres decircinat auras, — doctóque per aëra gyro Se levat in nubes, & carmine ſidera mulcet.

2. CORNIX.

Ep. Imprŏba, garrŭla, lŏquax, rauca, fuſca, annōſa, vivax, longæva, *&c.* Inviſa Minervæ: ſæclis vix moritura novem. *Ovid.* 7. *Met.* Ora capútque NOVEM Cornicis SÆCULA paſſæ, Flaviæ nuntia. *Horat.* Imbrium divina avis imminentum. *Id.* —aquæ niſi fallit augur, Annoſa cornix. *Virg.* Tum cornix plena pluviam vocat improba voce, Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena. *Qui verſus totus factus eſt ad exprimendum lentum cornicis paſſum, quem & ſignanter adnotavit Ovid.* 1 *Met. ubi Cornicem loquentem inducit:*

————nam cum per littora lentis
Paſſibus, ut ſoleo, ſumma ſpatiarer arenâ.

Prodigioſa eſt ejus vivacitas: adeò ut Heſiodus ei novem noſtras ætates tribuat. Hinc Martialis de anu vivace.

Et cornicibus omnibus ſuperſtes.

3. CORVUS.

Epith Niger nigrans, vorax, vocalis, raucus, *&c.* Loquax, garrulus, salutator, *&c* Phœbejus, Apollineus, *&c.* Rauca voce increpitans. *Virg.* Tum liquidas corvi pleno ter gutture voces Et quater ingeminant. *Politian. secutus Plin.* ——— latiant corvi, vocemque resorbent. *Mart. proverbiali specie.* Inter Ledæos ridetur corvus olores. Phœbejus ales. Phœbo sacra volucris. Volucris nigranti Delphica pennâ. Albus erat quondam volucris Phœbeja, corvus: Nunc importunæ præmia vocis habet. CORVUM *Phœbo sacrum fecit Antiquitas ob varia, quæ tum voce, tum volatu, edit præsagia. Volunt verò Mythologi, cùm priùs albus esset, nigro colore mulctatum ab* Apolline *in opportunæ garrulitatis pœnam. Ovid. 2. Met.*

Nam fuit hæc quondam niveis argentea pennis
Ales, ut æquaret totas sine labe columbas.
LINGUA fuit damno. linguâ faciente loquaci,
Qui color albus erat, nunc est contrarius albo.

4. PALUMBES.

Ep. Raucæ, querulæ, teneræ, torquatæ, &c. *V.* COLUMBA. Et sua torquatæ recinunt dictata palumbes. *Virg.* Nec tamen interea raucæ tua cura palumbes, Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo. *Mart.* Gemit hic palumbus, inde cereus turtur. NOTA *Latinos, ut Columbum genere masculino, ita & Palumbum effero, qui Ovidio* maritus, *Propertio* masculus *dicitur. Sunt & apud Mart. l.* 13. Palumbi torquati, *id est variantis plumæ circulo, velut torqui, collum ornati.* Ita *Ovid. in Epist Eumenidem Alecto*, torquatam colubris *dixit: Manlius ille, à torque, quem Gallo detractum in virtutis militaris argumentum gestabat,* Torquati *nomen obtinuit. Usus est eâdem voce in columbis Propert. l.* 4.

Sed cape TORQUATÆ, Venus ô regina, COLUMBÆ
Ob meritum ante tuos guttura secta focos.

5. PASSER.

Epith. Argutus, mollis, salax, lascivus, &c. *Mart.* —arguto passere vernat ager. *Cat.* Qui circumsiliens modò huc, modò illuc, Ad solam dominam usque pipiebat, *vel (ut alii legunt)* pipilabat. PASSERCULI *ut nunc, ita & olim, puerorum ac puellarum innocens oblectamentum. Qualis ille Poetæ Veronensis fama ac Lesbiæ delicium:*

Quicum ludere, quem in sinu tenere,
Cui primùm digitum dare adpetenti,
Et acres solet incitare morsus.

6. PER-

6. PERDIX.

Epith. Garrŭla, fœcunda, picta, Dædăla, &c. *Ovid.* Non tamen hæc altè volucris sua corpora tollit: Propter humum volitat, ponítque in sepibus ova, Antiquique memor casus, sublimia vitat. *Bapt Mant.* Cum sobolis parvæ longo grege Dædala perdix, i. e. *ingeniosa. Nam* PERDIX *Dædali ex sorore nepos, egregius artifex atque circini ac serræ inventor, cùm à Dædalo per invidiam de tecto deturbaretur, Palladis miseratione in avem sui nominis mutatus fertur, ac multa antiqui ingenii retinere judicia. De astu ejus multa tibi aucupes narrabunt. Inter aves salutatrices ac linguam humanam imitantes locatur à Papinio in funere Psittaci:*

——— —plangat Phœbeius ales,
Quíque refert jungens iterata vocabula Perdix.

7. PICA.

Epith. Impr̆oba, garrŭla, lŏquax, rauca, sălūtātrix, făcunda, diserta, *&c* Humanas imitari docta loquelas. *Mart.* Pica loquax certa dominum te voce saluto: Si me non videas, esse negabis avem. *Accidit id Palladi apud Ovid. 5. Met.* ——— pennæ sonuêre per auras, Vóxque SALUTANTUM ramis veniebat ab altis: Suspicit, & linguæ quærit tam certa loquentes. Unde sonent, hominémque putat Jove nata locutum: Ales erat, numeróque novem sua fata querentes Institerant ramis imitantes omnia picæ. PIERIDES, *Pieri cujusdam filiæ, numero novem, cum Musis cantu contendere ausæ, ac victæ, in* Picas *mutatæ sunt. Ovidius ubi suprà.*

Aere pendebant, nemorum convicia, PICÆ.
Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit,
Raucáque garrulitas, studiúmque immane loquendi.

8. PHILOMELA.

Ep. Vŏcālis, suāvis, dulcĭsŏna, garrŭla, flēbĭlis, mœsta, tristis, mœrens, &c. *Ales* vel *Pellex.* Attica, Cēcrŏpia, Thrācia, Bistŏnia, Gĕtĭca, Ismăria, Dauliăs, *&c.* Dulce querens, dulces varians querelas. Pandione nata. Pandionia volucris. Cecropis *vel* Bistonis ales: Infandum flens Philomela nefas. Pellex in vita sororis. Artifici varias depromens gutture voces: edens dulce melos, gratum carmen. — quæ variis discrimina vocum Flexibus, humana dulcius arte, canit. *Ovid.* Flet Philomela nefas incesti Tereos, & quæ muta puella fuit, garrula fertur avis. *Virg.* Qualis populea mœrens Philomela sub umbra: Flet noctem, ramóque sedens miserabile carmen Integrat, & mœstis latè loca questibus implet. *Properț.*

pert. Obstrepit umbrosis Daulias in foliis. *Auctor carminis de siren.* Quodque leves calami, quod suavis cantat aëdon. *Sen.* Et quæ verno nobile carmen Ramo cantat tristis aëdon. *Quidam tamen hic pro* tristis aëdon *legunt* — querula Edonis. *Quod non damno. Eritque* Edonis *idem, quod mulier Thracia. Nam Thraces aliter* Edoni *ab Edono monte. Dicitur autem Philomela Poëtis* Thracia, Ismaria, Daulias *propter* Tereum *Thraciæ regem, à quo vitiata: cùm aliàs Athenis, Cecropis urbe, nata sit. Unde & Cecropis & Attica, ac Martiali* Atthis *dicitur lib.1.*

Sicubi multisonâ fervet sacer Atthide lucus,
Improba Cecropias offendit pica querelas.

Porrò avis, in quam versa fingitur PHILOMELA, *Latinis* Luscinia *dicitur, quasi sub lucem canens; Græcis verò* aëdon, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ᾄδειν, i.e. *à perpetuo cantu, quo* Ityn *filium à* Progne *sorore interfectum, & incesto Tereo inter mensæ fercula appositum, inconsolabiliter deflere creditur. Ovid.*

Talis in umbrosis mitis nunc denique sylvis
Deflet Threicium Daulias ales Ityn.

OBSERVA *hunc Ityn Homero, & inter Latinos Catullo etiam* Itylum *dici. Quamquam alius sit eo nomine Zethi ex Aëdone filius, quem & sua mater deflet in carduelem versa. Cat.*

Qualis sub densis ramorum concinit umbris
Daulias, amissi fata gemens Ityli.

9. TURDUS.

Ep. ĕdax, ăvĭdus, văgus, crasius, ŏbēsus, pinguis, *&c.* Pastus olivâ, opimus. *Mart.* Subdola tenduntur crassis modo retia turdis. *Horat.* ——— —obeso nil melius turdo. *Mart. de mensarum delitiis.* Inter aves turdus, si quis me júdice certet, Inter quadrupedes gloria prima lepus. *Unde apparet Turdum gulosis Romanis inter avium primas fuisse. Estque apud Martialem* Turdorum corona *i.e. Turdi per marginem patinæ, instar coronæ dispositi, vel è spira viminea appensi, dum poscat coquus:*

Texta rosis fortasse tibi, vel divite nardo,
At mihi de TURDIS texta CORONA placet.

Videtur autem & Turdus *sive* turdorum corona *olim locum habuisse inter munera, quæ apud Romanos Saturnalibus viris; Kal. verò Martiis feminis; per clientes aut amicos mitti solebant. Ovidius:*

Quin etiam TURDOVE licet, missáque CORONA
Te memorem dominæ testificère tuæ.

10. TURTUR.

Ep. Castus, pŭdīcus, raucus, gĕmens, gĕmĕbundus, *&c.*

Compa-

Compare gaudens Querulo gutture mœstum fundẽs murmur, Amissâ coniuge tristis. *Virg* Nec gemere aëriâ cessabit turtur ab ulmo. *Ovid. de avib.* Et variis albæ junguntur sæpe columbæ, Et niger à viridi turtur amatur ave. *Vbi* NOTA *& inter aves amicitiam esse, atque alias aliarum societate gaudere. Nam teste Plinio lib. 10. amici sunt Pavones & Columbæ, Turtures & psittaci. qui videntur olim etiam eidem caveæ inclusi dulciter inter se ac sine rixa avum transegisse. Innuit id Ovid. in morte psittaci, reliquas aves ad funus ad complorationem invitans*:

Omnes quæ liquido vibratis in aëre pennas
 Tu tamen ante alias, TURTUR AMICE, dole,
Plena fuit vobis omni concordia vitâ,
 Et stetit ad finem longa tenaxque fides.

II. UPUPA.

A voce, quam format, πȣ̃ πȣ̃, *Græcis* Epops. *Quam describit Ovid. l. 6. de Tereo loquens*:

Vertitur in volucrem, cui stant in vertice cristæ,
Prominet immodicum pro longa cuspide rostrum:
Nomen EPOPS volucri, facies armata videtur.

AVIBUS INSIDIARI,

sive.

AUCUPIUM.

AUCEPS. *Ep.* Callĭdus, versūtus, subdŏlus, fallax, insidiōsus, blandus, *&c.* Aves reti *vel* lino, laqueis *vel* pedicis, calamo *vel* virga capere, captare, fallere, decipere, *&c.* Aves visco fallere: plagis nodosis decipere. *Ovid.* Utque suum laqueis, quos callidus abdidit auceps, Crus ubi commisit volucris, sensitque teneri; Plangitur, ac trepidans astringit vincula motu. *Mart.* Non solùm calamo, sed cantu fallitur ales. *Virg.* Et gruibus pedicas, & retia ponere cernis. Avibus insidias moliri: callidas fraudes struere. *Mart.* Nunc tendit avidis rete subdolum turdis. *Ovid* Retia cum pedicis, laqueosque artesque dolosas Tollite, nec volucres medicatâ fallite virga, *ubi* medicata *idem est, quod* tincta *vel* illita. *Nam calamis viscatis sive visco illitis aves fallere vetus est aucupii genus. Ceterùm verbo* Medico *in hac significatione præter Horatium etiam usus est Ovidius alio loco in virga soporifera Mercurii: & Argi fabula.*

Languida permulcens medicatâ lumina virgâ,

AURES.

Ep. Pătŭlæ, căvæ, prōnæ, cŭpĭdæ, ăvĭdæ, vigĭles, attentæ, arrectæ, *&c.* Penetratque cavas vox omnis ad aures. Nec reti-

retinent patulæ commissa fideliter aures. *Hor. l. 2. Od.* 13. —— pugnas & exactos tyrannos Densum humeris bibit aure vulgus. *Prop l.* 3. Incipe, suspensis auribus ista bibam. *Virg.* 4. *Æn.* ———vocémque his auribus hausi. *Fortassis allusum ad Aurium etymon, quas* ab hauriendo *dictas multi autumant: quamquam Varro ab* Aveo *deducit. Dicuntur & Aures* fideles, i.e. *memores; &* tutæ, i.e. *fidæ*: *quibus opponuntur* rimosæ, *apud Horat. l. 2. sat. 2. quæ scilicet commissa non servant, non magis quàm vasa rimarum plena: quibus seipsum comparat Parmeno servus apud Terentium in Eun.*

Quæ vera audivi; taceo & CONTINEO optimè.
Sui falsum aut vanum; continuò palam est:
PLENUS rimarum sum, hac atque illac perfluo.

Auribus percipere.

Audire. Sentire. Vocem *vel* sonitum haurire, accipere, percipere, sentire. *Virg.* Strepitúmque exterritus hausi. ——— fractas ad litora voces Sensit, & ad sonitum vocis vestigia flexit. *Id.* Accipiens sonitum saxi de vertice pastor. —— subito cum creber ad aures Visus adesse pedum sonitus, *&c.* Vox *vel* strepitus aures perculit, impulit, contigit: aures occupat: auribus instrepit: fertur ad aures: penetrat ad aures: it per aures. Gravior nuntius aures vulnerat, verberat *Sen.* Quis fremitus aures flebilis pepulit meas? *Virg.* Audiam, & hæc manes veniat mihi fama sub imos. ——— si vestras fortè per aures Trojæ nomen iit. *Ovid.* Fama novi fontis nostras pervenit ad aures.

Aures dictis advertere.

Attendere. Auscultare. Monitis, dictis precibus mentem, animum, corda, aures advertere, accommodare, adhibere, præbere, applicare. *Ovid.* Præbuerat dictis Tritonia talibus aures. Nec nostris præbere vacat tibi cantibus aures. His animum arrecti dictis. Corda parumper huc advertere libens. *Virg.* ——— paucis, animos adhibere, docebo. Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta. Quæ dicam, animis advertite vestris. Paucis (adverte) docebo. Tu te dictis præbere memento. Accipe dicta memor. *Id.* Conticuere omnes, intentíque ora tenebant. ——— pendet narrantis ab ore. *Prop.* Incipe; suspensis auribus ista bibam.

Auribus sonitum captare.

Sen. Missúmque captat aure subrectâ sonum. *Virg.* ——— ———arrectísque auribus adsto. *Metaphora à bestiis desumpta, quibus aures mobiles.* (*Ter*) Surrige aures Pamphile. *Ovid.*

Ovid. Auribus interdum voces captamus, & omnem Adventûs strepitum credimus esse tui. Auribus sonum aucupari. *Ovid.* Aucupor infelix incertæ murmura famæ. *Quòd lepidè dixit Plautus*: Facere aucupium auribus. *Nec minori eùm venere alibi*: Speculabor, ne quis venator adsit cum auritis plagis. *Quod planiùs, & ad genium carminis, quod tractabat accommodatè, Ovidius extulit*:

Neve aliquis verbis odiosas afferat aures.

AUXILIUM.

Epith. Præsens, salutiferum, dulce, molle, cœleste, benignum, *&c.* Sæpe premente Deo, fert Deus alter opem. Lapso, quam potes, affer opem. Fer cœlo auxilium, & fessis da surgere rebus. *Ovid.* Nec tibi subsidio in præsens Numen. *Id.* 9. *Met.* —Deá sum auxiliaris, opémque exorata fero. *Id.* Auxiliúmque domûs, servatorémque fatentur. *Ovid.* Quò ferar? unde petam lapsis solatia rebus: *Vide* SOLATIUM. *Opi. Subsidium.*

AUXILIUM *sive* OPEM IMPLORARE.

Opem poscere, rogare, petere, Auxilio vocare. —— placuit cœleste precari Numen, & auxilium per sacras quærere sortes. *Virg.* Ergo fer auxilium, & propiùs res aspice nostras. Quisquis es, ô faveas, nostrísque laboribus adsis. Adsis ô, placidúsque juves. Tu Dea, tu præsens nostro succurre labori: fessis da surgere rebus: lapsis fer opem mitissima rebus. *Ovid.* Et quà quisque potest, oro, mala nostra levate, Fidam projecto néve negate manum. *Claud.* In te jam spes una mihi, succurre ruenti: —— armorum liceat splendore tuorum In commune frui; clypeus nos protegat unus. *Venus apud Virg.* 1. *Æn.* Nate, meæ vires, mea magna potentia, solus: Ad te confugio, & supplex tua numina posco. *Spectant huc variorum Deorum, prout huic vel illi rei præsunt*, INVOCATIONES: *quibus rogari solent, ut* cœptis *vel* incœptis *nostris* adsint, faveant, annuant, aspirent, cœpta secundent, &c. *Ovidius initio Fastorum Germanicum Drusi filium invocans*: *Invocare.*

ANNUE conanti per laudes ire tuorum,
  Déque meo pavidos excute corde metus.
Da mihi te facilem, dederis in carmina vires.
  Ingenium vultu státque cadítque tuo.

Allegoriæ.

Ex Ovidii Elegiacis huic rei servientes, re potissimùm desperatâ.

Brachia da lasso jam jam prendenda natanti, Nec pigeat

 mento

mento suppofuisse manum. Ad medicum specto venis fugientibus, æger: Ultima pars animæ dum mihi restat, ades. Excipe naufragium non duro littore nostrum. Effice, constanti profugum pietate tuendo, Ne sperata meam deserat aura ratem. Da precor accessum lacrymis mitissime nostris, Nec rigidam timidis vocibus obde forem. Utque facis, remis ad opem luctare ferendam; Dum veniat placido mollior aura Deo.

AUXILIARI.

Adesse, Succurrere. Iuvare, Adjuvare. Subvenire.

Auxilio venire, subire. Esse subsidio. Curas, laborem cum alio partiri, decurrere. *Virg* Inceptúmque unà decurre laborem. Ego hoc te fasce levabo. Addere se socium. Animos viresque secundas sufficere. Auxilióque levare viros, vímque addere victis: Ferre, adferre opem. Auxiliatricem dare, porrigere, tendere, ferre manum, dextram.—— nostro succurre labori. Quisquis es, ô faveas, nostrísque laboribus adsis. Consulere in medium, & rebus succurrere lapsis. Patriæ fulcire ruinas, &c. *Virg. 12. Æneid.* Nulla viam Fortuna regit, non auctor Apollo Subvenit.

Auxiliari in bello.

Addere se socium. Adero, & socia arma juvabo. *Virg.* Auxilio tutos dimittam, opibúsque juvabo, i.e. *militibus.* Jungere vires, Sequi socia arma. *Papin de belli Duce.* Huic bella favent huic commodat iras cuncta cohors: huic & patriâ de sede volentes advenêre viri. Mittere opes, dare turmas. *Id.* Huic quoque præstantes vicinis urbibus adfert Belli fama viros. Bæoti coiêre duces: tunc Mænala linquit Arcas, centenis venit in arma Creta vetus populis, &c. *Ovid.* Auget uterque suas externo robore vires: Et multi Rutulos, multi Trojana tuentur Castra. *Pap.*—— qualis ille manus, quæ moverit arma Gradivus, quantas populis spoliaverit urbes. *Hic enumerari solent à Poëtis urbes aut populi, qui auxilia submiserunt cum variis descriptionibus à fabulosa illorum antiquitate vel genere armorum petitis, ut videre est apud Pap. 4. Theb, Lucan 3. Pharf. Virg. l. 7. Æn.*

Pandite nunc Helicona deæ, cantúsque movete,
Qui bello exciti Reges, quæ quémque secutæ
Complêrint campos acies, &c.

Auxiliari in adversis.

Dare dextram, porrigere manum, ferre opem. Omnem, quo levius doleas, experiemur opem. Portus aperite fideles, fulmine percussæ confugiumque rati. Miseris succurrere,

currère, rebús succurrere lapsis. Solere inopem, & succurrere relictæ, Afflictum amicum non aversari, non deserere; constanti fide tueri, tutari, fovere. *Ovid.* Cúmque perhorrerer casus pars maxima nostros, Naufragiumque meum tumulo (*i. e. aggere*) spectaret ab alto, Seminecem Stygia revocasti solus ab unda. *Idem l. 2. de Pont.* Respicis absentem lapsis in rebus amicum, Fomentísque juvas vulnera nostra tuis. NOTA *aspicere & respicere sæpe idem esse, quod miserari, curam habere,* &c. *præcipuè in re divina. Plaut. Bacchid.* Tace modò, Deus respiciet nos aliquis. *Cicer. ad Attic. l. 1.* Nisi quis nos respexit Deus. *Et apud Virg. l. 1. Socii Æneæ Didoni supplicantes:*

Parce pio generi, & propiùs res ASPICE nostras.

COMPARATIONES.

1. AUXILIUM *ferens ruenti Patriæ, comparari potest cum Sole post Phaëtontis lapsum orbi, reductis equis, subveniente:*

——— qui postquam rursus heriles
Agnovêre sonos, rediit meliore magistro
Machina, concentúsque poli, &c.

2. *Cum fausto sidere, Castoris puta & Pollucis, in tempestate allucenti. Claud. l. 1. Ruffin.*

Te nobis, trepidæ ceu sidus dulce carinæ
Ostendêre Dei, geminis, quæ lapsa procellis
Tunditur, & victo trahitur jam cæca magistro.

Auxilium ferens afflicto, comparari potest cum eodem sidere aut cum fonte, quem quis siti pene enectus in via reperit:

Dulce viatori lasso in sudore levamen,
Cùm gravis exustos æstus hiulcat agros.

B.

BAPTISMUS.

Epith. Sacer, salubris, salutifer, lustralis. Sacra Baptismatis unda. Fons sacer. Sacrum lavacrum. Unda salutiferi fluminis: sacræ aspergo lymphæ. Sacratus gurges, ros salutifer: Unde animis scelus eluitur, veterumque parentum Criminе contractæ excedunt contagia labis. Veteris mundans vestigia culpæ.

Baptizare, Baptizatus.

Mergere, immergere, tingere, lavare, abluere sacrâ Baptismatis undâ, fronte, lavacro, purgantibus lymphis, sacro flumine. Cuncti accipiunt undamque auram que salubrem. Hinc pastore Deo puris gens mergitur undis, Ne macula ta

diu vellera gestet ovis. Omnésque jubet de fonte renasci. Salutiferi baptismatis amne novatur. Sacro de fonte renatus: sacro lustratus fonte.

BALTHEUS.

Cingulum. *Ep.* Sūtilis, aurātus, stellātus, pictus. Lato Baltheus auro. Aurato religans illa baltheo. Amazoniam pharetram, lato quam circumplectitur auro Baltheus. Pretiosáque cingula gemmis. Auro lucebant cingula mundo Nobilibus gemmis & cocto lucidus auro Baltheus effulgens, lumbos subnectit heriles. *Sidon. Apoll carm.* 2. ——— bullis hostilibus asper Subligat à læva fulgentem Baltheus ensem. BALTHEUS, *cingulum militare, adhibitus primò, ut corpus cingeret; deinde ut ex eo gladius dependeret.* Bullæ *verò sunt claviculi aurei instar stellarum, quibus Baltheus exornabatur: quas* hostiles *suprà dixit Sidonius, indicans Baltheum illum hosti detractum, atque ostentandæ virtuti indutum. Talis ille apud Virg. l.* 12. *quem Turnus Pallanti detraxerat.*

——— humero cùm apparuit alto
BALTHEUS, & notis fulserunt cingula BULLIS
Pallantis pueri: victum quem vulnere Turnus
Straverat, atque humeris inimicum insignè gerebat.

BARBA.

Epith. Cōmans, prōlixa, mollis, impexa, rīgĭda, hispĭda, squallens. Genis inserpens: genas ornans, tegens, pingens. Argumenta viri Mollem malis demittere barbam. In pectus sordida barba cadit. Summo cadit hispida mento barba. *Virg. de Char.* —— cui plurima mento canities inculta jacet. Barba resecta mihi bisve semelvè fuit. *Pap.* 6. *Th.* —squallentiáque ora sparsus, & incultam ferali pulvere barbam. NOTA *morem olim in luctu usitatum, ut capilli & barba promittantur, pulvere aspergamur,* &c. *Lucan. l.* 2. *de Catone pessimum publicum lugente:*

Ut primum tolli feralia viderat arma;
Intonsos rigidam in frontem descendere canos
Passus erat, mœstámque genis increscere barbam.

BARBA INCIPIENS.

LANUGO: *Epith.* Mollis, nŏva, grăcĭlis, tĕnĕra, rīdens. Validæ argumenta juventæ irrepiere genis. *Ovid.* Barba erat incipiens, barbæ color aureus. *Idem* Et suberat flavæ jam nova barba comæ. *Id.* Per tua lanugo cùm serpere cœperit ora. Cum tibi venarent dubia lanugine malæ. Prima tectus lanugine malas. Lanugo *tenera quædam est lana mollities, qualis*

lis in pomis quibusdam cernitur; unde ad primam adolescentium barbam transfertur, Eclog. 2.

——— etenim sic flore juventæ
Induimus vultus; ut in arbore sæpe notavi
Cærula sub tenera lucere Cydonia lanâ.

Sil. Inde ubi flore novo pubescet firmior ætas. *Ovid.* Purpureo primæ signatus flore juventæ. *Mart.* Florentes libat hæc tibi prima genas, i. e. *lanuginem resecat.* *Flos.*

Papin Expecta dum major honos, dum firmior ætas, Dum roseis venit umbra genis. Umbratúsque genas. *Claud.* ——— Vetuit nasci lanuginis umbram. *Umbra.*

Molli pubescere veste. Vestit molli lanugine malas. *Virg.* Tum mihi prima genas vestibat flore juventa. VESTIS *nomen Lucretius ad lanuginem transtulit: quem deinde secuti alii. Hinc* investis puer, *Apulejo idem, qui imberbis. Ex eadem doctrina capiendus versus, Virg. l. 8 de Gallis flavicomis:* *Vestis.*

Aurea cæsaries ollis atque aurea VESTIS.

BELLUM.

Ep. Triste, fūnestum, horrĭdum, mortĭfĕrum, exĭtiāle, sævum, immāne, aspĕrum, fŭrĭbundum, pernĭciōsum, ātrox, armĭsŏnum, lēthĭfĕrum, anceps, dirum, terrĭbĭle, crūdēlĕ, scĕlĕrātum, cruentum, grāvĕ, rābĭdum, mĭsĕrābile, discors, impium, nĕfandum, *&c.*

Bellorum undæ, procellæ, turbo, fluctus, ferrea tempestas. *Claud.* Fremuit cùm Thracia belli tempestas. *Papin.* Optatas audire tubas, campíque cruentâ Tempestate frui.

Belli nubes. *Virg.* Si bellica nubes ingrueret. Bella tonant, totúmque quatit Discordia mundum. *Virg.* Nube sub ipsa armorum.

Belli rabies, furor, motus, tumultus. *Lucan* ——— bellorum Roma tumultu concutitur. *Virg.* ——— bella, horrida bella, Et largo Tibrim spumantem sanguine cerno. *Sen.* Et bella ferro cincta. Bella cruore gaudentia. *Ovid. de sæculo ferreo.* Jamque nocens ferrum, ferróq; nocentius aurum Prodierat, prodit BELLUM, quod pugnat utroque, Sanguineâque manu crepitantia concutit arma.

Arma flenda colonis: Cereri inimica: matribus invisa, detestanda, abominanda. *Virg.* ——— non te furialibus armis Prosequor. *Lucan.* ——— quid in arma furentem Impulerit populum, quid pacem excusserit orbi. *Sen.* ——— arma non servant modum. *Arma.*

Mars dubius, cæcus, incertus. Dirum Martis opus. Munus gradivi. Sanguinei juvenilia munera Martis. *Cæsar apud Lucan.* Bellorum ô socii, qui mille pericula Martis me- *Mars.*

 cum,

cum, ait, experti. *Si* — discede periclis Incerti Martis. Infesto nos Marte petet. *Virg.* Finitimas in bella feram rumoribus urbes, Accendámque animos insano Martis amore, ——— sævit toto Mars impius orbe. *Silius de Hispanis bellicosis.* Nec vitam sine Marte pati: quippe omnis in armis Lucis causa sita, & damnatum vivere pati. *Ita* BELLONA *sive* ENYO, *belli incentrix, pro ipso bello Poëtis usurpatur, Mart.* —— ——— navalis Enyo, i. e. *Bellum navale. Claud.*

Scilicet in dubio vindex Bellona pependit.

BELLI INCOMMODA.

Quippe ubi fas versum atque nefas; tot bella per orbem, Tam multæ scelerum facies ——— squallent abductis arva colonis, Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem, *Ovid* Sarcula cessabunt, versique in pila ligones: Factáque de rastri pondere cassis erit *Sen.* — Armis vertis infestis solum, Segetesque adustas sternis, & totos fugam Edis per agros. Quæ corripi igne, quæ meti gladio jubes? *Ovid.* Hostis equo pollens, vicinam latè depopulatur humum: Diffugiunt alii, nullísque tuentibus agros, incustoditæ diripiuntur opes. Pars agitur vinctis post tergum capta lacertis, Respiciens frustra rura laremque suum: Pars cadit hamatis miserè confixa sagittis. Quæ nequeunt secum ferre, aut abducere, perdunt. Et cremat insontes hostica flamma casas. *Tib.* Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses? Quàm ferus & vere ferreus ille fuit. Tunc cædes hominum generi, tum prælia nata, Tunc brevior diræ mortis aperta via est. Arma, cruor, cædes, incendia, totáque bella ante oculos volitant.

BELLI COMITATUS.

——— sedes Erebri quâ rupta dehiscit,
Emergit latè Ditis chorus: horrida ERYNNIS,
Et BELLONA minax, facibúsque armata MEGÆRA:
LETÚMQUE, INSIDIÆQUE, & lurida MORTIS imago:
Quas inter FUROR abruptis ceu liber habenis,
Sanguineum latè tollit caput, oráque mille
Vulneribus confossa cruentâ casside velat.

Bellum gerere.

Bellum inferre, ciere, movere, ducere. Bello certare, Marte contendere. *Virg.* Sive Getis inferre manu lacrymabile bellum Hircanísve, Arabísve parant. Movere arma, lacessere bello. *Id l.11.* —— quæ vos fortuna quietos Sollicitat, suadetque ignota lacessere bella? *Ovid,* ——— no

nos odium, regníque cupido Impulit ad bellum, pro conjuge movimus arma. *Lucan.* Bellantem geminis vidit te Gallia lustris. *Virg.* Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latina —— una cum gente tot annos Bella gero? *Sen.* Æterna bella, pace sublatâ, geret. *Virg* Heu! quantum inter se bellum, quantas acies stragémque ciebunt! Bello petere, vastare, perdere, &c. *Virg.* —— Cæsar dum magnus ad altum Fulminat Euphratem bello. In arma ruere, consurgere, &c. *Virg.* —— quæ causa fuit consurgere in arma Europámque, Asiamque? *Id* Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum. Vicinæ ruptis inter se legibus urbes Arma ferunt? sævit toto Mars impius orbe. *Id.* Turnus in arma viros armis circumdatus ipse Suscitat, æratásque acies in prælia cogit. *Ovid.* 14. *Met.* —— Bellum cum gente feroci Suscipitur, pactáque furit pro conjuge Turnus: Concurrit Latio Tyrrhenia tota, diúque Ardua sollicitis victoria quæritur armis *Vide infrà* PUGNA *sive* PRÆLIUM. *Simúlque*

NOTA *inter bellum & prælium hoc esse discrimen; ut illud sit integrum veluti corpus, prælia ejus veluti membra & partes. E C. Unum bellum Trojanum fuit durante toto decennio, sed multa ejus prælia. Eodem sensu antiquus auctor dixit* Populum Rom. multis sæpe prælis superatum; bello verò nunquam.

BELLI APPARATUS.

Jubet arma parari, tutari Italiam, detrudere finibus hostem. Certatim sese exhortantur in arma. Pars pedes ire parat campis; pars arduus altis pulverulentus equis furit, omnes arma requirunt. Pars læves clypeos, & spicula lucida tergent Arvinâ pingui, subigúntq; in cote secures: Signáque ferre juvat, sonitúsque audire tubarum. Classica jamque sonant: it bello tessera signum Hic galeam tectis trepidus rapit; ille frementes Ad juga cogit equos, clypeumq; auróque trilicem Loricam induitur, fidoque accingitur ense. *Vide plura apud Virg. l. 7. Æn. & Sil l 4.*

Itur in acres bellorum curas; subitúsque per omnem Ausoniam Mavors strepit, & ciet arma, viróſque. Pila novant, ac detersâ rubigine sævus Induitur ferro splendor. Arma animis, arma ore fremunt: ferus omni pectore sævit Martis amor. *Virg.* Impulit ipsa manu portas, & cardine verso, Belli ferratos rupit Saturnia postes. NOTA *Romæ templum fuisse* Jani *à Numa Pomp ædificatum, quod duas* portas *habuit, quæ pacis tempore claudebantur; bello verò indicto, ab altero Consulum aperiebantur. Quod officium Virgilius suprà Iunoni tribuit bellum volenti. Idem latè totum hunc morem recenset l. 7.*

Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt)
Religione sacræ ———
Has ubi certa sedet Patribus sententia pugnæ,
Ipse Quirinali trabeâ, cinctúque Gabino
Insignis reserat stridentia limina Consul.
Ipse vocat pugnas, *&c.*

Bello finem imponere.

Desistere bello. Secedere armis. Ponere arma. *Silu.* Arma reponenda, & bellum exitiale cavendum. *Virg* ——— nec curant cæco contendere Marte Ampliùs audaces Rutili. *Sen. Theb.* Proinde bellum tollite, aut belli moram: Tu pone ferrum, causa qui es ferri prior. *Turnus apud Virg.* ——— —Teucrum arma quiescant Et Rutulûm, nostro dirimatur sanguine bellum. ——— —extremam Saturnia bello imponit regina manum. *Ov.* 13. *Met.* Imposita est fero tandem manus ultima bello Troja simul Priamúsque cadunt. *Vide* PAX *&* DEBELLARE. *Nam finitur bellum aut alterâ parte fractâ, aut pacis transactione, ad quam firmandam sæpe* obsides *dati: Vnde Scylla apud Ovid. de Minoë:*

Me tamen acceptâ poterat deponere bellum
OBSIDE; me comitem, me PACIS PIGNUS haberet.

BELLORUM PRÆSIDES DII, *quorum opera pugna & dissidia inter mortales excitantur ac foventur:*

1. MARS.

Epith. Bellĭcus, indŏmĭtus, fĕrox, dūrus, cruentus, sanguĭneus, armĭpŏtens, armĭsŏnus, armĭgĕr, impăvĭdus, ātrox, trŭcŭlentus, fŭrens, sĕrus, torvus, rĭgĭdus, viŏlentus, *&c.* Thrācius, Gĕtĭcus, Bistŏnius, ŏdrysius, &c. *Vide* BELLUM. Deus armiger, belliger, bellipotens, bellator, Armorum pater, bellis & sanguine gaudens; Sanguine qui fœdas gaudet habere manus. Cuncta suo qui bella ferus sub numine torquet. *Ovid.* 3. *Fast.* Mars Latio venerandus erat, quia præsidet armis. *Ib.* Bellice, depositis clypeo paulisper & hastâ Mars ades, &c. *Pap* Bellatórq; animo Deus incidit. ——— Bellipotens præ se Deus agmina passim Mille rapit; liquêre domos dilectáq; læti Connubia, & primo plorantes limine natos. Sævit medio in certamine Mavors. Armisonis Mavors nova gĕntibus arma suadet. Stat medius campis Armipotens, jamque hos clypeum, jam vertit in illos. Gradivus belliger. *Iupiter apud Papin.* Gradivum acciri propere jubet, ille furentes Bistonas & Geticas populatus cædibus urbes, Turbidus ætherias

Mars, Vers, Gradivus.

rias currus urgebat ad arces. *Fingitur Mars à Poëtis apud Thraces Getásque, populos feroces & bellicosos, continuò inter arma versari: quia ab illis præ reliquis cultus est. Vnde Ovid.*
Inter Sauromatas, Marticolásque Getas, *Virg.l.7.*

———Nymphas venerabar agrestes
Gradivumque patrem, Geticis qui præsidet arvis.

2. PALLAS.

Epit Armísona, bellãtrix, fẽrox, anguítẽnens, armãta, bellĭca, *&c.* Diva ferox Bellipotens virago, *Pap.* Regina bellorum virago.—cui torva genis horrore decoro Cassis, & asperso crudescit sanguine Gorgon. Armipotens belli præses Tritonia virgo *Sen.* Belligera Pallas, cujus in læva ciet Ægis feroces ore saxifico minas. PALLAS *bellis quoque præest, quòd illa non minùs consilio, quàm viribus gerantur.* ÆGIS *autem, de qua Seneca suprà, scutum est Palladis, quo armatus Perseus Medusæ angui gerum caput (quod quicumque aspexisset, in lapidem vertebatur) præcidit, quod caput deinde Pallas in scuto suo posuit. Medusa verò una fuit* Gorgonum; *unde Pallas interdum* Gorgonea. *Sil. Ital. l.* 10.

———tuque aspera pectus
Ægide, Gorgoneos virgo succincta furores.

3. BELLONA *sive* ENTO.

*Martis soror; quæ à Poëtis cum flagello inducitur: vel quia Martis armigera est, & flagello agit illius equos; iuxta illud Sil. lul.*4.

———frenisque operata regendis
Quadrijugos atro stimulat Bellona flagello:

vel quia flagello milites ad bellum acuit, quod indicat. Luc.l.7.

Sanguineum veluti quatiens Bellona flagellum,
Bistonas aut Mauros agitans———

4. ALECTA, MEGÆRA, TISIPHONE.

Furiæ infernales; quarum ministerio Dii mala mortalibus immittere credebantur, atque inter cætera bellum. Vide latè Virgil.l.7. ubi Iuno, ut pacem Æneæ cum Latino disturbet, Latiúmque universum bellis misceat;

Luctificam Alecto dirarum ab sede sororum
Infernísque ciet tenebris: cui tristia bella,
Iræque, insidiæque, & crimina noxia cordi.

BELLICA SIGNA.

NOTA Signa *dici in bello, quibus militi significatur, stare an progredi debeat; persequi hostem, an se recipere. Prioris generis sunt* signa muta, *ut Aquila, vexilla, dracones,* &c. *Qui-*

bus terrâ defixis aut motis, Miles pedem figebat aut movebat. Posterioris generis sunt signa vocalia,*ut: tubæ,cornua*, &c. *His additur Tessera quæ & ipsa* signum *dicitur.* (*Virg*)

——— it bello TESSERA signum.

I. SIGNA BELLICA MUTA.

Signa. Bellica, Martia, picta, *&c.* Signa tollere, ferre in hostem. Signa movere. Adversis concurrere signis. *Lucan. de bello civili Rom.* —— infestis obvia signis Signa, pares Aquilas, & pila minantia pilis NOTA *Hastile, cui signa imposita, habuisse in ima parte cuspidem: unde cùm subsistebat exercitus,* figi *dicebantur: cùm progrediendum erat,* evelli, tolli, moveri. *Sil.* ——— castra avulsa moveri Signa jubet ductor.

Vexilla. Vexilla undatim medias panduntur in auras. Crispa susurranti fluitant vexilla Notorum flamine Undatímque levi fluitantia carbasa vento. Ostentant Martis speciem. Panduntur vexilla, tubæ taratantara clangunt; Hinnit equus, stridunt axes.

Aquilæ. Terribiles aquilas, infestáque signa relinquas. Romanæ accedunt aquilæ, pugnámque minantur. *Sen.* Aquiláque pugnam signifer mota vocat. *Claud.* Pars longè jaculis, pars cominus horrida contis, pars volucres tollunt aquilas.

NOTA *Priscos Romanos pro signis in bello habuisse* manipulum fœni *hastæ impositum, de quo Ovid. in Fast. Postea assumpserunt in hunc finem imagines variorum animalium rapacium, ut* Lupi, Minotauri, Equi, &c. *quas uno nomine* signa *dixerunt: atque hæc peditum erant. Nam Equitum propriè* vexilla *fuerunt. Totius autem legionis signum erat* Aquila *ex argento, expansis alis hastæ insistens.*

Dracones. Stant bellatrices Aquilæ, sævíque dracones. Ferventésque tument post terga dracones. *Claud.* ——— spumis ignescere fræna, Pulveris extolli nimbos, latéque videres Surgere purpureis undantes anguibus hastas, Serpentúmque vago cælum sævire volatu. ——— spirítque remissis Mansuescunt varii vento cessante dracones. NOTA *post Trajani ævum Romanos pro signis habuisse dracones, qui è panno aliâve materia ita contexti erant, ut spirante vento inflati, aut fortiter per aërem moti, sibilum ederent. Claud. de 3. Hon. consulatu:*

——— multúsque tumet per nubila serpens
Iratus stimulante NOTO, vivítque receptis Flatibus.

SIGNA BELLICA VOCALIA.

Æs. TUBA. *Epith.* Cănōra, ācris, strīdens, trĕmens, clangens, clāra, terrĭbĭlis, horrĭda, sæva, rauca, Martia, *&c.* Æs cavum, æs canorum. Æs raucum. Æris rauci canor, sonit⁹. *Virg* Ære ciere

ciere viros, Martémque accendere cantu. —— cum bellicus ære canora Signa dedit tubicen. —— Dat signum specula Misenus ab alta Ære cavo. Jámq; horrida clangunt signa tubæ. Martius ille æris rauci canor increpat. Inde ubi clara dedit sonitum tuba. At tuba terribilem sonitum procul ære canoro Increpuit, *&c.* TUBÆ *inventionem Antiqui ad Etruscos sive* TYRRHENOS *referunt. Quò respicit Virgilii l. 8. Æn.*

—— —— ruere omnia visa repente.

Tyrrhenúsque tubæ mugire per æthera clangor.

Virg. Tum verò ad vocem celeres, quà buccina signum Dira dedit, raptis concurrunt undique telis. —— bello dat signum rauca cruentum Buccina. *Prop.* Et jam quarta canit venturam buccina lucem. *Ubi* NOTA *Noctem apud Romanos in 4 vigilias castrenses dividi, quæ* Buccinæ *propriè dicta sono distinguebantur, unde Lucan l. 2. de furtiva militum fuga:* *Buccina.*

—— —— ne littora clamor

Nauticus exagitet, neu BUCCINA dividat horas.

Horat. Jam nunc minaci murmure cornum Perstringis aures, jam litui strepunt. *Ovid.* Jam lituus pugnæ signa daturus erat. *Virg.* animos atque arma videre Bellantum, lituósque pati. *Lituus.*

Cornu.

Virg. Æreáque assensu conspirant cornua rauco. —— rauco strepuerunt cornua cantu. —— Cornúque recurvo intendit vocem. Raucisonos efflabant cornua bombos. *Ovid. 1. Met.* Non tuba directi, non æris Cornua flexi. OBSERVA Tubam, Buccinam, Lituum, Cornu *distincta quidem fuisse instrumenta, attamen ærea omnia, & accendendo militi à Romanis in bello adhibita: Unde ad hunc finem synonimycos in versu usurpari possunt. Dicitur verò & tuba* classicum, *quod eâ classes olim convocarentur. Virg 7. Æn.* Classica jámque sonant. —— —— *Sen.*

Jam silet murmur grave classicorum,

Jam tacet stridor Litui strepentis.

TYMPANUM. *Ep.* Căvum, raucum, rĕsŏnans, sŏnōrum, strĕpĕrum, horrĭdum, taurinum *&c.* Tergora tensa boum. Tauri terga. Forti tympana pulsa manu. Tympanū pulsare, ferire, percutere, impellere, Tympana pulsibus horrificis strepunt, resonant, reboant. *Auson* —— tentis reboant cava tympana tergis. Raucis obstrepuêre sonis, *&c.* CAVENDUM *verò poësios candidatis, ne in Romanorum pugnis describendis Tympana adhibeant, quæ ævo illo tantùm Barbarorum erant, in bello scilicet: nam in Cybeles & Bacchi effeminatis sacris vigebant, à quibus* mollia *&* marcida *dicta. Etymologiæ ratio Græca est* ἀπὸ τὸ τύπτειν, i. e. à feriēdo. *Leviora erat nostris*

tem-

unáque pelle contenta,ac manu *pulsabantur.Ovid.4.Met.* — pullátque tympana palmis.*Catull.in Aty.*

Quatiénsque terga tauri teneris cava digitis.

BELLICA TORMENTA *sive* MACHINÆ:

I. ARIES.

Ep. Ferreus, ăhēnus, dūrus,præceps,fortis,vălĭdus,*&c.* Vix muris toleranda lues. Saxa rotet præceps aries. *Virg.*— labat ariete crebro Janua,& emoti procumbunt cardine postes. Ariete dissiliunt muri, disjectáque saxis saxa labant; multúsque undanti pulvere fumus tollitur. Duróque resolvere muros ariete. Turrifragis aries extemplo cornibus alta Saxa quatit, muros pulsat,in planum effundit. *Lucan.* His aries actus disperget saxa lacertis. ARIES,*trabs fuit prægrandis pedum fere 80.quæ solidata in capite ferrea gravique massa,in arietini capitis formam(unde nomen) ac deinde militum lacertis sublata,aut ex aliis trabibus pendula,muris vi maximâ impellebatur.Propert.lib.4.*

Dúmque ARIES cornu murum pulsabat aheno;
Vineáque inductum longa tegebat opus.

2. VINEA.

Machina fuit longa, cujus latera ac desuper tectum vimine contexta,crudo deinde corio operiebantur, sub qua tecti munitique ad urbem accedebant,& murorum fundamenta subruebant. Tunc adoperta levi procedit vinea terrâ. Sub cujus pluteis (i.e.*tabulis*) & tectâ fronte latentes, Moliri núnc ima parant,& vertere ferro Mœnia.*Lucan.* & mediis subrepsit Vinea muris.

3. BALLISTA & CATAPULTA.

Machinæ,quibus tela trabalia vel grandiores sagittas, tum lapides & vegrandia saxa emittebant. Stridentes torquet catapulta molares. *Sen.* Nec torta clausas fregerat saxo gravi Ballista portas. *Ovid.* Quàm grave ballistæ mœnia pulsat onus.—— effundit vastos ballista molares, Atque eadem ingentis mutato pondere teli, Ferratam excutiens ornum media agmina rumpit.

4. TESTUDO.

Græcis συνασπισμὸς *sive* conscutatio *dicitur.Fiebat enim,cùm milites junctis corporibus armísque & scutis partim lateri applicatis,partim capiti superlatis, testudinem referebant,undique intra testam suam clausam; atque sic tecti muros*

vos accedebant, scalas admovebant, ac non rarò aliam supra se testudinem admittebant. ——— hostiles densa testudine muros tecta subit virtus: armis innexa priores arma ferunt, galeamque extensus protegit umbo. *Virgil.* — obsessúmque actâ testudine limen. Accelerant factâ pariter testudine Troes. Junguntur clypei clypeis, & nexilis altè Texitur in gyrū; lucémque ad nubila jactat Testudo.

5. BOMBARDA.

Machina veteribus ignota, producta primùm ab homine Germano circa annum Domini 1380. *nomen accepit à bombo sive sonitu, quem edit.* Fulminea, vulnifica canna. Æs cavum; fatiferam vomens ore glandem: lethiferam eructans non casso vulnere sphæram, Ignivomo pulsus ab ære globus. *Spectat huc*

TORMENTUM MAJUS:

Ep. Strĕpens, tŏnans, mūrāle. Vix muris toleranda lues. Machina fulminis æmula: quæ sonitum concussi imitatur olympi: ingentem lato vomit ore favillam: fulmineo validos quæ dejicit impete muros. Machina terrifico cum fulminat ænea bombo. Tormenti genus infandum, horrendum, dirum mœnia evertens, frangens, sternens: Muros concutiens, tangens. Machina muris metuenda. —— timuêre quod ipsæ Eumenides; & rex horruit ipse Erebi. Qua ruit, occumbunt urbés, silvæque tremiscunt. Excutit ingentes immani pondere moles, Involvens fumo nigricolore diem. *In cujus inventorem lusit olim Poëta Hagiensis*:

Quid falso innocuum tonitru Salmonea damnas
 Jupiter? ille tuo fulmine dignus erat.

DESCRIPTIONEM *habes apud Hieron. Vidam* 2. *Christ.*

Qualiter ære cavo dum sulphura pascitur atra,
Inclusus magìs atque magis furit acrior ignis,
Molitúrque fugam, nec se capit intus anhelans.
Tum piceo disclusa volat glans ferrea fumo.
Fit crepitus: credas rupto ruere æthere cælum.
Jámque illa turres procul ecce stravit, & arces:
Corpora & arma jacent, latè via facta per hostes.

BELLICOSUS.

Armis egregius, inclytus, insignis. Fortia bello pectora, & rebus spectata juventus. Quem casti juvant, & lituo tubæ permistus sonitus: invictáque bello dextera. Marte ferox, & vinci nescius armis. Excusso jaculum torquere lacerto, Colláque velocis flectere doctus equi. Acer erat, bellóq; ferox, ad vimque paratus. Dextera bello utilis. Armorum

præ-

præstans, animíque. Non illi quisquam se impunè tulisset obvius armato, seu cùm pedes iret in hostem, seu spumantis equi foderet calcaribus armos. Quem sese ore ferens, quam forti pectore & armis! *Sil.* primus inire manu, postremus ponere Martem. Cum rapidum effusis ageret sublimis habenis quadrupedem, non ense virum, non eminus hasta sistere erat. Idem expugnati primus stetit aggere muri: & quoties campo rapidus fere prælia miscet; qua sparsit ferrū, latus rubet æquore limes. Præclari armis, & vivida rebus pectora. Insanis Capaneus metuendus in armis. *Bap.* Sunt membra accommoda bellis, quíque gravem tardi subeant thoraca lacerti *Claud.* —— supra si mole Typhœus vinclis prosiliat, Tityus si membra resolvat, opposito Stilicone cadent: cujus mihi robur in armis, pace probata fides. Prodiga gens animæ, & properare facillima mortem; studiis asperrima belli. *Catull.* —— expers terroris Achilles, hostibus haud tergo, sed forti pectore notus. Non illi quisquam bello se conferat Heros: Illius egregias virtutes claráque facta, Sæpe fatebuntur natorum in funere matres, *&c.* Caput insuperabile bello. Nulli cessurus in armis. *Exemplum viri fortis & bellicosi habes apud Ovid. 4. de Ponto, quem (dum aliquis a rebus bello gestis laudandus erit) in similis potes imitari.*

At tibi, progenies alti fortissima Donni,
  Venit in adversos impetus ire viros.
Nec mora, conspicuus latè fulgentibus armis,
  Fortia ne possint facta latere, caves.
Ingentíque gradu contra ferrúmque, locúmque,
  Saxáque brumali grandine plura subis.
Nec te missa super jaculorum turba moratur,
  Nec quæ vipereo tela cruore madent.
Spicula cum pictis hærent in casside pennis,
  Parsque fere scuti vulnere nulla vacat.
Ut propiùs ventum est, admotáque dextera dextræ,
  Resque fero potuit cominus ense geri:
Dicere difficile est, quid Mars tuus egerit illic,
  Quotque neci dederit, quósque, quibúsque modis,
Ense tuo factos calcabas victor acervos,
  Impositósque Getes sub pede multus erat.

Vide plura in verbo MILES *&* PUGNARE.

VIRI ARMIS AC BELLO NOBILES, *quibus alii conferri, aut etiam præferri possunt.*

Ex bello Thebano: TYDEUS, AMPHIARAUS, HIPPOMEDON,

MEDON, CAPANEUS, *qui apud Papinium lib.*10. *muros Thebanos conscendens*,

——— truncas rupes in templa domósque
Præcipitat, frangítque suis jam mœnibus urbem.

Ex bello Trojano: HECTOR, ÆNEAS, SARPEDON, ACHILLES, IDOMENEUS, STENELEUS, AJAX *Telamoxius* & *Oileus*, &c. *Ovidius*:

Talis apud Trojam Danais pro navibus Ajax
Dicitur Hectoreas sustinuisse faces.

Præterea variis expeditionibus clari fuerunt JASON, HERCULES, THESEUS, PYRRHUS, ANNIBAL & ALEXANDER *ille* MACEDO, *quem unius Orbis finibus non contentum*:

Post Ortus Obitúsque fulminatos
Augusto Babylon premit sepulchro.

Ex Romanis laudantur præcipuè SCÆVOLA, COCLES, CAMILLUS, TORQUATUS, REGULUS, SCIPIONES, DECII, METELLI, FABII, &c. *Claud. de Conf. Olyb.*

His ego non Decios pulcros fortésque Metellos
Prætulerim; non qui Pœnum domuére ferocem
Scipiadas, Gallísque genus fatale Camillos.

COMPARATIONES.

1. *Vir acer in prælio ac latè stragem edens comparari potest cum fulmine aut pestifero sidere. Virg.* — duo fulmina belli Scipiadas. *Papin lib.*7. *de Amphiarao*:

Innumeram ferro plebem, ceu lethifer annus,
Aut jubar adversi grave sideris, immolat umbris.

2. *Cum latere montis vi ventorum adrupto, quod*

———— arma virósque
Limite non uno, longævâque robora secum
Præcipitat, ingens campis timor.

3. *Cum Gigante aliquo centimano aut cum Marte, ita Sil. l.*1.

———— permistus utrísque
Hannibal agminibus furit, & quatit ensem,
Quantus Bistoniis latè Gradivus in oris
Belligero rapitur curru, &c.

BENEFICIUM.

Ovid. ——— dextræ tot benefacta tuæ. *Catull.* Nec possum reticere, Deæ, quà Mallius in re Juverit, & quantis juverit officiis. *Ovid.* Si quid adhuc ego sum, muneris omne tui est. ——— quas tanto referam pro munere grates? *Id.* Nunquam pigra fuit nostris tua gratia rebus, Nec mihi munificas arca negavit opes. *Virg.* 4. *Æn.* Et bene apud memores

Benefacta. Munus. Officium. Gratia.

mores veteris ſtat gratia facti. *Ovid.* Exceſſitque fidem meritorum ſumma tuorum. *Id.* Pro quibus ut meritis referatur gratia, jurat ſe fore mancipium tempus in omne tuum: Et priùs umbroſa cariturοs arbore montes, Gratia quam meriti poſſit abire tui. *Vide* MUNIFICUS.

BENIGNUS.

Facilis. Placidus. Mitis. Lenis. Comis. Blan.

Quo non alter amabilior: quo nil mitiùs orbis habet. Mite ingenium, aſperitate carens: placidi mores. Facilis, vultúque ſerenus. Comis & urbanus, quo nil blandius eſſe queat. Charitum cor, amor, delicium. *Claud. de Honorio Imp.* —— cum ſe melioribus addens Exemplis, civem gereret terrore remoto: Patriciáſque domos princeps, privatáque paſſim Viſere depoſito dignatus limina faſtu. —Contingere paſſim affaríque licet, cùm tanta poteſtas civem lenis agat. Majeſtas adeò comis ubíque tua eſt.

Benignum ſe præbere.

Excipere pacato vultu, mente benignâ, fronte placidâ, vultu ſereno. Oculis aſpicere æquis, blando vultu. Aure benigna excipere preces, non adverſari, &c. *Ovid.* Da mihi te placitum, dederis in carmina vires. *Idem:*

——— accede, rogáque:
Non tibi Theromedon, crudúſque rogabitur Atreus,
Quique ſuis homines pabula fecit equis:
Sed piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox:
Quique dolet, quoties cogitur eſſe ferox.

BLANDITIÆ.

Blandimenta. Illecebra.

Ep. Tĕnĕræ, molles, dulces, mellitæ, lēnēs, dŏlōſæ, fallāces. Dulcia verba, blanda dicta, blandæ voces, mitiſſima verba. Blanditiæ molles, auréſque juvantia verba. Ite procul luſus, blanditiæque leves. Blandæ illecebræ. Illecebris capi, duci: fallacibus actus blanditiis *Mart.* Non illum blandis unquam peritura voluptas. Frangeret illecebris. Quid magìs incautum fuerit, quàm fidere falſis blanditiis fortunatuis?

Blandiri verbis.

Blandiloquis dictis mulcere: mellitis verbis delinire. Blanditias adhibere, dicere. Blanda loqui. Blandis verbis, ore mellito captare, ducere, fallere, &c. *Plaut.* Ut mulſa loquitur! *Ovid.* Credidimus blandis, quorum tibi copia, verbis. *Prudent. de tyranno Martyri abblandiente.* Ac verba primùm mollia Suadendo blandè effuderat: Captator ut vitulum lupus Rapturus, alludit prius.

Blan-

Blandiri gestibus.

Mulcere caput. Captare dextram; Manu leviter mulcere. Certabatque jocis curas mihi demere aniles. Deducens blandas nostra per ora manus. *Ovid.* Non ego blanditias primis, mea mater, in annis Incerto dictas ore puella tuli: Non ego captavi brevibus tua colla lacertis, Nec sedi gremio sarcina grata tuo.

BONUS *sive* VITÆ INCULPATÆ.

Vino carens: sine crimine vivens: cujus vita respersa nulla labe, intacta, innocens, lustris omni sine labe peractis, Non virtutis egens: Recti custos: Integer vitæ, scelerisque purus: fallere nescius, linguaque & pectore verus. Dolis qui procul omnibus Rectum sponte sua perpetuò colit: Pejusque letho flagitium timet. Casta cui mens; & sine crimine constat vita. Æqui cultor timidusque Deorum. *Ovid. de Deucalione & Pyrrha.* Non illo melior quisquam nec amantior ævi Vir fuit, aut illa reverentior ulla Deorum. *Sen.* Non illum avaræ mentis inflammat furor; Non pestilens invidia, non fragilis favor: Non in recessu furta, & obscuro improbus quærit cubili. *Vide infrà* DEUM TIMENS. INNOCENS. *Probus. Pius. Insons. Castus. Sanctus.*

Expers doli: gerens pectora lacte, & non calcatâ candidiora nive. *Claud.* —————nullo nivescere fuco: Nunquam falsa loqui, nunquam promissa morari: invisos odisse palam, non virus in alto Condere non lætam speciem prætendere fraudi: Sed certum mentique parem componere vultum. Vir antiquis moribus & fide Veterum nulli virtute secundus. Nota *Veteres olim (vel quod Antiquitas proximè accedat ad Deos & sæculum illud aureum, vel quod semper querulum fuit de ætate sua genus humanum) quæcunque bona censebant,* Antiqua *dixisse:* & antiquos mores, homines, &c. *pro bonis, probis ac sinceris: ut videre est in Plauto, Cicerone & aliis. Quò respexisse dicendus est Claud. in Mallii Theodori laudibus: sincerus.*

——— ——— Mallî sincera bonorum
Congeries in quo VETERIS vestigia RECTI
Et mores video ductos meliore metallo.

C.

CACUMEN.

sive

RERUM VARIARUM SUMMITAS.

Ep Celsum, excelsum, altum, aërium, editum, sublime, arduum, summum, *&c.* Montis sublime cacumen. *Ovid.* Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus Nomine Parnassus, superatque cacumine nubes. *Id.* ——ancipiti delapsus acumine montis. —— excelso vertice montis. *Virg.* ——tum rigidas motare cacumina quercus. *Id. de Quercu.* ——quantum vertice ad auras Æthereas tendit. *Id. de Lauru.* Hujus apex summum densæ, mirabile dictu, obsedere apicem. *Id. de Monte.* ——apicem & latera ardua cernit Atlantis duri.

Vertex. *Apex.*

Virg. Et jam summa procul villarum culmina fumant. ——stabuli de culmine summo. *Claud* Ardua turrigeræ surgent in culmina ripæ. *Auson.* ——sic turribus altis Ardua, ut aërias intrent fastigia nubes. *Virg.* Ignis edax summa ad fastigia vento Volvitur. CULMEN & FASTIGIUM *ad ædificia pertinent, iisque sæpe utuntur Poetæ ad honorum gradus explicandos, ut Claudianus Epithal. Pall.*

Culmen. *Fastigium.*

Per cunctos iit ille gradus, aulæque labores
Emensus, tenuit summæ fastigia sedis,
Eoum stabili moderatus jure senatum.

CADERE.

De ANIMALIBUS: Ad terram ferri, fluere, labi. *Virg.* Ad terramque fluit devexo pondere cervix. Ipse gravis, graviterque ad terram pondere vasto concidit, collapsa ruunt immania membra. *Sen* Flexo genu jam totus in terram ruit. ——Procumbit humi bos. Volvi in præceps; volvi in caput: cadere in vultus. *Ovid.* Qui cadit in plano; Sic cadit ut tacta surgere possit humo. *Virg.*——vestigia presso Haud tenuit titubata solo, sed pronus in ipso Concidit immundoque fimo, sacroque cruore. *Id. de Equo.*——effusumque equitem super ipse secutus implicat, ejectoque incumbit cernuus armo. *Id.* Excussus curru moribundus volvitur arvis. *Ovid.*——frenisque manu moriente remissis. In latus à dextro paulatim defluit armo.

Labi. *Procumbere.* *Prolabi.* *Ruere.* *Concidere.* *Procidere.* *Labare.* *decidere*

De ÆDIFICIIS: dedit ampla ruinam Vulcano superante domus. *Virg. de Turri*——ea lapsa repente ruinam Cum sonitu trahit, & Danaum super agmina late incidit. *Ovid.* Cum

Cum cœpit quassata domus subsidere, partes In proclinatas omne recumbit onus. Templa Deæ longa procubuêre die. *Virg.* ——— sic illa ruinam, prona trahit saxisque illisa recumbit. Hic ubi disjectas moles, avulsaque saxis. Saxa vides, mistoque undantem pulvere fumum *Vide infrà* EVERTERE.

CASUS, *sive* RUINA.

Ep. Gravis, tristis, præceps, flebilis, ingens, subitus, *&c.* Concusso nutant turres, lapsusque minantur. Cætera ne simili caderent labefacta ruina. *Ovid.* Cùm domus ingenti subitò mea lapsa ruina Concidit in domini procubuitq; caput. *Lapsus.* *Id.* Cunctaq; fortuna rimam faciente, dehiscunt. *Id.* Cumq; dedit paries manifestæ signa ruinæ. Sollicito vacuus fit locus ille metu. *Sen.* Pinus, & celsæ graviore casu decidunt turres. *Id.* Ne fatali cuncta ruina Quassata labent. *Hor.* Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinæ. *Claud.* ——— tolluntur in altum, Ut casu graviore ruant: *Iuven sat. 5. aulicis omnibus inculcans exemplo Sejani, ne nimium sibi placeant, si quando afflante Principis aurâ supra alios efferuntur,*

——— nam qui nimios optabat honores,
Et nimias poscebat opes; numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata, undę altior esset
Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.

COMPARATIONES.

1. Casum *hominis aut rei alterius, Poetæ crebro adaugent Comparatione desumptâ primò ab arbore*:

Ille mordaci velut icta ferro
Pinus, aut impulsa cupressus Euro,
Procidit latè ———

2. *A saxo sive latere montis alicujus,*

——— de vertice præceps
Quod ruit, avulsum vento; seu turbidus imber
Proluit, aut annis solvit sublapsa vetustas.

3, *A victima ante aras cadente.* (*Sen.*)

Caditque flexo qualis ante aras gradu
Cervice taurus vulnus incisa gerens.

CÆCUS.

Lumine cassus. Luminis expers. Æterna damnatus lumine nocte. Solis cui negatum est videre lumen. Luminis hujus orbus Spoliatus visu. Perpetua trahens sub nocte vitam. Lumine captus Luce carent oculi inanes luminis orbes. Et patiar fossis lumen abire genis. *Ovid* ——— trepidumque ministro Prætentes baculo, luminis orbus, iter. *De hoc gressu incerto ac suspenso Oedipus apud Sen. seipsum alloquens:* Pavitante gressu sequere fallaces vias, Suspensa plā-

 tis

cis efferens vestigia Cæcam tremente dextrâ noctem rege. *Prudent.* Baculo regebat prævio, Errore nutantem gradum. *Virg. de Polyphemo:* Trunca manum pinus regit, ac vestigia firmat. *Ovidius in Ibin plurium cæcitatem adversario suo imprecatur, atque inter cæteras* Oedipi *ac* Polyphemi:

Nec plus aspicias quàm quem sua filia texit;
Expertus scelus est cujus uterque parens,
Pastor ut Ætneus, cui casus ante futuros
Telemus Eurymedes vaticinatus erat.

CÆLUM.

Epith. Altum, profundum, celsum, sublīmĕ, ardŭum, magnum *&c.* Astrĭfĕrum, ignĭfĕrum, flammĭgĕrum, sīdĕum, stellans, pictum, fulgŭrātum, fulgens, splendens, splendĭdum, illustrĕ, rŭtĭlum, cærŭlĕum, nĭtĭdum, lĭquĭdum, *&c.* Pendens, lībrātum, vŏlūbĭlĕ, convexum, *&c* Stellis pictum. Quod omnia tegit, claudit, ambit. Motu gaudens. Cœli atria, palatia, mœnia, tecta inclyta, convexa, domus Cœli regia, Cœli theatra, culmen, fastigia, Fulgentia cœli templa, cœli axis. *Virg,* Magnum cœli ventura sub axem.

Superæ domus, cœlestia tecta: spatia ætheris. Cœlestes oræ. Ætheris oræ. Ætherius vertex. Regna siderei poli, Ætheriæ plagæ Supera regna, Superæ auræ. Sidereæ sedes. Siderei axes. Ætheria domus. *Ovid,* Per cœli cærula,

Limina Divûm. Regia magna Jovis. Jovis atria summi. Tecta Tonantis. Tecta Dei. Cælitum sedes. Ætherii orbes. Stellifer orbis. Ætheris magni domus. Superûm limen. Tecta sideribus picta, gemmata: Discrim nata gemmeo astrorum choro. Flammigeri stellarum globi. Supera convexa. Convexa Tonantis, NOTA *in omni corpore sphærico (quale est cælum) aliud ambiente esse partem exteriorem, & interiorem: prior* convexum *dicitur, altera* concavum. *Poetæ vero more suo hæc sæpe commutant: ut cum cavum ipsius cæli, quod obtutui nostro opponitur,* convexum *dicunt, ita Virg. lib.* 4.

Olympus ——— tædet cœli convexa tueri.

Epith. Celsus, clārus, rădĭans, æthĕrĭus. *Vide* CÆLUM. Domus omnipotentis Olympi. Arces Olympi. Ad Ætherium penitus defertur Olympum. Rex ô stellantis Olympi. Stellantis Olympi compages, templa, *&c*

Polus. *Ep* Sīdĕrĭus, rŭtĭlus, &c. *V. supra* Spatia poli. Arx stellantis poli, Arx poli Regina siderei poli. Celsi lucida signa poli. Ardentemq; polum flammis, stellis pictum, distinctum, *&c.*

Æther *Epit.* Altus, stellatus, *&c.* Ætherius vertex Ætheris arces. *&c.* Micat aureus æther. Stellis ardens lucentibus æther.

Magni

Magni cœlestia mundi Templa super, stellisque micantibus æthera fixum. *Axis.*

Sidereos rediturus ad axes. Tunc Superûm convexa tremunt, atque arduus axis Insonuit moráque poli com page laborant, Astriferis connectitur axibus aër, i. e. *Aer cœlo vicinus est*; (*Virg de Atlante*) Axem humero torquet stellis ardentibus aptum, i. e. *aptatum*.

Epith Lūcida, ardūa, &c. *Vide* ASTRA. Sublimemque feres ad sidera cœli. Macte nova virtute puer, sic itur ad astra. *Hercules apud Sen.* ——— virtus mihi in astra, & ipsos fecit ad superos iter. *Astra.*

CÆLUM BEATORUM.

Atria Divûm Superum aureæ Sedes. Ætheris aula. Stellantia cæli tecta. Regia cœli. Regna cælituum. Divorum mansio. Regna beata poli. Elysii campi: amœna vireta fortunatorum nemorum, sedesque beatæ. Amœna piorum concilia. Loca læta, æterno vere florida; semper virentia regna. Promissa piorum arva. Ubi fert casiam non culta seges, totosque per agros Floret odoratis terra benigna rosis. Ubi stellantis Rector olympi innocuas animas & vitiorum labe carentes collocat, sidereos inter proceres sanctumque Senatum. *Hic pueris campus se latissimus aperit ad describendum, vel aulæ cælestis structuram, apparatum, &c. vel æterni veris temperiem, à qua absunt hyemis & Æstatis incommoda, immodici æstus, tristes pluviæ, &c. vel denique alia innumera vitæ beatæ commoda, à qua absunt. sitis, fames, morbi, rixa, insidiæ, bella, tumultus, &c. Adsunt verò quies, pax, risus, denique gaudiorum universitas*

CÆLITES.

Ætherii proceres. Cœli cives, indigetes Olympi, Poli Quirites, Sanctæ animæ Divorum senatus Gens addita cœlo, Cœlo recepti proceres. Illustres animæ, quas postquam atro è carcere ventum est, purior æther accipit, & pulchro venientes lumine cingit. Agmina divûm, siderei chori. Sacra Cœlituum cohors, quæ Ambrosiâ vescens, Sub pedibusque videt nubes & sidera calcat, Sancta cohors, quæ virtute in cælum sibi fecit iter; arces attigit igneas, ubi jam aligeros inter proceres recumbens, Purpureo bibit ore nectar. *Cœlestes cœlicola*

CALATHUS,

ALIAQUE VASCULA VIMINE CONTEXTA.

Epith. Textĭlis, virgātūs, fēmĭnĕus, vīmĭnĕus, cōlūrnus, *&c.* Lento de vimine textus. *Catull.* ——— candentis

Qualus. Quasillus. mollia lanæ vellera virgati custodibant calathisci. *Virg. de C.* milla. ——— non illa colo, calathisve Minervæ Femineas a sueta manus *Ovid. ad flores adhibuit.* Nunc implent cal thos lento de vimine nexos Floribus. *Et Virg. l.* 6. ——— bi lilia plenis Ecce ferunt, Nymphæ calathis. CALATUS *gr cè, ubi* κάλλη, i. e. *tinctas lanas reponebant: quamquam i terdum ad alios usus transfertur, Latinè* qualus *dicitur H ratio lib.* 3. *Od.* 12. *&* quasillus *Propertio lib.* 4.

Et graviora rependit iniquis pensa quasillis.

CANISTRUM. *Ep.* Vīmĭnĕum, lātum, pătŭlum, grăvĭdu plēnum, &c. *Virg.* ——— Cereremque canistris exp diunt, *Id. lib.* 8. ——— onerantque canistris Dona laborat cereris, id est, *panem. Id de Apibus.* Pabulaque in foribus p nis appone canistris. *Ovid.* Prunaque, & in patulis rede lentia mala canistris. CANISTRA *pani portando ac secun mensæ ferculis inserviisse videntur. Prop. lib.* 3. *de Simplicil veterum agrestium munusculis:*

Illis pompa fuit, decussa Cydonia ramo,
Et dare puniceis plena canistra rubis.

Fiscella. FISCINA. *Ep.* Vīmĭnĕa, juncea, rustica, *&c.* Lacte n dens. Junco *vel* hibisco contexta. *Virg. Ecl.* 10. Dum sed & viridi fiscellam texit hibisco. *Id. alibi,* Sunt & caseoli, qu juncea fiscina siccat, *Mart. lib.* 1, Rustica lactantes nec mi fiscina metas. *Ovid. Met.* ——— ——— veluti concretum mine querco Lac fluit. FISCINA *Vasculum è vimine aut ju co sero lacti transmittendo, ut ita casei exsiccantur. De q rei rusticæ amans atque assiduus præco Tibullus:*

Tunc fiscella levi dextera est vimine junci,
Raráque per nexus est via facta sero.

CAPILLI.

Ep. Formōsi, pulchri, nĭtĭdi, compti, pexi, ŏdōrāti, Fūsi effūsi, indŏcĭles, văgi, longi, nĕglecti, intonsi, *&c.* F vi, rŭtĭli, aurĕi, aurĕŏli, nigri, *&c.* Capilli fronte, cervi humeris *vel* per humeros vaguntur, errant, fluunt, ludu colla flagellant. *Prop.* Seu vidi ad frontem sparsos errare pillos. *Ovid. de Niobe* ——— movensque decoro Cum pite immissos humerum per utrumque capillos Temp capillis tecta, ornata, protecta. *ubi scil. densi sunt ac prom Ovid.* Tempora perfungit fulvo protecta capillo,

Crines. *Prop.* Si ve vagi crines puris in frontibus errent. *Tib.* tonsi crines longa cervice fluebant. *Virg.* ——— fusos cer cui lactea crines Accipit, & molli subnectit circulus au Injectæ collo sic jacuere comæ. *Ovid,* Nec de m

co

comæ per levia colla fluentes. *Id. de Cent.* —— medios coma dependebat in armos. ——— fulvoque nitet coma gratior auro. *Ovid.* ——— effusis aliæ fine pectinis usu, Pars adérat comptis arte manuque comis. *Coma.*

Virg. Cæsariem effusæ nitidam per candida colla. Pulchrior auro cæsaries. *Claud.* —— dubiam langinis umbrâ Cæsaries intonsa tegit. *Ovid* ——— crines humero jactantur utroque: Talis es assumpta, Phœbe canore, lyra. APOLLO *Græcis* ἀκερσεκόμης, *Latinis vero* intonsus *dicitur, quod comam non tondeat, & juvenis ubique aut pueri facie pingebatur, qui olim fere semper* comati. *Eodem habitu pingebatur* Bacchus, *perpetuâ item juventâ donatus. Unde certare inter se crinium decore duo hæc numina videbantur. Innuit Martial. lib. 4. Ep. 45. Phœbo in hoc certamine victoriam optans.* *Cæsaries*

Perpetuo sic flore mices, sic denique non sint
Tam longe Bromio. quàm tibi, Phœbe comæ

CAPILLUS SPARSUS.

Ep. Incomptus, Inornatus, passus, solutus. Spargere effusos sine lege crines. *Ovid.* Vitta coërcebat positos sine lege capillos. *Virg.* ———dederatque comas diffundere ventis. *Sen.* Sic temerè jactæ colla perfundant comæ, humerosque summos: cursibus motæ citis ventos sequantur. Effusi per colla nitentia crines. *Ovid.* ——immissos humerum per utrumque capillos. NOTA, *usitatum olim in luctu crines solvere, lacerare, pulvere inspergere, præcipue fœminis.* (*Catull.*) Sæpe fatebuntur natorum in funere matres, Cum tremulo canes solvent à vertice crines. *Virg.* Ad templum non aquæ Palladis ibant crinibus Iliades passis: Suppliciter tristes: & tonsæ pectora palmis. *Hecuba apud Sen.* Solvite crinem, per colla fluant mœsta capilli, tepido Trojæ pulvere turpes. *Ovidius quoque in morte Tibulli eadem phrasi Elegeiam invitat ad deflendum nitidissimum Poetam*:

Flebilis indignos Elegeïa solve capillos,
Ah! nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

Capillum comere.

Crines adducto revocare nodo, cohibere. Struere comam, fingere, componere crines: ponere in statione, in ordine. Formare capillos, exornare. Crines vibrati calido ferro, myrrhâque madentes. Tortos in flexum ponere crines. *Ovid* Sed viros viros, cultum formamque professos. Quique suas ponunt in statione comas. *Papin.* Nec colla genasque comere, nec pingui crinem deducere Amomo. *Virg.* ———

 mol-

——Mollique fluentem Fronde premit crinem fingens,at que implicat auro, i. e. *aureo filamento aut etiam annulis au reis ex veterum luxu.*

Pectere Pectere crinem, pectendos præbere capillos, Deducer pectine crines; detenta pectine buxo, discriminare. Et coll comantia pectunt. Vt sit coma pectine lævis. Secto come dere dente capillos. *Claud. de puellis Venerem comentibu* ——hæc morsu numerosi dentis eburno Multimodum d scrimen arat: sed tertia retro dat nexus, & justo dividit or bes Ordine. &c. *Quis autem in adornando capillitio mod viris adhibendus sit; docebit te Mart, lib 2.*

Pectere te nolim, sed nec turbare capillos,
Splendida sit nolo, sordida nolo cutis.
Nec tibi mitratum, nec sit tibi barba reorum:
Nolo virum nimium, Pannice, nolo parum.

PECTEN. *Ep.* ĕburnŭs, rārŭs, dentātŭs, multĭfĭdus, sectu Buxus multifido dente. dens eburnus, dentata buxus. *Mar* — secto comentem dente capillos. Morsus numerosi dēti *Pectines olim ut plurimum* è buxo *aut* ebore, *sive dente El phanti. Quia verò in Cytoro monte Paphlagonia plurima bu reperiuntur; hinc & pecten* Cytoriacus *dicitur Ovid.* 12 *Me* Sæpe Cythoriaco deduxit pectine crines.

CARCER.

Specus. *Epith.* Cæcŭs, tĕnĕbrōsus, ŏpācus, căvus, umbrōsus, n gĕr, squallens, tristĭs, tĕtĕr, horrendŭs, rĭgĭdus, arctŭs, & Fœtore plenus. Squallore repletus, obsitus, Carceris ten bræ, squallor, nox, Latebrosum corporis antrum. Tenebr sum specus, Horrendū saxū. *Sen. Ag.* Abstrusa cœco carce & saxo exigat Ævum, per omnes torta pœnarū modos, O

Saxum. 3. *Met.* Protinus abstrusus solidis Tyrrhenus Acetes Cla ditur in tectis, *Idem de Philomela stabulis abditis inclusa.* Q faciat Philomela? fugam custodia claudit: Structa vigent lido stabulorum mœnia saxo. *Horat lib.* 3. Inclusam Dana turris ahena, Robustæque fores, & vigilum canum Trist excubiæ munierant satis &c. *Vides solidam* turrim, *robus* fores *insomnes* excubias. *Quæ omnia junxit, nusquam n ligens aut supinus Maro in carcere Tartareo describendo:*

PORTA adversa, ingens, SOLIDOQUE adamāte column
Vis, ut nulla virûm, non ipsi exscindere ferro
Cœlicolæ valeant, Stat FERREA TURRIS ad auras,
Tisiphoneque sedens pallā succincta cruentâ
Vestibulum insomnis SERVAT noctesque diesque
Hinc exaudiri gemitus, & sæva sonare

V

Verbera, tum ſtridor ferri, tractæque catenæ.

Carcere claudere & clauſus.

Abripere, ducere, trahere in carceris tenebras carcere includere,, conſtringere, clauſum tenere. *Ouid* Clauſa domo teneor, gravibuſque coërcere vinclis. *Sen.* Vidi cruentos carcere includi duces. *Virg. l.* 6. —— nec auras aſpiciunt clauſæ tenebris, & carcere cœco. *Clytemneſtra apud Sen jubens Electram duci in vincula.* Abripite famuli, monſtrum & avectā procul ultra Mycenas, Ultimo in regni angulo vincite, ſeptam nocte tenebroſi ſpecus, Vt inquietam Virginem carcer domet. *Ibid,* Inops, egens, incluſa, pœdore obſita, Æthere negato ſerò ſuccumbat malis. *Prudent. Periſteph.* Eſt intus imo ergaſtulo Locus tenebris nigrior; Quam ſaxa merſi fornicis Anguſta clauſum ſtrangulant: In hoc barathrum conjicit Truculentus hoſtis martyrem, Lignoque plantas inſerit divaricatis cruribus. BARATHRUM *Locus fuit Athenis altiſſimè in terram depreſſus, in quem præcipites detrudebantur malefici & ſcelerati. Vnde Prudentius pro* ima carceris parte *uſurpavit: & ad inſignis gulæ comedonem ac meram voraginem tranſtulit Horatius lib.* 1. *Epiſt.* 15.

Pernicies & tempeſtas, BARATHRUMQUE macelli,
Quidquid quæſierat ventri donabat avaro.

Lepide apud Comicum ſervo ſervus dicitur, Cuſtos carceris, & catenarum colonus, *atque alibi* Tritor compedum: *à diuturna ſc. mora & quaſi habitatione in Ergaſtulo aut Piſtrino. Erat autem* Ergaſtulum *locus, ubi plures ſimul ſervi vincti, ut in compedibus opus facerent;* Piſtrinum *verò, in quo ſignatè molis vertendis operam dabant, quod aſinorum erat. Vnde Catullus de homine ſcelerato:* Et non piſtrino traditur, atque aſino, *nihil autem utrobique uſitatiùs, quàm, ſicubi dormitarent, fuſtibus ac flagris admoneri. Hinc illa loci periphraſis apud eundem Comicum.*

Apud fuſti tudinas, ferri-crepinas inſulas,
Vbi vivos homines mortui incurſant boves.

i. e. Lora bubula tergum percurrunt.

CARMEN.

Ep. āŏnĭum, Pīĕrĭum, Caſtălĭum, *&c.* Dulce, blandum, grātum, ămābĭle, ſuāve, lĕve, pŏlītum, cultum, făcundum, vŏcāle, nĭtĭdum, aurĕum, molle, tĕnĕrum, lĕpĭdum, jŏcōſum, ſublīme, altĭſŏnum, præclarum, doctum, limātum, vīvĭdum, grandĭlŏquum, grăve, illuſtre, tĕnŭe, dēductum, *&c.* Verba numeris vel modis vincta, nexa, clauſa, texta, ligata, Verba in pedes coacta, pede ſtructa. Metricis verba co-

Descende cœlo, & dic age tibiâ Regina longum Calliope melos. *Id.* Flaminia tibiæ.

3. FISTULA. *Ep.* Rustica, silvestris, agrestis, pastoralis, argūta, garrŭla, dulcis, căva, cērāta, *&c.* Cerâ juncta. Cerata arundo. Dispares calami *vel* cicutæ: compagine ceræ inter se juncti compacti. *Virg.* Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. *Id.* Pan primus calamos cerâ conjungere plures Instituit, Pan curat oves oviumque magistros. *Sen. Herc. Oet.* Illo Thessalicus pastor in oppido Indocta referet carmina cistula *Ovid.* 11. *Met.* Pan ibi dum teneris jactat sua carmina Nymphis, Et leve ceratâ modulatur arundine carmen. *Ibid.* ——calamis agrestibus insonat ille. *Virg.* Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. *Id.* Tytere, tu patulæ recubans sub tegmine fagi, Silvestrem tenui Musam meditaris avena, i. e. *vel simplici calamo, vel fistula perfecta & compacta, qualis illa Tibulli*: Fistula, cui semper decrescit arundinis ordo. Nam calamus cera jungitur usque minor. FISTULÆ *pastoritiæ structuram primus Pan invenisse traditur. Fiebat è cicuta, arundine, avena, cōstabatq; calamis septē dispari magnitudine ac sono,* cera *inter se junctis proportione certâ, ad alæ figurā: ita nempe ut in summo, quà inflabantur, æquales essent; inæquales, quà exit spiritus. Ov.* 8. *Met. de Dædalo pēnis.*

Arundo calamus Cicuta. Avena

———————nam ponit in ordine pennas
A minima cœptas, longam breviore sequente,
Ut Clivo CREVISSE putes. Sic rustica quondam
Fistula DISPARIBUS paulatim SURGIT avenis.

OBSERVA *simplici quoque* avena, *sive tibia è calamo segetis confecta, cecinisse. Verùm id puerile erat, aut planè imperitorum, ut patet ex Virgilii Ecloga* 3.

Cantando tu illum? aut unquam tibi FISTULA cerâ
Juncta fuit? non tu in triviis, indocte, solebas
Stridenti STIPULA miserum disperdere carmen

NOTA *præterea*: *sicut* Tuba *ad res bellicas decantandas* Tibia *verò ad Deorum vel fortium virorum laudes describendas à Poetis assumitur; & grave aliquod carmen significat: ita* Fistulam, arundinem, avenam, *non nisi Bucolicis & cantilenis pastoriciis dari, & significare carmen aliquod tenue, rude, incultum: Deinde Tuba ac Tibia convenire voces*: Dicere, canere, efferre, &c *Fistulæ verò* ludere, modulari, meditari, &c. *Quod discrimen observavit Virg. lib.* 1. *Æn, ubi etiam clarissimè triplicem stylum expressum vides, tenuem Bucolicorum, medium Georgicorum & copiosum ac gravem Æneidos*:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena
Carmen, & egressus silvis vicina coegi.

Ut-

Ut quamvis avido parerent arva colono,
Gratum opus agricolis. At nunc horrentia Martis
Arma, virumque CANO ———

Chelys. barbiton TESTUDO. *Ep.* Dulcis, suāvis, cănōra, aurea, aurāta, ĕbu-na, căva, docta, quĕrŭla. argūta, blanda. *&c.* Piĕria, āŏni *Musis:* Thrēĭcĭa, ŏdrysia, Gĕtica, *ab Orpheo*, Testudinis rex strepitus, sonus, pulsus. Testudo ebore cælata; auro f gens *Luc.* Sive chelyn digitis & eburno verbere pulsas. Du Apollineâ sequitur testudine cantus. *Prop.* Tale salis carn docta testudine, quale Cynthius impositis tēperat articu *Seu* Levi sonoram verberans plectro chelin. *Papin.* Jam t do chelyn, i.e. *Carmen exordior (Horat.)* —— si neque tib Euterpe cohibet, Nec Polyhymnia Lesbœum refugit ten re Barbiton. *Id.* —— age dic Latinum Barbite carmen, L bio primum modulate civi, *i. e. quo olim cecinit Alcæus po è Lesbio insula.* BARBITUS *genus est Testudinis graviore, ut sunt, sono,* TESTUDO, *Græcis* nomen habet à no *simo animali, è cujus* testa, *sive munimento Mercurius lyr primus construxisse, atque Apollini donasse perhibetur.* H *testudo Papinio* Arcadia, *Ovidio* Cyllenæa *agnominatur à C lene monte Arcadiæ, in quo natus Mercurius, quem Hora lib.* 1. curvæ lyræ parentē *vocat.* OBSERVA *vero, sicuti a & ebore Lyras exornabant, ita & animalium crustatorum stis, ac præcipuè tēstudinis. Unde* testudo *non semper pro t Lyra, sed interdum pro sola ejus parte aut ornatu à Poetis ac pitur. Ita explicandi, cùm* lyram testudineam *vocant: at item Tibulli versus lib.* 3. *El.* 4. *de Phœbi ornatu:*

Artis opus raræ, fulgens TESTUDINE & AURO.
Pendebat læva garrula parte LYRA.

Lyra. Cithara. *Ep.* Dulcis, dulcisŏna, ēburna, ēburnĕa, īnaurāta, te dĭnĕa, vōcālis, sŏnōra, sŏnans, garrŭla, jŏcōsa, mollis, bellis, *&c.* āŏnĭa, ăgănippæa, Piĕrĭa, Thrēĭcĭa, &c *Vide pra* TESTUDO. Apta deliciis: decus Phœbi: laborum du lenimen: resonare septem callida nervis. *Virg. de Orph* Obloquitur numeris septem discrimina vocum Jamqu nunc digitis, nunc pectine pulsat eburno. Lyræ *vel* cyth fila, nervi, fides. — *Prop.* testudineæ carmen inerme Ly *Ovid.* Hæc ego cùm canerem, subitò manifestus Apollo vit inauratæ pollice fila lyræ. *Horat* Imbelli cithara car divides. *Claud.* —— molli modulatus pectine nervos; Po ce festivo nobile duxit EBUR, i.e. *Cithara eburna nervos* Resonetque manu pulsa citatâ vocale chelys: Nil acre ve magnumque modis intonet altis; sed quale soles leviore l flectere

carmen. *Prop.* Bella fati, cecini, citharam jam poscit Apollo. i. e. *levius carmen.* NOTA, Cytharam, barbiton, lyram, testudinem (*quæ quamvis inter se fortassis formâ ipsâ aut chordarum numero diversa, Poetis tamen synonima sunt*) *sæpe* molles, inermes, imbelles, *ac* jocosas *dici, quia ad illas leviora tantùm carmina, & magis fracta ac modulata canebantur. quæ generali nomine inde* lyrica *dicta sunt: non verò heroica aut tragica, quibus bella Ducumque facta describuntur, quæq; graviores numeros ac modos deposcunt. Iure igitur Horatius lib. 2. Od. 12. recusat res graves & bellicas lyrico carmine describere*:

Nolis longa feræ bella Numantiæ,
Nec dirum Hannibalem, nec Siculum mare
Pœno purpureum sanguine, mollibus
Aptari citharæ modis.

PLECTRUM. *Ep.* Dulce, blandum, mŏdŭlans, sŏnans, aurātum, aurĕum, ĕburnum, doctum, quĕrŭlum, făcundum, vŏcāle, cĕnōrum, *&c.* āŏnĭum, pĭĕrĭum, ăpollĭnĕum, Thrēĭcĭum, *&c* Threicio modulari carmina plectro. *Pap.* —— Apollineo quam fila sonantia plectro Cum quaterem, *Id.* —— Getici cedat tibi gloria plectri, i. e. *Orphei Musa* (*Id.*) Seu tibi Pindaricis animus contendere plectris, i e *Pindari carmina æmulari.* (*Prop.*) —— Æolio cum tenrat carmina plectro. i. e. *Sapphicum* vel *Alcaicum carmen tractat* (*Ovid.*) Talia dum caneret resonanti pectine vates —— aurato pectine pulsa chelys. *Virg.* Jam manibus citharam, jam pectine pulsat eburno, PLECTRUM (*quod & pecten*) *calamum sive quidvis aliud significat, quo fides plectuntur sive percutiuntur, ne digiti assiduo pulsu lædantur. Mart. lib. 14.* *Pecten.*

Fervida ne trito tibi pollice pustula surgat;
Exornent docilem garrula plectra Lyram.

FIDES. *Epith.* Blandæ, sŏnōræ, sŏnantes, dulces, dulcĭsŏnæ, quĕrŭlæ, vŏcāles, garrŭlæ, *&c.* Pĭĕrĭæ, āŏnĭæ, Thrēĭcĭæ, *&c.* Pollice, plectro, pectine, digitis pulsæ, impulsæ, percussæ. *Hor.* Æoliis fidibus quærentem Sappho. *Virg. de Orpheo.* Threicia fretus cithara, fidibusque canoris. *Ovid.* Calliope querulas prætentat pollice chordas, Atque hæc percussis subjungit carmina nervis. Resonantia pollice fila. Citharæ vocales tangere nervos Vocales impellere pollice chordas. *Cl.* —— festo lætatus tempore vates Desuetæ repetit fila canora lyræ. Tractat inauratæ garrula fila lyræ. Seu juvat blandis fidibus molestas Anxiæ mentis revelare curas. *Horat.* fide Cyllenea levare duris pectora sollicitudinibus. OBSERVA *poetas fidis & fide in singulari numero usurpare*, *Chorda. Nervi. Fila.*

atq;

atque pro ipsa cithara *adhibere, Ovid. 5. Fast. ad Mercur. fu*
rem præsidem & lyræ inventorem:

Inventor CURVÆ, furibus apte, FIDIS.

Carmen componere.

Carmen *vel* versus fecere, condere, struere, contexe
deducere, fingere. Verba numeris vel modis vincire, inc
dere. nectere, ligare. Verba in pedes cogere, *Ovid.* Inc
suos volui cogere verba pedes. *Id. 4. de Pont.* —— & scri
Getico sermone libellum, Structaque sunt nostris barb
verba modis. Versus scribere, ducere. Puris versum pers
bere verbis *Ovid.* Inque tot adversis carmen mirabitur
lum Ducere me tristi sustinuisse manu. *Boet.* Carmina
quondam studio florente peregi. Flebilis heu mœstos
gor inire modos: Ecce mihi laceræ dictant scribenda cam
næ, *&c* Carmen tuba *vel* tibia insonare; arundine *vel* ca
moludere, modulari; citharâ *vel* plectro tentare, facere,
ducere. *Horat.* Concines majore Poeta plectro Cæsar
Ovid. Dum canimus sacras alterno pectine Nonas; *Prop.*
le facis carmen docta testudine, quale Cynthius impos
temperat articulis. *Huc pertinent, quæ suprà in musico quo*
instrumento allata sunt. E, C,

Chelys,	Barbiti,	Lyræ,	Citharæ,
Nervos,	Chordas,	Fila,	Fides,
Plectro,	Pectine,	Digitis,	Pollice,
Percutere,	Increpare,	Pulsare,	Movere,

Carmine celebrare, vel *describere*.

Deorum *vel* Heroum laudes, facta, bella, amores can
concinere, dicere, cantare: versu, carmine, modis, num
celebrare, pandere, promere, memorare, referre, dic
Pierio celebrare cantu, Aonio plectro, Threiciâ lyrâ,
Lucan. Hic canet illustri primus bella Itala versu, Atto
que duces cœlo: resonare docebit Hic lætis Helicona m
Pap. Tempus erit cùm laurigero tua fortior œstro Fact
nam, nunc tendo chelin, satis arma referre Aonia. *Virg*
——— magno nunc ore sonandum. Quid pascua v
prosequar? ——— populos & prælia dicam *Ovid. ad C*
Nec me Mæonio consurgere carmine, nec me Dicere
gnorum passus & acta Ducum, Laudes alicujus chartis
xere, tradere,: longum dimittere in ævum, *Vide* LAUD
POETA, FAMA, *Et adde his Ovid. versus 2. de Ponto.*

CARMINA vestrarum peragunt præconia laudum,
Neve sit actorum fama caduca, cavent.
CARMINE fit vivax Virtus, expersque sepulchri
Notitiam seræ posteritatis habet.

CARMINUM GENERA:

1. CARMEN HEROICUM.

Carmen omnium princeps, quo fortia bella, & magnorum virorum res gesta describuntur. Graves numeri. Seni pedes. Herous versus. Carmen Mæonium *vel* Maronianum. Heroi carminis opus. *Prop.* ———quis te Carminis Heroi tangere jussit opus? *Ouid. 2, Fast.* Qui volucri demens Elegis imponere tantum Ponderis? Heroi res erat ista pedis. *Id. alibi.* Arma gravi numero, violentaque bella parabam Edere, materia conveniente modis. *Tibull.* Aut caneret forti regia bella pede. *Horat.* Forte Epos. *Mart.* Scribebamus Epos, id est, *Heroicum sive Hexametrum per excellentiam: unde dicti* Epici *Homerus, Virgilius, & his paria scribentes. Dicitur & Ovidio Horatioque* Mæonium carmen *ab Homero Mæonis filio, ut quidam, velut alii, Smyrnis in Mæonia nato: qui in hoc carmine principatum tenet. Horat. in arte:*

Res gestæ Regumque, Ducumque, & fortia bella
Quo scribi possent numero,m onstravit Homerus.

2. CARMEN ELEGIACUM.

Quo primùm exequiarum, deinde Amantium querimoniæ descriptæ fuerunt, ac tandem alia quæque his adjuncta: unde Elegia nunc flebilis, *nunc* jocosa, *auctoribus dicitur.* (*Ouid.*) Flebilis indignos Elegeïa solve capillos. *Id.* Blanda pharetrato Elegeïa cantet amores. *Id.* Imbelles elegi, genialis Musa, valete. *Id.* Cingere littorea flaventia tempora myrto Musa, per undenos emodulanda pedes. Impares numeri. *Horat.* Versus impariter juncti. Alterna carmina. *Ouid. 3, Trist.* ——————alterno subsidunt carmina versu. *Id 4. de Ponto* Ite leves elegi doctas ad consulis aures, Verbaque honorato ferte legenda viro: Longa via est, nec vos pedibus proceditis æquis. *Quia nempe Pentametrum unâ mensurâ brevius est Hexametro. Vnde alibi Elegiam sub Nymphæ persona inducens.*

Venit odoratos Elegeïa nexa capillos,
Et puto PES illi LONGIOR ALTER erat.

3. CARMEN LYRICUM.

Quo fere Hymni Deorum, Heroum laudes, Olympionicæ, & bonam partem Amores, ad Lyram decantabantur. Carmen imbelli cythara deductum. Molles cytharæ modi. Testudinis aureæ strepitus. Tendere barbiton. Curvâ recinere Lyrâ *Ouid.* Quem virum aut Heroa lyrâ vel acri Tibia sumes celebra-

6. CARMEN SATYRICUM.

Fellis & indignationis plenum, ad hominum vitia tacito nomine carpenda, inventum. Dentata Satyra. Mordacis Satyræ dens. Carmine mordaci populi depingere mores, culpare, magna cum libertate notare: sale, aceto perstringere *Iuven*. Difficile est Satyram non scribere: nam quis iniquæ Tam patiens urbis, tam ferreus. ut teneat se? *Hor*. — secuit Lucilius urbem: sale multo defricuit. *Pers*. —— pallentes radere mores Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo. *Rut*. — vulnificæ Satyra ludente Camœnæ. SATYRA *dicta est vel à* Saturna lance (*quæ variis frugum primitiis referta erat*) *ob materiæ varietatem*: *vel à* Satyricis personis, *quæ olim apud Græcos in tragœdiis tædio levando inducta, ridicula quadam effundebant, & in hominum mores liberrimè debacchabantur. Idem enim planè agebat Latinorum Satyra, cujus Princeps* Lucilius. *Vnde Martialis ad æmulum suum, & quidquid ille præiret, minimè subsequentem*: Satyra.

Audebam Satyras: Lucilius esse laboras.
Ludo leves Elegos: tu quoque ludis idem.

CASTITAS.

Epit. Pūra, sancta, illæsa, intacta, illibāta, *&c*. Divis amica: Superis grata. *Tib*. Casta placent Superis *Iuven*. Credo pudicitiam, Saturno rege, moratam In terris. *Prop* Lis est cum forma magna pudicitiæ. *Sen*. Qui redire, cùm periit, nescit pudor. *Ov ep* Stat nece matura tenerum pensare pudorem, i. e. *pudicitiam violatam ulcisci. Dido apud Virg* 4. *Æneid*. Pudicitia. Pudor.

Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiscat.
Ante PUDOR quàm te violem, aut tua jura resolvam.

Castus.

Malum cupidinem coercens, vinclis domans. Cui nil Cypris nocuit, nihil ulla voluptas. Nulla tuos unquam corrupit femina mores. Cui succumbunt victores ætheris ignes; Amoris tela, arcus, *&c* Non tractus, victus molli libidine. Laude pudicitiæ celebris, animóque & pectore castus. Non in recessu furta & obscuro improbus quærens cubili, Veneris qui præmia nescit. Castum servans cubile. Virgine castior pudicâ *Vide* VIRGO. Pudicus.

Matrona casta.

Quæ metuit Venerem temerare maritam, castaque legitimi fallere jura tori. Quæ ad mollia verba reticet, pudibundáque celat amictu ora. Et matronales erubuêre genæ.

Ovid. Fama mihi clara est, & adhuc sine crimine vi
laudem de me nullus adulter habet. Dum non oblit
ris, Dumque tenor vitæ sit sine labe meæ. Socialia
mnes servans intacta per annos: pactámque per an
facilis temerare fidem. *Hor.*——— & metuens alte
Certo fœdere castitas.

CASTITATE.

tum virginali, tum conjugali celebres.

1. HIPPOLYTUS, *Thesei & Hyppolytæ Amazonis fili*
cùm cælibem vitam sylvis addictus duceret, à noverca
frustra sollicitatus, ac tandem apud patrem ab eadem
tus, confícti stupri indignissimas pœnas dedit. Prop. 4. de
Docta vel Hippolytum Veneri mollire negantem

2 BELLEROPHON, *Glauci regis Corinthiorum filiu*
itidem noverca repulsam ab eo passa, infandi criminis a
trem accusavit.

3. PALLAS & DIANA, *quas poëtæ ferunt perpetuam*
virginitatem: Unde utramque intactam & innuptam v

4. PENELOPE, *Ulyssis uxor, quæ marito per 20. an*
sente nullis procorum blanditiis adduci potuit, ut fidem
tam violaret. Unde Horatio 3 carm. difficilis procis a
Claud. Serenam Penelopæ præferens:

Penelope trahat arte procos, fallátque furentes,
Stamina nocturna relegens solertia tela:
Non tamen audebit titulis certare Serenæ.

5. LUCRETIA *Tarquinii Collatini uxor, quæ vim sibi*
Tarquinio illatam advocato patre ac marito generosissi
ro in se ulta est. Claud.

Et gravis incumbens casto Lucretia ferro,
Vulnere quæ proprio facinus testata tyranni
Armavit patriæ justos in bella furores.

CATENA,

ALIAQUE VINCULORUM GENERA.

Nexus. 1. VINCULUM in genere. *Ep.* Arctum, strictum, tĕna
Nodus. xum, vălidum, firmum, forte, irrĕsŏlūbile, ădămantĭnu
ămantæum, *&c.* Durum, grăve, sævum, crūdēle, *&c.*
nexus. Validi nodi. *Hor.* Quo teneam vultus mutantem
tea nodo? *Virg. 1 Æn.*——— & centum vinctus ahenis Po
gum nodis. *Prop. l. 2.*——— æratis astringant brachia r
Papin. — duros laxantem Ægæona nexus. *Ovid.* —
Pugnando vincula tentant Rumpere, pugnantes forti

ligant. *Hor. de amica.* —tenétque gratâ compede vinctum. Nexus *vel* nodus adamantæus, i.e *firmissimus: sumptâ metaphorâ ab Adamantis duritie, quam etiam ad vincula adhibet Manilius:*

Jámque ADAMANTÆIS Discordia vincta catenis.
Æternos habeat frenos in carcere clausa.

2. CATENA. *Ep* Ferrea ferrâta, ærâta, grāvis, dūra, vălĭda, arcta, *&c.* Pondus catenæ. Ærati nodi, vincula ferri *Ovid.* —sed pondere lassa catenæ Est manus. —nec religer durâ captiva catenâ Brachia catenis livent: —corrumpit durâ catena manus. *Claud.*—trementes tendere conatur palmas, vis improba ferri Impedit, & motæ somnum excussere catenæ. *Prud. Hymn.* Nexibus manus utrasque Flexus involvit rigor, Et chalybs attrita colla Gravibus ambit ciclis, i. e. *Orbibus ferreis, instar annulorum, quibus* pedes, manus, colla *innectebantur. Quò spectat Martialis locus libro tertio de servo ab ergastulo ad dignitatem Equestrem sive à servili compede ad* aureum annulum (*qui Equitum ac senatorum insigne*) *promoto: &* Saturno (*quod libertatem adeptis usitatum*) *vincula sua consecranti:*

Has cum gemina COMPEDE dedicat catenas
Saturne tibi Zoilus, ANNULOS priores.

3. COMPES. *Epit.* Dūra, rĭgĭda, vălĭda, tarda, servīlis, *&c. V.* CATENA. Ferrum pedes gravans, impediens: crura ambiens, crure sonans. Compedis orbes: *quos Prudent suprà* ciclos *dixit* (*Tib.*) Crura licet dura compede vincta sonent. *Ovid.* Nec me compedibus, nec me compesce catenis. *Idem* Spes etiam durâ solatur compede vinctum; Crura sonant ferro, sed canit inter opus. NOTA *Romanos duplicis generis* Servos *habuisse quorum alii vincti, alii extra vincula. Vincti in loco subterraneo, qui* Ergastulum *dictus ἀπὸ τοῦ ἐργάζομαι*, i. e. ab operando *servabantur: unde ab Ergastulario, cùm opus, educebantur ad molendum, lapidem cædendum, aquam hauriendâ, præcipuè verò ad agros fodiendos, arandos, sarriendos, idque in* compedibus *: quæ è ferro, nec inter opus quidem solvebantur. Ideo* catenatos cultores *Florus eos appellat; Plautus* Genus ferratile: *& Apuleius dat iis* pedes annulatos, *quia sc. catena, quâ parte crura ambiebant instar annulorum: unde* orbes *appellat Claudianus, cui & compes ipsa* tarda *dicitur; quod gressus tardando fugam servis eriperet. Nam hæc sunt reperta Claud. de Eutropio* (*qui è servo Consul evaserat*) *in ordinem redacto:*

Et solitos TARDÆ passurus COMPEDIS ORBES.
In dominos vanas luget abisse minas.

4. MANICÆ. *Primus apud Virg. 2. Æn.* Ipse viro primus manicas atque arcta levari Vincla jubet. *Aristaus 4. Georg. Proteum ligans.* Cum clamore ruit magno, manicisque jacentem Occupat. *Lucan.* Ast alias manicæque ligant, teretésque catenæ.

5. COLLARE. *Prop. l. 2.* Dixit, & in collo jam mihi nodus erat. *Ovid.* — indigno circumdat vincula collo. *Prudent.* Carcer illigata ditis colla bojis impedit COLLARIS *meminerunt Plautus & Lucilius.* Boj Æ *vinculi genus è ferro aut ligno, fortassis idem cum Collari.* Numella *erat machina genus ligneum: quo & collum & pedes immittebantur, teste Nonio. De quo fortassis Prudentius:* Eignóque plantas inserit Divaricatis cruribus. *Meminit utriusque Plautus Asinaria: ubi servus gloriatur se hero suo dolos struxisse fretus sc. scapularum confidentiâ adversùs totam carceream suppellectilem:*

Adversum stimulos, Laminas, crucésq;, compedésque.
Nervos, catenas, carceres, Numellas, Pedicas, Bojas.

Funis. 6. LAQUEUS. *Epit.* Tortus, intortus, validus, nexus, arctus, tenax, *&c.* Stuppea vincula. *Virg* —& stuppea vincula collo Innectunt. *Ovid.* Ignarum laqueis, vincloque innecte tenaci. *Hoc vinculi genus è stuppa aut sparto levius erat, atque etiam in aucupio ac venatione adhibitum, ad ferarum pedes illaqueandos, unde &* Pedicarum *nomen. Virg.* Et laqueis captare feras. *Idem:*

Aut g uibus PEDICAS, aut retia ponere cervis.

CATENAS *sive* VINCULA INJICERE.

Vincla adhibere, collo *vel* manibus injicere, intendere. Vinclis, nodis, catenis brachia *vel* manus constringere, alligare, religare, impedire, gravare, onerare. Innectere colla catenis *Ovid.* —adhibe tu vincula captis. *Idem.* Vinclaque sopitas addit in arcta manus. Impediant geminas vincula firma manus. Manus vincire post terga. *Prop.* Vinctus eram versas in mea terga manus. *Horat l. 3.* Vidi ego civium Retorta tergo brachia libero. *Ov.* — vinctis post tergum capta lacertis. *Papin.* — religa captas post terga sorores, Injice vincla mihi. *Sil.* —cum geminas arctis, post terga catenis Succinctus palmas, populo traheretur ovante Carceris in tenebras. TRAHI *dicuntur noxii vel captivi ad carcerem, Iudicem, victorem: quasi inviti ac reluctantes, ita Virg. 2. Æn. de Sinone: ubi & concursus populi atque hostilis irrisio, tum ducentium clamor, non temerè à judicioso poëta observantur:*

Ecce manus juvenem interea post terga revinctum.
Pastores magno ad regem clamore TRAHEBANT.

Undi-

Undique visendi studio Trojana juventus
Circumfusa ruit, certantque illudere capto.

CAUSA.

CAUSA *sive* RATIO, OB QUAM.

Epit. Justa, bŏna, hŏnesta, grăvis, pia, prŏbanda, *&c.* Nulla lēnis, fŭtĭlis &c. *Virg.* Quæ causa subegit ignotas tentare vias? *Idem.* Quæ regio Anchisen, quis habet locus? illius ergo Venimus, i. e. *illius causâ* (*Prop.*) —— belli causa probanda fuit. Frangit & attollit vires in milite causa. *Id.* Sive ea causa gravis, sive ea causa lenis *Virg.* 4. *Æn.* Arma parent; & quæ sit rebus causa novandis Dissimulent.

2. CAUSA *sive* PRINCIPIUM.

Causa capútque. Principium & fons. *Hor.* Hoc fonte derivata clades in populum patriamque fluxit. *Virg.* Hinc mihi prima mali labes. Hinc illæ lacrymæ. *Id* Funeris heu! tibi causa fui *Id l.* 12. Se causam clamat, criménque capútque malorum. *Id. l.* 7. —— quæ prima malorum causa fuit, bellóque animos, accendit agrestes. *Propert.* *Origo. Fons. Caput.*

Ergo sollicitæ tu causa, PECUNIA, vitæ es:
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes:
Semina curarum de capite orta tuo.

Epith. Sēdŭlŭs, attentus, verbōsus, clāmōsus, raucus, *&c.* Litibus aptus. Aspera fori jurgia tractans. Agere patronum. Causas agere *vel* actitare *Mart.* Et causam quoties agis clientis. *Id.* Jubet me Titus actitare causas. Et dicit mihi sæpe, magna res est, i. e. *lucri plena.* (*Hor.*) Seu linguam causis acuis, ceu civica jura Respondere paras. *Lucan.* Qui capitale nefas operosa diluit arte. *Mart.* Non sum ego causidicus, nec amaris litibus aptus. *Ovid.* Frater ad eloquium viridi tendebat ab ævo, Fortia verbosi natus ad arma fori. *Mart.* Aspera sive foro per litem jurgia tentes, Et te patronum, causidicúmq; putas. CAUSIDICI *dicti à causis sive controversiis forensibus, in quibus maximè expenditur, an causā habuerit reus faciendi, quod fecit. Unde fluxerunt* causa bona, anceps, difficilis, *& illud Ciceronis ad Att.* Causam solum ea causa non habet: ceteris rebus abundat. PATRONI *erant apud Rom opibus ac potentia in Rep. eminentes, in quorum fidem ac tutelā se plebei ac tenuiores committebant, uno nomine* clientes *dicti. Spectabat verò ad patroni officium præter alia* clientis *sui causam in judicio defendere, atq; adversarii impetum sustinere Unde postea* Patroni di- *Advocatus. Patronus.*

 cti,

cti, quicumque reos in judicio, sive officio adducti, sive pretio conducti, tuebantur. Hinc illa Catulli ad Ciceronem, Romanæ eloquentiæ principem:

Gratias tibi maximas Catullus
Agit, pessimus omnium poëta.
Tanto pessimus omnium Poëta,
Quanto tu optimus omnium PATRONUS.

ADVOCATI *dicebantur, qui à reo* advocabantur, *ut sibi in judicio adessent, ad jus præcipuè patrono suggerendum, tum, ut alio quovis modo causæ suæ faverent. Plautus* Advocatus mihi adsis, *idem in Epid.*

Res magna amici apud forum agitur, ei volo
Ire Advocatus ———

Patronus excellens.

Epit. Doctus, facundus, disertus, &c. *Vide* ELOQUENS. Flos patronorum. Romani fama decúsque fori. *Mart.* Veridico Latium qui regis ore forum. Eloquio potens. —— cujus Auxilio trepidis vox solet esse reis. *Ovid.* Suscipe Romanæ facundia, Maxime, linguæ Difficilis causæ mite patrocinium. *Id.* Quæ sit enim culti facundia sensimus oris, Civica pro trepidis cùm tulit arma reis. *Luc. ad Pis.* —— cùm tua mœstos Defensura reos vocem facundia mittit; Quis non attonitus judex tua respicit ora? Quis regit ipse suam nisi per tua pondera mentem. *Papin.* Mox unda e foro victrix opulentia linguæ. Tutarique reos, ipsa hæc amplissima sedes Orantem stupuit. FORUM *locus publicus, ubi vel res venales exponuntur; vel judicia ac causæ exercentur. In hac posteriori significatione dicitur Auctorib.* clamosum *sive* verbosum; *à litigantium vel causidicorum jurgiis: eratque Romæ triplex,* Romanum *sive* vetus, *tum* Caji Cæsaris, *ac tertium* Augusti. *In Romano* Rostra *erant sive suggestum è navium captarum rostris, unde ad populum in foro stantem verba fieri poterant.* (*Mart.*) —fora litibus omnia fervent. *id. l. 3. ad Sext. excellentis patroni famam affectantem:*

Causas, inquis, agam Cicerone disertius ipso,
Atque erit in TRIPLICI par mihi nemo FORO.

Causidicus ineptus.

Rabula forensis, Raucus latrator. Qui cum clamoribus fora magnis implevit; Tum se Patronum, Causidicúmq; putat, Lingua mercenaria: Ære patrocinium vendens, cui ingens vindemia est producere causas, Et lites pendere diu. *Sen, Herc. Fur.* Hic clamosi rabiosa fori Jurgia vendens, im-

improbus iras Et verba locat. *Martian.Fel.*Indocta rabidum quem videre sæcula, Jurgiis caninos blateratus pandere. RABULAS *appellat ac* Latratores *Quintilian quibus placet* canina (*ut App.vocabat*) eloquentia: *quique compositi non ad animũ judicis, sed ad stomachum litigatoris, vacua causarum convitiis implent. Apul. notans fœdam eorum avaritiam, appellat* vultures togatos: *quod ejus Ævo maximè à forensibus hoc genus vestimenti usurparetur.* Perfidi *vocantur ac* proditores *eid. Quintiliano, qui in suscepta semel causa* pejus agunt, quàm possunt. *Quâ voce video & Martialem uti l.* 8.

Egi, Sexte, tuam, pactus duo millia causam:
Misisti nummos quod mihi mille; quid est?
Narrasti nihil, inquis, & à te PRODITA causa est.
Tanto plus debes, Sexte, quod erubui.

CHAOS.

Epit. Informe, dēforme, cæcum, nigrum, umbrōsum, confūsum, tetrum, triste, antīquum, vētus, *&c.* Naturæ rudis vultus. Confusa sine ordine moles. Cæcus acervus. Rudis indigestaq; moles. *Ovid. 2. Met.* Si freta, si terræ pereunt, si regia cœli; In chaos antiquum confundimur *Sen* Hominésq; premat deforme chaos — & atrum rebus induci chaos. *Hesiodus aliique finxerunt ante mundi constitutionem rerum omnium semina promiscuè inter se confusa extitisse sine ulla luce, forma aut discrimine. Hoc poëtæ* CHAOS *vocârunt: quam vocem & ad inferorum loca (utpote obscura, confusa, inertia) transferunt. Ita Ovid. de Neptuno ac Plutone.* Possidet alter aquas, alter inane chaos. *Priùs verò illud describit Ovid l.* 1. *Fastor. ubi* Massam *&* acervum *appellat, &* sine imagine molem, *Ac.* 1 *Met.*

Ante mare & terras, &, quod tegit omnia cœlum.
Unus erat toto Naturæ vultus in orbe.
Quem dixêre CHAOS: rudis, indigestaque moles.
Nec quicquam nisi pondus iners; congestaque eodem
Non bene junctarum discordia semina rerum.
Obstabatque aliis aliud: quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

CHOREÆ.

Epith. Mollēs, hĭlărēs, lĕpĭdæ, festæ, lætæ, lĕvēs, ăgĭlēs, pernīcēs, cĭtātæ, *&c.* Choreas *vel* chorōs ducere, agere. Indulgere choreis. Exercere choros. Choris implicare manum. *Prop. l.* 3. Me juvat in prima coluisse Helicona juventâ, Musarumque

rúmque choris implicuisse manum. Choreis diem celebrare *Ov. de arbore.* Sæpe sub hac Dryades festas duxêre choreas. *Id.* Ad numerum motis pedibus duxêre choreas. *Prop.* — ad molles membra resolve choros. *Hor.* Jam Cytherea choros ducit: Junctæq; nymphis Gratiæ decentes, alterno terrã quatiunt pede. Pedibus choreas plaudere, humum pellere, quatere. *Horat* Nunc est bibendum, nunc pede libero pulsanda tellus *Id l.1.* —pede candido, in morem Salium, ter quatiunt humum. SALII *sunt sacerdotes Gradivi, à Numa institutι: sic dicti, quòd certis anni temporibus per urbem carmina cantarent cum tripudiis & saltibus. Vnde Virg. l.* 8.

Hinc exsultantes Salios, nudósque Lupercos.

CHRISTUS.

Bis-genitus. Inenarrabile Verbum. Vera Dei soboles. Verus homo, verus pariter Deus, unus utrumq;: Editus in lucem purã de Virginis alvo: Quæ penitus thalami tactúsq; ignara virilis, Numinis afflantis sancta concepit ab aura. Virginis intactæ aurea proles, sancta progenies. Salve vera Dei soboles, Rex ætheris idem; Bis-genite, humani generis certissima ubique Spes atque indubitata salus; lux aurea mundi. Tu nobis nostri aversum ob commissa parentem Concilias bonus, atque tua pro gente precando, Usque assurgenti te cominus objicis iræ, Vulneraque ostendis, quæ quondam es corpore passus Deditus, & laceros pro nobis detegis artus. Æterni Patris unica proles. Magnoque æquæva parenti progenies. —è superi qui Sede Parentis Virginis intactæ gravidam descendit in alvum, Mortalésq: auras hausit puer ut genus ultus Humanũ eriperet tenebris & carcere iniquo Morte suâ, manésque pios inferret Olympo. *Vide* DEUS FILIUS.

Christiani.

Epit Pii, boni, fideles. *&c.* Gens à Christo quæ duce nomen habet. Innocuus Christi grex. Genus electum Christi. Gens pia; Uni jurata Deo, Christique facessere jussa. Christiadum populus. Christi cultores cœlo dilecta manus, quæ Christi militat armis. Gens Christo sacra; quæ Christo nomen dedit.

CIBUS.

Epith Dulcis, suavis, gratus, *&c.* Sumebant minimos ova coacta cibos. *Ovid. de ætatis aureæ frugalitate* Contentique cibis nullo cogente creatis, Arbuteos fœtus montanáq; fraga legebant. *Pythagoras apud eundem l.15.* Prodiga divitias, alimentáque mitia tellus Suggerit, atque epulas sine cæde & sanguine præbet, *Virg.* 4. *Georg.* — dapibus mensas one-

Alimenta.

onerabat inemptis. *Catull.* Largè multiplici constructæ sunt dape mensæ. DAPES *regia, inquit Servius.* EPULÆ *privatorum. Verùm poëta promiscuè pro quolibet cibo usurpant, etiam illo, qui à brutis animalibus sumitur. Virg.* 4 *Æn* — epulásque draconi Quæ dabat *Horat. l.* 4. *Od.* 4. *de Aquila, quam* *Epulæ. Dapes.*

——— mox in ovilia

Demisit hostem vividus impetus,

Nunc in reluctantes dracones,

Egit amor dapis, atque pugnæ.

ESCA *Nomen est generale ab esu. Poëtæ antiqui ferè piscibus & Avibus tribuunt, etiam ceteri: animalibus, sed non tam frequenter: ac posteriorum temporum scriptores laxissimè usurparunt.* VICTUS *teste Donato in parvis aridisque alimoniis est constitutus* PABULUM *bestiarum est. Transfertur interdum ad animum. Ita Cicero contemplationem appellat,* Pabulum animi & ingenii: *Studium & doctrinam,* Pabulum senectutis: *Lucretius simulacra sive imagines,* Pabula amoris. *Prop. de pecunia:* Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes. *Virg. de apibus:* Immunisque sedens aliena ad pabula fucus. *Ovid. de Diomede:* Quique suis homines pabula fecit equis. *Sen. de puero exposito:* Et in alta nemora pabulum misit feris, Avibúsque avidis. *Virg.* 2. *Hor.* Fundit humo facilem victum justissima tellus. *Id.* 1. *Æn.* Tum victu revocant vires. *Id. l.* 3. Victum infelicem, baccas lapidosaque corna Dant rami. *Id.* 3. *Georg. de bobus:* Frondibus & victu pascuntur simplicis herbæ. *Prop. l.* 3 Et nova longinquis piscibus esca natat. *Virg* 11. *Æn. de hirund* Pabula parva legens, nidisq; loquacibus escas. *Propert. Draconis Lanuvini cibum, ut* pabula, *ita &* escas *vocat l.* 5. & 7. Jejuni serpentis honos, cum pabula poscit Annua. *Et mox:* *Esca. Victus. Pabulum.*

Ille sibi admotas à virgine corripit escas.

Cibum sumere.

Cibum capere, cibum ore contingere, cibo *vel* dapibus famem levare, saturare, explere, pellere, solari, eximere; cibo, epulis, victu corpora sustentare, vires revocare. Jejunia solvere, sedare. *Virg.* Vescitur Æneas simul & Trojana juventus Perpetui tergo bovis *Mart.* Nec nisi delectâ pascitur illa fera *Sen* Excussa sylvis poma compescunt famem: Et fraga parvis vulsa dumetis cibos Faciles ministrant *Ovid.* corpora tostâ carne replent. *Virg.* Implentur veteris Bacchi pinguisque farinæ. *Horat.* Cum sale panis, Latrantem stomachum bene leniet. *Ovid.* —— placare voracis Et malè morati poteris jejunia ventris, *Virg* —— & antè, Impia *Vesci. Pasci. Epulari*

quàm cæsis gens est epulata juvencis. *Horat.* — me pascunt olivæ, Me cicorea, levésque malvæ.

Edere. Comedere. Mandere. Vorare. Dente mordere. Morsu frangere. Malis absumere: morsu consumere, depasci. In viscera condere. Alvo mergere. *Horat.* Non Afra avis descendat in ventrem meum. *Sen. Th.* —— lancinat gnatos pater, Artúsque mandit ore funesto suos. *Ovid.* Inque tui cæcus viscera patris eas. *Cat.* —— quotum Dentes, vel silicem comesse possunt.

Lacerare, carpere, diripere. Morsu depasci. Avido convellere dente, Avidam demittere in alvum. Alvo condere, recondere, demergere. *Ovid.* Ut quos demisit vastam Poliphemus in alvum. *Virg. de eodem Poliph.* — vidi atro cum membra fluentia tabo Manderet, & vivi tremerent sub dentibus artus. *Ovid.* 15. *Met.* — nil te nisi tristia mandere sævo Vulnera dente juvat, ritúsque referre Cyclopum. *Id. l.* 14. Viscera cujus edam, cujus mihi sanguine inundet Guttur, & elisi trepident sub dentibus artus. *V. infrà* LANIARIA FERIS.

Cibum præbere.

Pascere Præbere alimenta. Ferre cibos. Dare victum. *Virg.* 3. *Æn.* Victum infelicem baccas, lapidosaque corna. Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ. *Ovid. de Cerere.* Prima dedit fruges, alimentáque mitia terris, Prima dedit Leges. *Id de Diomede Thracia.* Efferus humana qui dape pavit equos. *Id. de Romulo & Remo.* Lacte quis infantes nescit crevisse ferino, Et picum expositis sæpe tulisse cibos? *Virg. de avibus.* Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam —— nidique loquaces Faucibus expectant venientia pabula siccis.

CIRCUMDARE.

Cingere. Amplecti. Circuire. Ambire. Sepire. Coronare. Oceanus orbem circumdat, circumsonat, amplectitur, liquidis amplexibus cingit, ambit, obit, circuit, circum errat, circumfunditur. *Catull.* Oceanúsque pater, totum qui amplectitur orbem. *Ovid.* — ambitæ circumdare littora terræ, *Id.* Qua latam Nereus cærulus ambit humum.

Locum sylva, muro, milite, indagine cingere, claudere, coronare. Corona vallare. *Ovid.* 5. *Met.* Sylva coronat aquas. *Virg.* Undique enim densa Teucri inclusere corona. — densaque urbem cinxêre corona. — undique colles Inclusere cavi, & nigra nemus abiete cingunt. *Id. l* 9. Ut fera, quæ densa venantum septa corona Contra tela furit.

CLAMOR.

Ingens, horrend⁹, horrisonus, vastus immensus, vagus, *&c.* Femineus, flebilis, sæv⁹, tristis, dissonus, varius, *&c.* Sublatus

ad æthera clamor. It clamor ad alta atria. Tum verò ingeminat clamor. Tollitur in cælum furiali turbine clamor — hic undique clamor. — Dissensu manus vario se attollit in auras. Ferit aurea clamor sidera. Tum verò exoritur clamor, ripæq; lacusque Responsant circa, & cœlum tonat omne tumultu.

Miserandis æthera complet vocibus. Et mœstas alto fundunt de limine voces. ——— pulsataque saxa Audimus longè, & fractas ad littora voces. *Voces.*

Circumstant fremitu denso. Quò fremitus vocat, & sublatus ad æthera clamor. ——— magno circum clamore fremebant. *Fremitus.*

Virg. —— Ingens fragor æthera complet. Cœlum tonat omne fragore. — Cœlum tonat omne tumultu. Sonat aula tumultu femineo. *Id. l.* 11. Hos inter motus, medio flagrante tumultu. *Id. l.* 2. *Æn.* At domus interior gemitu, miseróque tumultu Miscetur. *Id. l.* 13. ——— mistóque ingens exorta tumultu Lætitia. *Id.* Fit strepitus tectis, vocémque per alta volu[illegible]t Atria, &c. *In his aliisque designatur clamor quidam confusus multitudinis, qui nunquam sine strepitu ac fragore. Vide infrà* SONITUS & DOLORIS SIGNA. *Fragor. Tumultus. Strepitus.*

Clamare.

Clamorem dare, edere, tollere, cœlum, auras, aëra, vias, urbem, campos, clamoribus implere, incendere, concutere. Clamorem ad sidera, in astra tollere. *Virg.* Clamore incendunt cœlum Troješque Latinique. Tum verò immensus surgens ferit aurea clamor Sidera. — percussæ pectora matres Femineum clamorem ad cœli sidera tollunt. — Rursus fragor intonat ingens Hortantum, & vasto subitò volat astra tumultu. *Virg. de Polyph.* Clamorem immensum tollit, quo pontus & omnes Intremuêre undæ, penitusque exterrita tellus Italiæ, curvisque immugit Ætna cavernis. *Hunc clamorem nullus poëtarum neglexit,* COMPARATIONE *alicunde desumptâ adaugere: quod idem puero faciendum moneo in hunc aut alium modum:*

1. *Papin.* 3. *Th.* Tollunt clamorem: qualis supremus apertis Urbibus, aut pelago jam descendente carinâ. *Ibid.* It clamor ad auras; Quantus Tyrrheni gemitus salis, aut ubi tentat Enceladus mutare latus.

2. *Lucan. l.* 1. ——— it tantus ad æthera clamor: Quantus (piniferæ Boreas cùm Thracius Ossæ Rupibus incubuit) curvato robore pressæ Fit sonus, aut rursus redeuntis in æthera, silvæ.

3. *Silius l.* 5. —— clamor vario discrimine vocum Fert

belli

quàm cæsis gens est epulata juvencis. *Horat.* —— me pascunt olivæ, Me cicorea, levésque malvæ.

Edere. Comedere. Mandere. Vorare. Dente mordere. Morsu frangere. Malis absumere: morsu consumere, depasci. In viscera condere. Alvo mergere. *Horat.* Non Afra avis descendat in ventrem meum. *Sen. Th.* —— lancinat gnatos pater, Artúsque mandit ore funesto suos. *Ovid.* Inque tui cæcus viscera patris eas. *Cat.* —— quorum Dentes, vel silicem comesse possunt.

Lacerare, carpere, diripere. Morsu depasci. Avido convellere dente, Avidam demittere in alvum Alvo condere, recondere, demergere. *Ovid.* Ut quos demisit vastam Polyphemus in alvum. *Virg. de eodem Poliph.* —— vidi atro cum membra fluentia tabo Manderet, & vivi tremerent sub dentibus artus *Ovid.* 15. *Met.* —— nil te nisi tristia mandere sævo Vulnera dente juvat, ritúsque referre Cyclopum. *Id. l.* 14. Viscera cujus edam, cujus mihi sanguine inundet Guttur, & elisi trepident sub dentibus artus. *V. infrà* LANIARIA FERIS.

Cibum præbere.

Pascere Præbere alimenta. Ferre cibos. Dare victum. *Virg* 3. *Æn.* Victum infelicem baccas, lapidosaque corna. Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ. *Ovid. de Cerere.* Prima dedit fruges, alimentáque mitia terris, Prima dedit Leges. *Id de Diomede Thracia.* Efferus humana qui dape pavit equos. *Id. de Romulo & Remo.* Lacte quis infantes nescit crevisse ferino, Et picum expositis sæpe tulisse cibos? *Virg. de avibus.* Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam —— nidique loquaces Faucibus expectant venientia pabula siccis.

CIRCUMDARE.

Cingere. Amplecti. Circuere Ambire. Sepire. Coronare. Oceanus orbem circumdat, circumsonat, amplectitur, liquidis amplexibus cingit, ambit, obit, circuit, circum errat, circumfunditur. *Catull.* Oceanúsque pater, totum qui amplectitur orbem. *Ovid.* —— ambitæ circumdare littora terræ, *Id.* Qua latam Nereus cærulus ambit humum.

Locum sylva, muro, milite, indagine cingere, claudere, coronare. Corona vallare. *Ovid.* 5. *Met.* Sylva coronat aquas. *Virg.* Undique enim densa Teucri inclusere corona. —— densaque urbem cinxêre corona. —— undique colles Inclusere cavi, & nigra nemus abiete cingunt. *Id. l* 9. Ut fera, quæ densa venantum septa corona Contra tela furit.

CLAMOR.

Ingens, horrend⁹, horrisonus, vastus immensus, vagus, *&c.* Femineus, flebilis, sæv⁹, tristis, dissonus, varius, *&c.* Sublatus

Ad

ad æthera clamor. It clamor ad alta atria. Tum verò ingeminat clamor. Tollitur in cælum furiali turbine clamor —hic undique clamor.—Dissensu manus vario se attollit in auras. Ferit aurea clamor sidera. Tum verò exoritur clamor, ripæq; lacusque Responsant circa, & cœlum tonat omne tumultu.

Miserandis æthera complet vocibus. Et mœstas alto fundunt de limine voces. ———pulsataque saxa Audimus longè, & fractas ad littora voces. *Voces.*

Circumstant fremitu denso. Quò fremitus vocat, & sublatus ad æthera clamor. ———magno circum clamore fremebant. *Fremitus.*

Virg. —— Ingens fragor æthera complet. Cœlum tonat omne fragore.—Cœlum tonat omne tumultu. Sonat aula tumultu femineo. *Id. l.* 11. Hos inter motus, medio flagrante tumultu. *Id. l.* 2. *Æn.* At domus interior gemitu, miseróque tumultu Miscetur. *Id. l.* 13.——mistóque ingens exorta tumultu Lætitia. *Id.* Fit strepitus tectis, vocémque per alta volu[illegible]t Atria, &c. *In his altisque designatur clamor quidam confusus multitudinis, qui nunquam sine strepitu ac fragore. Vide infrà* SONITUS *&* DOLORIS SIGNA. *Fragor. Tumultus. Strepitus.*

Clamare.

Clamorem dare, edere, tollere, cœlum, auras, aëra, vias, urbem, campos, clamoribus implere, incendere, concutere. Clamorem ad sidera, in astra tollere. *Virg.* Clamore incendunt cœlum Troiesque Latinique. Tum verò immensus surgens ferit aurea clamor Sidera. — percussæ pectora matres Femineum clamorem ad cœli sidera tollunt.— Rursus fragor intonat ingens Hortantum, & vasto subiet volat astra tumultu *Virg. de Polyph.* Clamorem immensum tollit, quo pontus & omnes Intremuère undæ, penitusque exterrita tellus Italiæ, curvisque immugit Ætna cavernis. *Hunc clamorem nullus poëtarum neglexit,* COMPARATIONE *alicunde desumptâ adaugere : quod idem puero faciendum moneo in hunc aut alium modum :*

1. *Papin.* 3. *Th.* Tollunt clamorem : qualis supremus apertis Urbibus, aut pelago jam descendente carinâ. *Ibid.* It clamor ad auras ; Quantus Tyrrheni gemitus sal s, aut ubi tentat Enceladus mutare latus.

2. *Lucan. l* 1. ——— it tantus ad æthera clamor : Quantus (piniferæ Boreas cùm Thracius Ossæ Rupibus incubuit) curvato robore pressæ Fit sonus, aut rursus redeuntis in æthera, silvæ.

3. *Silius l.* 5. —— clamor vario discrimine vocum Fert belli

belli rabiem ad superos, & sidera pulsat: Ceu Pater Oceanus cum exesi in viscera montis contortum pelagus latrantibus ingerit undis: Dant gemitum scopuli, &c.

CLAUDERE, OBSERARE.

Occludere: claudere ferro & compagibus arctis. Inclusum occultare. Furtim includere. Obdere fores: aditum munire, obice firmo claudere: saxo *vel* fracti obice montis præstruere. Clausum tenere. Arctis includere septis. *Horat.* Inclusam Danaën turris ahenea, Robustæque fores, & vigilum canum tristes excubiæ munierant satis. Clausa domo teneor. Clauditur in tectis. *Vide Carcere mulctare.*

Claustrum.

Sera. *Ep.* Ænea, ferrea, ærāta, dūra, firma, strīdens, Æratâ limina clausa serâ. Clauditur & durâ janua firma serâ Portarum ingentia claustra. *Cat.* Claustra pandite januæ. Excute poste seram. Demere seram, removere, abjicere. i. e. pandere fores. *Ex quibus loquendi modis patet* seras *Antiquorum* [illegible] *exemptiles fuisse, nec affixas januæ, ut nostræ sunt seræ. Unde* reserare, i. e. *aperire: quia remotâ sera fores patesiunt. Idem firmat Ianus apud* Ov. 1. *Fast. loquens de tēplo suo, quod belli tempore patebat:*

Ut populo pateant reditus ad bella profecto;
Tota patet *demptâ* janua nostra *serâ.*

COGITARE.

Meditari. Animo, mente, pectore, corde agitare, volvere, volutare, movere, versare. Secum reputare, revolvere, repetere. Secum animo volutare, &c. Animo cœlum percurrere: mente peragrare, &c. —— Novas artes, nova pectore versat consilia —Dolos dirumque nefas in pectore versat. *Virg* — capere ante dolis & cingere flamma Reginam meditor. Multa movens animo —— omnia secum Versanti. tandem vix hæc sententia sedit Multa viri virtus animo, multusque recursat Gentis honos, hærent infixi pectore vultus.—— tecum prius ergo voluta Hæc animo. *Ovid* Occurrunt animo pereundi mille figuræ. *Id. de redeuntibus ab oraculo.* Interea repetunt cæcis obscura latebris Verba datæ sortis secum, inter séque volutant. *Id.* Hæc ego cùm sumptis agitarem mente tabellis. *Horat.* Ibam fortè via sacra, Nescio quid meditans nugarum, & totus in illis. *Homines illos meditabundos, atque in una aliqua cogitatione defixos, depinget tibi in Philosophis suis Persius sat.* 3.

Obstipo capite, & figentes lumine terram:
Murmura cum secum & rabiosa silentia rodunt.

Atque

Atque exporrecto trutinantur verba labello,
Ægroti veteris meditantes somnia GIGNI
DE NIHILO NIHIL, IN NIHILUM NIL POSSE REVERTI

COGNOSCERE.

Notum habere. Haud ignota loqui. Haud ignarus rerum *vel* futuri. ——novit namque omnia vates, Quæ sunt, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur. Haud dubiis cognosce re signis. *Sen.* Potésne facie noscere, ac vultu virum? Rerum cognoscere causas. *Ovid.* Nec latuêre doli fratrem Junonis. *Lucan.* — dum comperit istas omnia posse manus *Pers. de homine sagaci, & cui verba dare difficile sit.* —— —— dignoscere cautus. Quid solidum crepet, & pictæ tectoria linguæ. *Idem alibi proverbiali formâ*: Ad populum phaleras: ego te intus, & in cute novi. *Nosse Scire. Comperire.*

COLORUM GENERA

ex variis Auctorum locis inter se collatis eruta.

Color ALBUS.

Color nivis, lactis, cygni, *&c.* Lactea colla. Par nitor intactis nivibus. Superánsque nives & lilia candor. *Ovid.* Quippe color nivis est, quam nec vestigia duri calcavêre pedis, nec solvit aquaticus Auster. Candor erat, qualem præfert Latonia Luna. Quæ candore nivem, candore anteiret olores. *Mart.* Toto candidior puella cygno, Argento, nive, lilio, ligustro. *Ovid.* Ales niveis argentea pennis *Prop* ——— —niveis vectabere cygnis. *Hinc Ovidius canos suos cygneis plumis assimilat.* 4 *Trist. el.* 7. *Albens. Candens Candidus. Niveus. Lacteus Argenteus.*

Jam mea cygneas imitantur tempora plumas.

Color CÆRULEUS.

Lucret. & Ovid. Cærula cæli. *Virg. de Mart.* Vada cærula, *Prop. de Neptuno.* Cæruleus deus. *Id. de Nympha marina.* Cærula Cymothoe. *Virg. l* 8. *de Nilo.* — & tota veste vocantem cæruleum in gremium *Id. l.* 8. *de Tiberi.* — cum tenuis glauco velabat amictu carbasus. *Id. l.* 8. *de Iuturna Nympha.* ——caput glauco contexit amictu. CÆRULEUS *color aquis datur ab auctoribus, item* GLAUCUS. *An igitur glaucus idem planè cum cæruleo? ita plerique expositores consentiunt. Ego vero cælum* cæruleum *dicam, non glaucum*: salices & ulvam *cum Virgilio* glaucas *appellabo,* cæruleas *non item. Nam* glaucus *magis ad virorem tendere videtur. Vterque autem color* aquis & oculis *convenit: nam in his & illis utrumque deprehendas Hinc aqua Auctoribus* cæruleæ & virides. *Et omnis antiquitas tribuit Germanis, aliisque Septentrionalibus* oculos *Cæruleus*

los cæruleos, *qualis apparet cæli color; Palladi verò* glaucos, *qui & Cæsii dicuntur: quales sunt Noctua, quæ avis huic Deæ sacra est: hi autem magis ad virorem tendunt. Et distinguit clarè inter utrosque Cicero l. 1. Nat. ubi asserit dari* cæsios oculos Minervæ, cæruleos Neptuno *Certum est interim Palladis illos non fuisse* nigros, *qui olim commendati. Unde procacula illa apud Prop. l. 1.*

Palladis est oculos ausa negare bonos.

OBSERVANDUM *quoque cærulei coloris speciem quandam ad nigrorem tendere, unde Virgilio* cærula nubes *&* cæruleus imber: *Charontis quoque cymba* cærulea, *quam prius ferrugineam dixerat Atq; hic color, ut alii annotârunt, Græcis feminis usitatus in luctu ac funeribus producendis. Ex quo more Virgilius l* 1. ——— stant Manibus aræ cæruleis mœstæ vittis. *Et Ovidius sive Albinovanus consol. ad Liviam*:

Lumina cærulea jam jamque natantia morte.

Color FLAVUS.

Virgil. 1. *Georg.* Flava Ceres. Flava farra, ——— molli flavescet campus aristâ *Id.* 1. *Æn.* Flavum aurum. *Et l.* 4 Flavi crines. Flaventes comæ. *Et l* 10. Flaventes prima lanugine malæ *Id.* 7. *de Tib. Fl.* — & multa flavus arena. *Ovid. Fast.* Quærebant flavos per nemus omne favos.

Luteus. *Virgil l.* 7. *Æn.* Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. *Et*
Croceus. *de eadem l* 4. Tithonei croceum linquens aurora cubile. *Catullus dat Hymenæo* luteum soccum. *Ovidius* 10. *Met.* croceum amictum. LUTEUS *enim color est, qui apparet in vitello ovi. & proximè accedit ad croci ruborem: sic dictus à colore violæ, quam Vitruvius l* 7. *appellat* luteum: *Virgilius* Lutum *Eclogâ* 4.

Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti
Murice, jam CROCEO mutabit vellera LUTO,

Color FULVUS.

Prop. Fulva coma. *Virg. l.* 11. ——— nudo cui vertice fulva Cæsaries. *Ibid.* Fulva aquila. *Claud* ——— fulvúsque Tonantis armiger. *Virg. passim.* Fulva arena Fulvum aurum. Fulvi Leones *l.* 7. *Æn.* ——— fulvosque lupi de pelle galeros. *Et l.* 1. Ipse lupæ fulvo nutricis tegmine lætus Romulus. *Virg.* ——— fulvique insternor pelle Leonis. NOTA *Aurum, Crines, Arenam tam* flava, *quàm* fulva *dici, non enim uniformis ac constans ubiq; illorum color, sed nunc clarior atque ad pallorem accedens, qui est* flavus; *alibi obscurior, atque tunc est* fulvus. *Secus est in Aquila, Lupo, Leone: qui nunquam* flavi.

flavi. *Sed materia hac colorum semper difficilis fuit propter variam illorum interse mixturam quæ magis oculo discerni, quàm proprio exprimi vocabulo potest. Expertus id est Ovidius in capillis cujusdam describendis.*

Nec tamen ater erat, nec erat color aureus illis:
Sed quamvis neuter, mixtus uterque color.

Color NIGER.

Virg. Nigrantes terga juvenci. Assiduâ postes fuligine nigri. *Prop.* Funeris atra dies. *Ovid. de Plutone* — currúque atrorum vectus equorum. *Mart. l.* 4. *ep.* 6. Pulla Parcarum stamina. *Virg.* — Horrentique atrum nemus imminet umbrâ. *Id.* 3. *Æn.* Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis. *Prop.* Fusca regna Æthiopum. *Id. de Plutone.* Fuscæ Deus aulæ. *Horat.* Furvæ regna Proserpinæ. *Ovid* Cælum pice nigrius. Illyrica pice nigrior essem. *Virg. de Ætna lib.* 3. — prorumpit ad æthera nubem Turbine fumantem piceo. *Vtuntur & poëtæ in hoc colore* Ferruginis *voce, quæ est purpura Hispana nigrior sive obscurior. Ita Virgil. l* 6 *cymbam Charontis* ferrugineam *tribuit: & Ovidius* 5. *Met. Plutoni aurigantii,* obscurâ tinctas ferrugine habenas. *Propert. l.* 3. *in solis eclipsi* atratos equos *adhibet: Virgilius verò in eadem re ad* ferruginem *confugit.* 1. *Georg. de sole:* Nigrans Ater. Fuscus. Furvus. Piceus.

Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
Cum caput OBSCURA nitidum FERRUGINE texit,
Impiáque æternam timuerunt sæcula noctem.

Color RUBEUS.

Virg. Suave rubens hyacinthus. Rubenti murice Purpurei flores. *Id. de mari Cooca.* — ab Auroræ populis & littore rubro. *Id. de mari Ibero.* Præcipitem Oceani rubro lavit æquore currum. *Ovid.* 6 *Met.* —— ut solet aër Purpureus fieri, cùm primum aurora movetur. *Sil* — cum thalamis aurora Cubebit apertis. *Virg.* Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. *Id. Ecl* 5. Punicea roseta. *Id. lib.* 9. *de sanguine.* Purpuream vomit ille animam. *Ovid.* Puniceas vestes. PUNICEUS *color dicitur, vel à flore mali Punici, vel à purpura Punica sive Afra; datque* columbarum rostris *Propert. lib.* 3. *& psittaco suo Ovidius:* Rubens Purpureus. Roseus. Puniceus. Punicus

Tincta gerens rubro Punica rostra croco.

Color VIRIDIS.

Virgil. Fronde super viridi. Cingit viridanti tempora lauru. Proximus ut viridante toro consederat herbæ, — Virens. Viridans.

Herbidus. —& ſtagna virentia muſco.——& viridiſſima gramine ripa. *Papin.* — modò puniceo velabat amictu, Nunc herbas imitante ſinu. *Mart l* 5. Herbarum fueras indutus Baſſe colores, i. e. *Veſtem viridem, quæ Martiano Capellæ* herbida & herboſa: *quibusdam* carina, i. e. *verna à Vere, quod Græcis* ἔαρ *dicitur. Iuvenalis hanc veſtem plurali numero* galbana *vocat. Nam veteribus, teſte Lipſio in Electis,* galbus *color ſive* galbanus, *idem eſt, qui herbaceus. Erat autem feminarum aut mollium & effeminatorum. Ita cape Martialem l.* 1. *de quodam veſtitu gravi ac modeſto Curium ſimulante:* Fuſcos colores, galbanos habet mores. *Claudianus certè Armeniis tribuit, munditias etiam ad bellum transferentibus, ut omnes olim Orientales lib.* 2. *in Ruff.*

Illic Armeniæ VIBRATIS CRINIBUS alæ
HERBIDA collectæ facili velamina nodo.

COMETA.

Cometes *Ep.* Dīrus, ſanguĭneus, fātālis, fērālis, fulgens, flammans, lūcens, horrĭfĭcus, clārus, rŭbeſcens. Stella crinita. Fax dira cometæ. Crinémque timendi ſideris, & terris mutantem regna cometen. *Sen.* ————vidimus cœlo jubar Ardens cometam, pandere infeſtam facem. Rubeſcentes ferali crine cometæ. Flammigerúmque trahens ſpacioſo limite crinem. Nec diri toties arſere cometæ. Liquida ſi quando nocte cometæ ſanguinei lugubre rubent. Regnorum everſor rubuit lethale cometes; Conſcius ingentis mali. *Vida.* Cum belli motus aut funera Regum Portendunt, crinem irato ſparſere minacem Æthere, ſanguineique rubent lugubre cometæ. *Claud.* Augurium qualis laturus in orbem, Præceps ſanguineo delabitur igne cometes, Prodigiale rubens: non illum navita tutò, Non impunè vident populi, ſed crine minaci Nunciat aut ratibus ventos, aut urbibus hoſtes. *Opinio vulgata fuit jam inde ab Antiquorum ævo,* cometen *ſummis poteſtatibus exitium portendere: quam viri docti non levibus rationibus expugnare conati ſunt. Sed evicit longus rerum eventus, probavitque, quod jam ante Claudianus ſcripſerat:*

——nunquam terris ſpectatum impunè Cometen.

COMPARARE.

Si parva licet componere magnis. Grandia ſi parvis aſſimilare licet. Aptari magnis inferiora licet. Non illi quiſquam bello ſe conferet heros. Et mecum conferetur Ulyſſes? Si liceat ſuperis hominum conferre labores. Quid vetat à magnis

Ignis ad res exempla minores Sumere? quaque licat, rebus conferre æterna caducis?

Comparandi formulæ,

Haud secus ac. Non aliter quam qui Ac veluti Haud secus Androgeos, *&c.* Qualis apes æstate nova, per florea rura Exercet sub sole labor, *&c.* Qualis sæpe viæ depressus in aggere serpens, *&c.* Quale solet sylvis brumali frigore viscum Fronde virere nova; Talis erat species auri frondentis opacallice, *&c.* Vt pelagi rupes. Veluti qui. Lupi ceu raptores. Vt solet. Vtq leves stipulæ, Vt quondam. Nō secus atq; olim *in quibus* olim *&* quondam *ornatûs causâ, adjiciuntur.*

CONARI.

Viribus eniti. Omnia conari, tentare. Magna nituntur opum vi. Hoc acrius omnes incumbunt. Toto connixi corpore. Conari plurima frustrà. Instare, atque omnes impendere. Huc omnes vertere vires. Totis conniti viribus. *Papin.* ——stupuère Patres tentamur à tanta, conatusque tuos. *Ovid.* Magno molimine tentat. *Virg.* 2. *Æn.* Accessi, viridemque ab humo convellere sylvam conatus, &c. *Ibid.* Rursus & alterius lentum convellere vimen Insequor, &c. *Ibid.* Tertia sed postquam majore hastilia nixu Aggredior, genibusque adversa obstructor arena, &c. *Papin. lib.* 6 ——— luctantur abire jugales Nequicquam; frenosq; & colla rigentia tendunt LUCTAMUR *enim, quando nobis in re lenta at pertinaci, quasi cum adversario, laborandum est. Virg. lib.* 12. *de Ænea hastam in oleastrum delatam evellere conante:* *Tentare. Niti. Conniti.* *Luctari*

Namque diu luctans, lentoque in stirpe moratus,
Viribus haud ullis valuit discludere morsus
Arboris Æneas: dum nititur acer & instat.

Vide EXPERIRI.

CONJUGIUM.

Ep. Sociale, maritale, dulce, stabile Tædæ jugales. Socii consortia lecti. Connubiale jugum. Vincla jugalia. Jura tori. Thalami fœdera. Sacra jugalia. Lecti socialia jura. Casti jura marita tori. Sacræ connubia tædæ. Faces maritæ. Socialis amor. At tibi ego thalamos, tædasque parabam. Vnus erat, cum quo sociare cubilia vellem. Socialia casti jura tori. Maritale fœdus, jugum, *&c.* *Torus. Lectus. Thalamus. Cubile. Fax. Tæda. Connubium. Hymenæus.*

Virg. Quin gnatam egregio genero dignisque Hymenæis Des Pater, Talia connubia & tales celebrent Hymenæos Per connubia nostra, per inceptos Hymenæos.

HYMENÆUS (*qui &* HYMEN) *Deus nuptiis præsidens in*

plurali pro ipsis nuptiis vel conjugio ponitur. Inducitur à Poetis cum face ex tæda *vel* pino *arbore: quia moris olim fuit apud Romanos, ut pueri patrimi matrimique faces* NOVÆ NUPTÆ *præluc*erent: *idque vel in honorem Cereris (quæ tædis accensis filiam suam Proserpinā quæsivit à Plutone abreptam) vel quod non nisi sub noctem, & ubi contenebrasset, in mariti domum sponsa deduceretur. Hinc* tæda & Fax *pro ipsis nuptiis vel conjugio legitimo. Vnde Hypsipyle apud Ovid. conjugium suum cum Iasone, Medeæ incestis nuptiis præferens:*

Turpiter illa virum cognovit adultera virgo:
Me tibi, teque mihi, TÆDA PUDICA dedit.

Conjugium inire, seu *conjugem accipere*.

Subire vincla jugalia, tori jura. Socii fœdus inire tori. Aliquam sibi solenni jungere tædâ; legitimâ face, legitimo fœdere, vinclo sociare jugali. *Ov.* Si qua tibi sponsa est, si quam dignabere tæda. Te face solenni junget sibi. Thalami sociam accipere, diligere sibi, ducere, *&c.* Si qua velis aptè nubere, nube pari. Nota *Mulierem* nubere *(quia velo, quod* flammeum *dicebant, caput* obnubens, *ad virum deducebatur: unde & Nuptiarum nomen) Virum verò* ducere, *quia pactam sibi sponsam, velut rem coemptam, domum suam* ducebat. *Mart. lib.* 10.

NUBERE Paulla cupit nobis; ego DUCERE Paullam
Nolo: anus est. Vellem; si magis esset anus

Conjugium odisse.

Tædas odisse jugales. Dedignari maritum. Fugere connubia. Aversari viros, socium thalamum, vincla jugalia. *Sen.* Tristem juventam Venere deserta colens. Copulari pertinax tædis negans. *Ovid de Daphnide.* Multi illam petière, illa aversata petentes Impatiens expersque viri, nemora avia lustrat: Nec quid Hymen, quid amor, quid sint connubia, curat: Sæpe pater dixit; generum mihi filia debes: Sæpe pater dixit, debes mihi nata nepotes: Illa velus crimen tædas exosa jugales, *&c.*

Conjugium violare

Sacræ connubia fallere tædæ. Juncti rumpere vincla tori. Jugale solvere fœdus. Fallere jura tori. Thalamos violare. Temerare cubile. Deserere fœdera lecti. Sociale lædere fœdus. Sacra marita polluere. Venerem temerare maritam *Vide* ADULTERA.

Conjugio aptare. Nubilis.

Jam matura viro, Plenis jam nubilis annis. Apta viro, tempestiva. Jam vicina toro plenis adoleverat annis Virginitas. Thalamo jam casta adoleverat ætas. Hæc ubi nubilibus primum maturuit annis. Multi jam magno è Latio, totaque petebant Ausoniâ. Jam tradenda viro Quin gnatam egregio genero, dignisq; Hymenæis Des pater: jugandam tradas. *&c.*

CONJUGALIS DIES.

sive

NUPTIAS CELEBRARE.

Hymenem vocare, clamare, Festas celebrare tædas, solennes faces, noctem jugalem, sacra genialis tori, festa connubialia. *Ovid.* 1. *Met.* Luxq; jugalis adest, & jam mea fiet Ianthe, —— dilataque tempora tædæ Institerant. *Sen* —— thura cum Superis dares, Velata summum flammeo tenui caput: Et ipse lateri junctus atque hærens tuo, Sublimis inter civium læta agmina Incessit, habitu atque ore lætitiam gerens Princeps superbo. *Ovid.* Ecce canunt Hymenæon, in ignibus atria fumant: Cinctaq; adest virgo matrum nurûmque caterva, Præsignis faciem. *Idem.* At subito nostras ut Hymen cantatus ad aures Venit, & accenso lampades igne micant: Tibiaq; effudit socialia carmina vobis, *&c.* Turba ruunt, & Hymen clamant, Hymenæa frequentant. *Claud.* Ducunt pervigiles carmina tibiæ, Permissisq; jocis turba licentior Exultat tetricis libera legibus. Nota *in Nuptiis olim clamari solitū* Hymen ô Hymenæe; *Romanos vero insuper cujusdam* Thalassii *nomen inclamasse. Præterea licuisse servis eo tempore jocularia quædam carmina & parum severa in sponsos decantare, quæ* Fescennina *Latinis dicuntur, Claudianus* permissos jocis *appellat. Sen. in Med. Choro nuptiali.*

Festa dicax fundat convicia Fescenninus:
Rara est in Dominos justa licentia.

CONJUGALES DII.

quæ à Nubentibus placari, & in Nuptiis ex ritu invocari solent.

1. Juno, *quæ propterea à diversis nuptiarum ritibus varia cognomina sortita est.* Pronuba & Socigena *dicta est, quòd nubentes jungat & societ.* Unxia, *quod nubentes puellæ, simul ac venissent ad mariti limen, postes ornarent laneis vittis, & oleo ungerent ad arcenda maleficia, unde &* Uxores *dictæ* interduca

 & do-

& domiduca, *quòd novæ nuptæ solenni pompa in mariti domum deducerentur.* Juga & Jugalis, *quod nubentes ejusdem jugi pares faceret, unde* conjugium *nomen. Virg. lib.* 4. *Æn.*

Junonem ante omnes, cui vincla jugalia curæ.

2. HYMEN, *sive* HYMENÆUS, *quem aliqui putant juvenem fuisse Athenensem, qui popularium suorum filias à prædonibus avectas parentibus restituit, cùm prius unius ex illis nuptias sibi pactus esset. Alii Bacchi & Musæ Vraniæ filium faciunt, atque inter eos Catullus & Sen in Medea:*

Candida Thyrsigeri proles generosa Lyæi,
Multifidam jam tempus erat succendere pinum.

3. *Ex Diis magnis præter* Junonem *præcipuè invocabantur* Jupiter τέλειος *sive adultus*, Πειθὼ *sive* Suada, *Nuptiarum concialiatrix* Venus, *genituræ domina:* & Diana, *quæ etiam* Lucina *(licèt hoc nomen Iunoni quoque conveniat) dicitur, quod puerperio sive infantibus in lucem prodeuntibus præsit. Sunt ergo hi dii numero quinque; atque ideo quinque tantum cereos olim in nuptiis accendi solitos; auctor est Plutarchus Sen. Medea:*

Dii CONJUGALES, tuque genialis tori
LUCINA custos, &c.

CONSANGUINEUS.

&

CONSANGUINITATIS GRADUS.

Agnatus. Propinquus. Sanguine junctus. Sanguine ab uno descendens. *Virg.* Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno. Stirpe abjuncta genus ducens. Consanguinitate propinquus. Consors generis Cognatus sanguis. *Hor.* Natis, charisque propinquus. *Virg* Quodque à stirpe fores geminis conjunctus Atridis. *Ovid.* 13. *Met.* Nostri quoque sanguinis auctor Jupiter est, totidemque gradus distamus ab illo.

AFFINIS. *Ovid.* Jus aliquod faciunt affinia vincula nobis: Nam tibi, quæ conjux, eadem mihi filia pæne est. Et quæ se generum, me vocat illa virum.

AVUS. *Virg. lib.* 7. —Fauno Picus pater, isque parentem Te Saturne refert, tu sanguinis ultimus auctor. *Ov. Met. de Ajace.* Æjacus huic pater est: Æacon agnoscit summus, prolemque fatetur Jupiter esse suam: sic à Jove tertius Ajax. *Vlysses ibidem.* Nam mihi Laërtes pater est, Arcesius illi, Jupiter huic. *Niobe lib.* 6. *Met.*——mihi Tantalus auctor, Plejadum soror est genitrix mea: maximus Atlas est avus, ætherium qui fert cervicibus axem.

PATER. *Epith.* Dilectus, charus, venerandus, optimus, &c.

&c. Sanguinis auctor. *Ariadna Theseo* Nec Pater est Ægæus, nec tu Pitheidos Æthræ filius: auctores saxa fretumque sui. *Ov. Met.* Qui te progenuit, taurus fuit. *Æneas apud Virg. l.* 3. Heu! genitorem, omnis curæ casusque levamen, Amitto Anchisen: hic me pater optime fessum Deseris. *Phaëton ad Solem.* Pignora da genitor, per quæ tua vera propago Credar. *Phœbus Phaëtonti.* Scilicet ut nostro genitum te sanguine credas, Pignora certa petis: do pignora certa timendo, Et patrio pater esse metu probor. *Parens. Genitor*

MATER. *Ep.* Dulcis, chara, dilecta, optima, sollicita, pia, alma, *&c.* Quæ genuit, progenuit: utero gestavit: conceptum edidit in lucem; ubera præbuit. *Ovid.* Non genitrix Europa tibi, sed inhospita Syrtis, *Catull.* Quænam te genuit sola sub rupe leæna. *Dido Ænea apud Virg. l.* 4. Nec tibi diva parens, generis nec Dardanis auctor, Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hircanæque admôrunt ubera tigres. *Vide* GIGNERE. *Parens. genitrix*

FILIUS: *Ep.* Charus dulcis, dilectus, *&c.* Quo genitore satus? quo sanguine cretus? —— magni genitus de semine tandem Creditur esse Jovis. *Virg.* Chara Deum soboles Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem. *Dido Ænea* Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles: si quis mihi parvulus aula luderet Æneas, qui tantum ore referret. *Claud. de Afris.* Non illis generis nexus, non pignora curæ. *Ovid. Ep* —— prolemque gemellam, Pignora Lucina bina favente dedi. *Medea apud Sen.* —— liberi quondam mei, Vos pio paternis sceleribus pœnas date. *Ovid* 6. *Met.* —— qui matri sarcina quondam Prima suæ fuerat, i.e. *Primogenitus* (*Evander de Æn.*) Dum te chare puer, mea sera & sola voluptas Complexu teneo. *Natus. Gnatus. Soboles. Propago Proles. Pignora Liberi.*

FRATER. *Ep.* Charus, dilectus, dulcis, fidus, pius, *&c.* O vita frater amabilior. Fraterna fides. Fraternum pectus. *Virg.* 12. —— novem pulcherrima fratrum Corpora constiterant contrà, quos fida crearat Una tot Arcadio conjux Tyrrena Gilippo. *Lucan.* Stant gemini fratres, fœcundæ gloria matris. Quos eadem variis genuerunt viscera faris, *&c.* *Germanus.*

NEPOTES. *Ep.* Seri, tardi, venturi, *&c.* Maneat nostros ea cura nepotes. Arbor venturis factura nepotibus umbram. *Virg.* Progeniem sed enim Trojano à sanguine duci Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces. —— regem, regumque parentem, unde genus longâ nostrum dominabitur Alba: Et nati natorum, & qui nascentur ab illis. *Ovid.* 1. *Met.* —— sobolemque priori Dissimilem populo promittit, origine mirâ, *Horat.* Ætas parentum pejor avis, tu- *Propago Soboles. Genus. Posteri.*

lit Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosiorem. *Ovid.* 3. *Pont.* Vos enim seri laudabunt sæpe nepotes. *Pont. l.* 2. Hæc certe meritò poterunt laudare minores. NEPOTES *propriè filii filiorum, sed catachresticos pro omnibus posteris: qui statim post trinepotes dicuntur Latinis* Minores. *Virg. lib.* 8. *de sacris ab Hercule institutis propiùs contraxit:*

Ex illo celebratus honos, lætique minores
Servare diem ———

CONSCIENTIA.

Mens facti conscia. Testis domesticus. Sævus carnifex animi: conscius mentis pavor *Iuv.* —— Quos diri conscia facti Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit. Occultum quatiente animo tortore flagellum. Pœna autem vehemẽs: nocte dieque suum gestare in pectore testem. Hi sunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent, Cum tonat: exanimes primo quoque murmure cæli. *Hor.* Nil conscire sibi, nullâ pallescere culpâ. *Pap.* ——— tamen assiduis circumvolat alis Sæva dies animi, scelerumque in pectore diræ. *Ovid.* Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra Pectora pro facto, spemque, metumque suo. *Conscientiæ vermem, qui malos assiduè rodit lanciatque, pulchrè expressit Virg. in Titii Gigantis supplicio l.* 6. *Æn.*

———— rostroque immanis vultur eburno
Immortale jecur tundens, fœcundaque pœnis
Viscera, rimaturque epulas, habitatque sub alto
Pectore: nec fibris requies datur ulla renatis.

CONSTANS.

Immotus. Mens flecti nescia. Propositi tenax. Animus immotus, sibique constans, Neque me sententia vertit. Mens immota manet. Sed nullis ille movetur fletibus, aut voces ullas tractabilis audit. Si mihi non animo fixum, immotumque sederet. *Horat.* Justum & tenacem propositi virum, Non civium ardor prava jubentium, Non vultus instantis tyranni Mẽte quatit solida, neque Auster, nec fulminantis magna Jovis manus. Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinæ.

Nescius fortunæ dare terga. Nullis frangitur ille minis. Ingens ferre mala, & fortuna subdere colla nescius. Qui metus omnes subjecit pedibus: Carnificum minas &, paratam mortem aspiciens Haud alio vultu, quàm si conviva jaceret, Inter plena meri redimitus pocula fertis. Sedet vultu gravitate immota sereno. Qui inter utramque fortunam, Immotum potuit tenere vultum, *&c.*

COM-

COMPARATIONES.

1. *Vir constans & immobilis aut aliquis SS. Martyrum comparari potest primo cum rupe: qua*

Obvia ventorum furiis, expostáque Ponto,
Vim cunctam atque minas perfert cœlique marisque
Ipsa immota manet. Nequicquam spumea circum
Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.

2. *Cum valida & annosa quercu, quam venti*

——— nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes.
Ipsa hæret scopulis; & quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in Tartara tendit.

CONSUMERE.

DE CURIS, TEMPORE, BLATTIS. &c.

Dente *vel* morsu consumere, carpere, depasci, perdere. *Virg.* ——est mollis flamma medullas. *Ovid.* 1. *Pont.* Estur ut occulta vitiata putredine navis: Roditur ut scabra posi-tum rubigine ferrum: Conditus ut tineæ carpitur ore liber: sic mea perpetuos curarum pectora morsus, Fine quibus nullo conficiuntur, habent. *Id. Met.* Tempus edax rerum, túque invidiosa vetustas Omnia destruitis, vitiatáque denti-bus ævi Paulatim lenta consumitis omnia morte *Id.* Tabi-da consumit ferrum lapidésque vetustas. *Tib.* Longa dies molli saxa peredit aquâ. *Ov.* Gutta cavat lapidem, consumi-tur annulus usu, Et teritur pressâ vomer aduncus humo, &c. *Destruere, Corrumpere*

CONTEMNERE.

Habere despicatui. Habere pro vili. Spernere ac putare parvi. Non curare. *Virg. Ecl.* 2. Despectus tibi sum, nec, quis sim quæris Alexi. ——— quoniam sordent tibi munera no-stra. O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Magno fa-stu, gravi vultu, tetricâ fronte fastidire, respuere, &c. *Virg.* Invenies alium, si te hic fastidit Alexis. *Tib.* — nec munera parva respueris. *Cat.* Multi illam petiêre, illa adversata pe-tentes.———nec tu aspernata vocantem *Virg.* Nonne fuit satius tristes Amarillidos iras, Atque superba pati fastidia? *Prop.* Et cave nostra tuo contemnas carmina fastu, &c. *Spernere. Despicere, Fastidire. Respuere. Aversari. Aspernari*

Contemptim proculcare.

Pedibus terere; calcare, proterere. Imposito pede pre-mere, proculcare. Sub pedibus habere, premere. Pedibus

 subji-

ſubjicere. *Ovid.* Illud amicitiæ ſanctum ac venerabile nomen. Nunc tibi pro vili, ſub pedibuſque jacet. Victis inſultare. Cæloſ calcare duces. Colla ducum premere.

CONVENIRE & CONVOCARE.

Undique conveniunt. Undique collecti coëunt——ſocios in cœtum littore ab omni Convocat Æneas. *Ovid.* Conciliumque vocat: tenuit mora nulla vocatos.——extemplo populumque gravemque Senatum convocat. Olli convenere, fluuntque ad regia plenis tecta viis. *Virg* Huc etiam tota cucurrit ore juventus. Una undique circumfundimur, Magnum & iſtæ glomerantur in orbem. Huc omnis turba ad ripas confuſa ruebat. Undique viſendi ſtudio Trojana juventus Circumfuſa ruit. —— turba vias impleverat agmine denſo: Ardua ſtipat fora, *&c.*

CONVIVIUM.

ET HUC SPECTANTIA.

Ep. Lætum, dulce, vinōſum, ſplendĭdum, pingue, *&c.* Convivia regali ſplendida luxu: pulchro inſtructa paratu: feſto convivia læta tumultu. Convivia inire, agitare, celebrare, inſtaurare epulas: epulis vacare, indulgere. Feſtivas celebrare dapes. Dulcia cum multo celebrant convivia Baccho. *Sil.* Tum vacui cutis vicino littore menſas Inſtituunt, feſtoque agitant convivia ludo. *Virg.* 1. *Georg.* Mutuaque inter ſe læti convivia curent: invitat genialis hyems. *Ov Met.* Atria tota patent, pulchroque inſtructa paratu Cepheni proceres ineunt convivia regis. *Virg.* 1. *Æn.* At domus interior regali ſplendida luxu Inſtruitur, mediiſque parant convivia tectis *Sil. l.* 11. Inſtituunt de more epulas, feſtamque per urbem Regifice exſtructis celebrant convivia menſis, *&c.*

2. *cibos coquere.*

Flammis torrere: ferventibus undis mollire, domare. Verubus figere, trajicere longâ cuſpide. *Mart.* Spumeus in longa cuſpide fumet aper. *Virg.* Pars in fruſtra ſecant, verubuſque trementia figunt Viſcera: ahena locant alii, flammaſq; miniſtrant *Ovid.* ——— partim ferventibus artus Mollit aquis, partim ſubjecto torruit igni. ——— pars inde cavis exultat ahenis, Pars verubus ſtridet. *Sen Thyeſt.* Hæc verubus hærent viſcera, & lentis data ſtillant caminis: illa flammatus latex Querente aheno jactat, *&c.*

3. *Men-*

3. *Mensam parare.*

Dapibus instruere: epulis onerare. Extruere toros: ponere mensam: instruere dapes. *Virg* Quinquaginta intus famulæ. quibus ordine longo Cura penum struere. — totidemque pares ætate ministri, Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant ———— onerantque canistris Dona laboratæ Cereris, Bacchumque ministrant. *Ovid* Dumque parant epulas, portandaque vina ministri. *Claud* Tecta parant epulis, ostroque refecta corusco Humida gemmiferis illuxit regia mensis *Adde his Silium lib. 11. in convivio, quo Hannibal excipitur à Campanis*:

—— —— non una ministri
Turba gregis. Posuisse dapes his addita cura,
His adolere focos, his ordine pocula seriæ:
Nec non & certis struitur penus Aspera mensa
Pondera cælati fulgent antiquitus auri.
Eripiunt flammæ noctem, strepituque moventûm
Murmurat alta domus———.

4. *Discumbere.*

Toro purpureo, ostrino, Tyrio, fulgenti, sublimi discumbere. Toros premere, frangere. *Mart. de hora cœna.* Imperat exstructos frangere nova toros. *Ovid.* 12. *Met.* Discubuêre toris proceres, & corpora tosta Carne replent, vinoque levant, curasque, sitimque. *Ibid* Nubigenasque feros, positis ex ordine mensis, Arboribus tecto discumbere jusserat antro. *Virg,* ——— Maurusia pictis gens epulata toris. Exstruimusque toros, dapibusque epulamur opimis. *Id.* 1. *Æn.* Jam Pater Æneas, & jam Trojana juventus Conveniunt, stratóque super discumbitur ostro, *Sen. Agam.* ——— Epulæ regiâ instructæ domo Celebrantur: ostro lectus Iliaco nitet.

Nota TOROS *sive* lectulos *veterum (nam in iis accubantes comedebant) alios fuisse divitum, alios tenuioris fortunæ hominum* Illi *enim* sublimes *à terra, tum* plumâ *mollissimâ farcti, veste denique* purpureâ *vel* Attalicâ *instrati*: *Hi non procul à terra, ex herbis collectis exstructi, lino velati. De prioribus est illud Papinii* 1, *Th.* —— ostro tenues, auroque sonantes Emunire toros. *De posterioribus, Ov.* 8. *Met.* —— in medio torus est de mollibus ulvis. *Et l.* 4. *Fast. de Diis, Hyrei cujusdam hospitio utentibus.*

Nec mora: flumineam lino celantibus ulvam,
Sic quoque non altis, discubuêre toris,

5. *Epulum.*

EPULÆ, *Ep.* Lautæ, regāles, ŏpĭmæ, ſupĕrbæ, gĕnĭālés, lætæ, feſtæ, Săliāres, Perſicæ, *&c.* Perſicus apparatus. Ambroſiæ dapes. Cœna ſumptuoſa, dives, & ex omni inſtructa macello. *Catull.* Largè multiplici conſtructa ſunt dape menſæ. *Mart.* ——— in fercula ſeptem It Saliare epulum. *Horat.* Nunc Saliaribus ornare pulvinar deorum Tempus erat dapibus ſodales. *Virg.* —— epulæq; ante omnia paratæ Regifico luxu. *Luc. l.* 10. Excepēre epulæ tantarum gaudia rerum, Explicuitque ſuos magno Cleopatra tumultu Nondum tranſlatos Romana in ſæcula luxus. *Hor.* Cœnamus aves, conchylia, piſces. *Luc.* —— quod terra, quod aer, Quod pelagus Nilusque dedit: quod luxus inani Ambitione furens toto quæſivit in orbe. *Mart. ad Cæſ.* Veſcitur omnis eques tecum, Populuſque, Patreſque: Et capit Ambroſias cum duce Roma dapes. *Horat.* Multaque de magna ſupereſſent FERCULA cœna. Genialis fercula cœnæ, i. e. *multa & ſumptuoſa, ut in nuptiis ſolet.* FERCULA *à ferendo: quæ alia aliis ingeſta leporum pater Plautus appellat* Struices patinarias, *in Pœnulo. Nempe:* Standum eſt in lecto, ſi quid de ſummo petas. *Martialis ſumptuoſas epulas appellat alibi* Capitolinas dapes *ab epulo, quod decreta ob res bene geſtas ſupplicatione Iovi in Capitolio ampliſſimum parabatur. Hor. l.* 1. *Od.* 37. Saliares *appellat à cœnis, quæ per omnes ſacrorum dies Saliis ſacerdotibus (auctore Feſto) dapſiles atque opimæ apponebantur.* Dubiam *quoq; cœnam Latini appellant opiperam: nempe (ut eſt apud Terent.)* ubi tu dubites. quid ſumas potiſſimum. *Vitur hac phraſi Hor. ſat.* 2. *l.* 2. *Luxûs ac gulæ incommoda perſtringens:*

——— ——— vides ut pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia? QUIN corpus onuſtum,
Heſternis vitiis animum quoque prægravat unà
Atque affigit humo divinæ particulam auræ.

CORNUA.

- Arietis: *Ep.* Flexa, flexŭōſa, torta, intorta, curva, incurva, rĕcurva.
- Cervi: *Ep.* Rāmōſa, arbŏrĕa; alta, prōcēra.
- Bovis: *Ep.* Torta, intorta, unca, flexa, curva, cămūra, *&c.* Pătula, ſurrecta, *&c.*

Cornu petere, ferire. *Prop.* Non ſolùm taurus ferit uncis cornibus hoſtem. *Virg.* Occurſare capro, cornu ferit ille caveto, *Id.* ——— ——— paſcite taurum Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam. NOTA *Boum cornua non unius*

eſſe

esse forma. Camura *dicuntur, quæ introrsum torta sunt: unde & Camuræ, tecta fornicata.* Patula *verò, quæ in diversum, supraque modum patent. Hinc* Boves Patuli & camuri. *Virgilius 3. Georg. inter alias bovis eximiæ notas.*

CORNUA *porrò vituli novella adcrescentia pulchrè per lunæ tertiæ comparationem describit Hor. lib. 4. Ode 2.*

Me tener solvet vitulus, relictis
Matre qui largis juvenescit herbis:
Fronte curvatos imitatus ignes
Tertium Lunæ referentis ortum.

CORONA.

CORONA REGIA. *Ep.* Aurĕa, aurāta, gemmĕa, gemmifĕra, gemmāta, fulgens, rădĭans, insignis, nitĭda, *&c.* Gemmis corulcans, picta: auro gemmisque dives. Inclytū capitis gestamen: aurea redimicula. *Sen.* Frontis regiæ nota. *Idem Thyest.* — regiam capitis notam squallor recusat noster. *Iuven* Coronæ orbis. *Virg. de Latino Rege* ——— Cui tempora circum Aurati bis sex radii fulgentia cingunt. *Id.* ——— Duplicem gemmis auroque coronam. *Claud.* ——— lapidum distinctas igne coronas.

CORONA SERTA *sive* FLOREA. *Ep.* Nexĭlis, sūtĭlis, textĭlis, picta, pictūrāta, frondea, vĭrĭdis, flōrĭda, frāgrans, ŏdōrāta, rĕdŏlens, mollis, gĕnĭālis, rŏsĕa, laurĕa, *&c.* Vario florētia serta decore: variis picta coloribus. Sertaque purpurea laurea mixta rosa *Lucan.* ——— sertas nardo florente coronas. *Ov. Fast.* ——— Accedunt Charites, nectuntq; coronas, Sertaq; cœlestes implicitura comas. *Cat de floribus.* Hos indistinctis plexos tulit ille corollis *Id.* Cinge tempora floribus suaveolentis amarici. *Tib.* Cui decorant sanctas florea serta comas. *Ovid.* ——— palmam dare grata juventus, Sertaque odoratæ myrtea ferte comæ, *Id. 5. Fast.* Tempora sutilibus pinguntur tecta coronis, Et latet injectis splendida mensa rosa. *Usitatissimum veteribus in largiori invitatione coronis uti, quæ nunc propriè* geniales. SERTUM *&* SERTA *dicitur, corona è flore vel fronde conserta sive contexta. Hinc* Laurea serta *poetarum;* Spicea *aut* flaventia *cereris vel Æstatis;* Rosea *vel* mollia *amantium, compotantium,* &c. *Sen. in Herc. Far, ad coronam Ariadnæ è stellis consertam transtulit, Et Claud. in nupt. Honorii:*

Jam tibi molitur stellantia SERTA Bootes.

Serta. Corolla

Coronare.

Caput, frontem, tempora, crines coronâ, fronde, flo-

re,

re cingere, præcingere, vincire, devincire, redimere, tegere, premere, velare, advelare, ornare, implicare, innectere, *&c.* Serta dare capiti. Serta comis imponere. Domum *vel* fores sertis intendere, exornare: festâ fronde velare. *Virg.* Intenditque locum sertis, & fronde coronat.—— —— frondenti tempora ramo implicat. *Id. lib.* 5. Victorem magnâ præconis voce Cloanthum declarat, viridique advelat tempora lauro. *Ovid.* Festaque odoratis innectunt tempora sertis.——De tenero cingite flore caput. Bacche racemiferos hederâ redimite capillos. *Tib.* Et capite & collo mollia serta geras, *Claud.* Ille caput flavum lauro Parnasside vinctus. Et sacro meritos ornet diademate crines. *Prop.* Mollia Pegasides vestro date serta Poetæ: Non faciet capiti dura corona meo.

Corollas texere.

Serta *vel* coronam tenero pollice nectere, connectere, fingere, plectere. Flores intexere, sertis *vel* in serta jungere. Floribus è variis contexere. *Tib.* Flore puer verno primum de flore coronam Fecit, & antiquis imposuit laribus. *Horat.* ——necte flores, necte meo Lamiæ coronam. Pimplæa dulcis. *Id.*—— quis udo deproperare apio coronam, curátve myrto? *Id.*——est in hortis, Phylli, nectendis apium coronis, est hederæ vis. *Lucret.*——juvátque novos decerpere flores, Insignemque meo capiti petere inde coronam. *Vide* FLORES.

CORPVS HUMANMM.

Epith. Cadūcum, frăgĭle infirmum, morbĭdum, pĕrĭtūrum. *&c* Corporis pondus: animum gravans, tardans, inficiens. Corporea moles Corporis artus. Membra morbis excedenda: morbis *vel* morti obnoxia. Animæ ergastulum, carcer, vinculum. Fragile lutum *Prudent.* ——caducum vasculum Compage textum terreâ *Horatius primi hominis corpus vel materiam potius, è qua illud formatum, appellat* limū *l.* 1. *Od.* 12. *Ov.* 1. *Met.* terram mistam fluvialibus undis. *Respicientes non ad fabulam, sed ipsissimam veritatem, quam ex sacrorum voluminum lectione Hesiodus, Empedocles aliique didicerant, atque ad posteros fabulosum in morem sub Promethei persona transmiserant. Ajebant enim Prometheum, figura è limo affabrè effictâ, ignem ab æthere delatum, i. e. animum, (quem ideo Hor.* auræ divinæ particulam *appellat), indidisse atque ita hominem efformasse: Claud.* 4. *Hon. Cons.*

—— ——cum conderet artus

Nostros, ÆTHERIS miscens TERRENA Prometheus.

Corpus exanime.

CADAVER. *Epith.* Deforme, informe, gelidum, frigens, mœstum, miserandum, tetrum, exanimum, *&c.* Corpus spoliatum lumine. Infensa membra, frigida, lurida. Mutum & sine sanguine corpus : Artus inanes. Deforme alitibus liquere cadaver. Projectum jacuit cadaver, laniandaque sævis membra feris. *Sen.* Jam te cadaver flebile (i. e. *mortuum*) aspicio miser? Defunctaque corpora vitâ. Inhumatáque funera passim. Exstinctum funus. *Nam sæpe à Poetis* funus *pro ipso cadavere ponitur. Prop. lib.* 3. *Funus.*

Hæccine parva meum funus arena teget;

CORPORIS PARTES.

BRACHIA. *Epith.* Candida, candentia, nivea, mollia, *&c.* Valida, fortia, *&c.* Brachia *vel* lacertos collo injicere Cupidis lacertis amplecti, Ostendit humeros latos, & fortia laxat brachia Adducto torquens hastile lacerto Dum pila valent fortes torquere lacerti. *Vide* AMPLECTI, JACULUM. *Lacerti.*

CAPUT. *Ep.* Pulchrum, honestum, flavum, intonsum, canum, *&c.* Capitis vertex. Canos effundens vertice crines, *Virg.* ——— medio dux agmine Turnus Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est. Superat capite & cervicibus altis. Cava tempora, ferro trajicit. Tempora perfringit fulvo protecta capillo: —— viridique advelat tempora lauro, *Ovid. Metam.* Terque quaterque gravi juncturas verticis ictu Rupit, & in liquido jacuerunt ossa cerebro. *Vertex. Tempora.*

COLLUM. *Ep.* Albens, niveum, eburneum, candidum, lacteum, formosum, blandum, pulchrum, nitens, *&c* Luxuriant niveo baccata monilia collo, *Ov* Candida dividuâ colla tegente comâ ——— impubesque genas, & eburnea col-*Id.* —— Flavi crines, & eburnea cervix. *Claud. de Sponsis.* Sub juga cervices niveas Hymenæus adegit. *Iuven.* Præbenda est gladio pulchra hæc & candida cervix. *Cervix.*

COR. *Ov.* Molle meum levibus cor est violabile telis. *Prop.* ——— falcor molle cor esse mihi, *Virg.* ——— miseris heu! præscia longe Horrescunt corda agricolis. Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis. *Ov.* Et tua sunt silicis circum præcordia venæ. *Præcordia.*

DENTES. *Ep.* Candidi nitentes, nitidi, eburni. *Vide indicem.* Dente renidet ebur. *Cic.* Candiduli dentes, venusti oculi. Dentium vallum candens, nitens, rarum. *Polit.* Quid margari-

garitas dentium præcandidorum proloquar? Oris ossa. *Ov. Met. inpugna* Disjectis ossibus oris: mixtos sputantem sanguine dentes. Dentes polire, fricare. *Catull.* Dentem atque russam defricare gingivam. *Dentifricium apud Martialem, anum alloquens, quæ alienis dentibus gingivam armaverat.*

Quid mecum est tibi me puella sumat?
Eruptos non soleo polire dentes.

Articuli. DIGITI. *Ep.* Longi, teretes, molles, eburnei, nivei, *&c.* —— digitis intendit mollibus aurum. —— citharam digitis percussit eburnis. *Prop.* Tale facis carmen docta testudine quale Cynthius impositis temperat articulis. *Ov. 2. Pont.*

Vultus. ———— & sibi quid sit Utile, sollicitis computat articulis.

FACIES. *Ep.* Venusta, pulchra, decora, insignis candida, rosea, nitens, conspicua, serena, honesta, hilaris, blanda, *&c.* Insignis facie. *Prop.* Nec me tam facies, quamvis sit candida, movit. ———— roseo pulcherrima vultu. *Virg.* Nec

Os. tibi vultus mortalis, nec vos hominem sonat. *Id* Os, humerosque Deo similis. Virginis os habitumque gerens. ————

Ora. tantum egregio decus enitet ore. ——— cui plurimus ignẽ subjecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.

FRONS. *Ep.* Pulchra, nivea, nitens, nitida, lucida, pura, venusta, *&c.* Decora, honesta, honora, eximia, conspicua, &c, *Virg.* ——— mediam gemina inter tempora frontem Dividit. *Prop.* Utque vagi crines puris in frontibus errant.

Malæ. GENÆ. *Ep* Molles, teneræ, nitidæ, niveæ, eburnæ, roseæ, purpureæ, decoræ, pulchræ, dulces, *&c.* Occupet & teneras purpura grata genas *Virg* Flagantes perfusa genas. *Ovid.* Cum tibi vernarent dubia lanugine malæ *Virg.* ———— frontem Dividit impubesque immunivulnere malas.

Poples. GENU, *Ep.* Firmum, forte, *&c.* Flexum, curvum, incurvum, succiduum, *&c.* Genua ponere, submittere, inclinare, *&c.* ——— humi genu pressus utroque jacet —— tarda trementi Genua labant, *Papin.* Poplite succiduo resupinum, ac pæne ruentem. *Ovid.* Quà mollia nodosus facit internodia poples. *Virg. 11.* ——— incidit ictus Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.

Fibra. JECUR. *Ep.* Calidum, fervens, fervidum, molle, *&c.* Sanguinis officina. Sedes cupiditatis, *Claud* Iram sanguinei regio sub pectore cordis Protegit: At sibi cuncta petens, nil collatura cupido, In jecur & tractus imos compulsa recessit. *Horat.* Incontinentis & Titii jecur. *Virg. de eodem.* Immortale iecur, fœcundaque pœnis Viscera, nec fibris requies

datur

datur ulla renatis. *Sen.de Victima non litante* —— magna pars fibris abest, Et felle nigro tabidum spumat jecur. Septemque venas tendit *Virg.* Tristibus aut extis fibræ apparere minaces. *Contra Tibull. l.* 1. —viden' ut felicibus extis Significet placidos conscia fibra Deos? FIBRUM *dicebant antiqui, quod nos extremum. Hinc* Fimbria, *vestis ora;* & FIBRÆ, *extremitates jecinoris, quas sollicitè observabant Aruspices, persuasi vim illis divinandi inesse maximam. O stulta crudelitas! divinabit occisum scil. quod vivum nihil sciverat: & loquetur fibris, quod ore tacuerat, sed pergüt illi, ac teste Ov.*

Protinus ereptas viventi corpore fibras
Inspiciunt, mentemque Deûm scrutantur in illis.

GUTTUR. *Ep.* Căvum, hĭans, pătŭlum, &c. Tria guttura pandens Cerberus. *Sil.* Mors graditur vasto pandens cava guttura rictu. *Prop.* Nam tribus infernum custodit faucibus antrum Cerberus. *Ov.* 12. *Met.* —— genibusque premens præcordia duris Vincla trahit galeæ, quæ presso subdita mēto Elidunt fauces, & respiramen iterque Eripiunt animæ. *Fauces.*

LABRA. *Ep.* Purpŭrĕa, rŏsĕa, tĕnĕra, mollĭa, &c. *Vide* OSCULARI.

LINGUA. *Ep.* Garrŭla, verbōsa, lŏquax, petŭlans, mordax. măla, mălĭgna, ămāra, vānĭlŏqua, &c. Disserta, blanda, dulcis, fācunda, &c. Este procul lites, & amaræ prælia linguæ. *Prop.* Rabida jactat convitia linguâ *Id.* Hoc tibi lingua nocens, hoc tibi forma dedit. *Id.* Te non ulla meæ læsit petulantia linguæ. *Horat.* Seu linguam causis acuis. ——victrix opulentia linguæ. *Vide* ELOQUENS.

MANUS. *Ep.* Nĭvĕa, candens, tĕnĕra, &c. Fortis, vălĭda, invicta, &c. Invictaque bello dextera Dextram labenti tendit inermem. *Prop.* Ornabat niveas nullane gemma manus. *Id.* Et duro teneras lædere fune manus. *Dextra.*

NARES. *Ep.* Pătŭlæ, căvæ, săgaces, ŏdōræ, ăcres, &c. *Virg. de vacca.*—cœlum suspiciens patulis captavit naribus auras. *Ov.* Perque cavas nares, oculos, auresque cerebrum Molle fluit. Canes nare sagaces: naribus acres. *v.* ODORARI.

OCULI *vide infrà litterâ* O.

OS. *Ep.* Fācundum, cultum, dĭsertum, &c. Blandum, cănorum, dulcĭsŏnum, &c. *Ov.* Quæ sit enim culti facundia, sensimus oris. —— magno nunc ore sonandū. *Prop.* Hei mihi quod nostro parvus in ore sonus! ———— varios incinit ore modos. *Ov.* —— narrantis pendet ab ore viri. *Invenies* & OSCULUM *pro parvo ore, quale pueris & puellis tribui*

solet

solet. Ita multi interpretantur Virgilium 1. *Æn. de Iove Venerem osculante*: Oscula libavit natæ. *Mart. lib.* 11. *de Puella*:

Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi,

Nec data sunt nigris tota labella rogis.

Vestigia FIDES. *Ep.* Formōsi, molles, tĕnĕri, nīvĕi, nĭtĭdi, aurĕŏli, ĕburni, *&c.* cĕlĕres, vēlōces, ăgĭles, cĭti, vagi. Pella imos tegit alba pedes, *Tib.* Fusa sed ad teneros lutea pella pedes. *Ov.* Erramusque vago per loca sacra pede. *Prop* Sunt quibus in celeres gloria nata pede *Iuven.* Velocis gloria plantæ. Vestigia ferre, referre. *Prop* — — ignotos vestigia ferre per

Planta. ignes *Virg. de Lapsabundo*: Vestigia presso haud tenuit titubata solo, *nam* VESTIGIUM *& signa pedum, & pars pedis. teste Nonio Prop. lib.* 1.

Ebria cum multo traherem vestigia Baccho.

PECTUS. *Ep.* Candĭdum, nĭvĕum, candens, nĭtĭdum, *&c.* Forte, magnănĭmum, gĕnĕrosum, inclytum, &c. *Virg* Tum latebras animæ pectus mucrone recludit. ——— viribus ensis adactus Trāsadigit costas, & candida pectora rumpit. *Prop.* Fac mea rescisso pectora nuda sinu, *Ovid* Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem.

PULMO. *Ep* Anhēlus, tŭmĭdus, mollis, sanguĭnĕus, *&c.* *Virg.* ——— ensem tumido in pulmone recondit. *Luc.* At tumidus quà pulmo jacet, quà viscera fervent *Pers.* ——— quod pulmo animæ prælargus anhelat. *Ov.* 1. *Pont.* Cernis, ut è molli sanguis pulmone remissus Ad stygias certo limite ducat aquas. *Sen. Od.* ——— non animæ capax In parte dextra pulmo sanguineus jacet.

SINUS. *Ep* Nĭvĕus, mollis, tĕner, blandus, pătŭlus, *&c.* Călĭdus, tĕpĭdus, *&c* Sinu recipere, fovere. Sinum lachrimis implere. *Ovid.* Decidit in tepidos lucida gutta sinus. *Virg.* 4. *Æn.* Semianimamque sinu germanam amplexa fovebat. ——— sinum lachrimis implevit obortis.

UBERA. *Ep.* Lactea, distenta, tŭmĭda, grăvĭda, tĕpĭda, dulcia, Lacte distenta. Dulcia matris ubera parvus amat. *Ovid. de Hædulo.* Lascivitque fugâ, lactātiaque ubera quærit. *Virg.* Vbera vaccæ lactea dimittunt. ——— gravido superant vix ubere limen. *Horat.* Refertque tenta grex amicus ubera. *Vide* LACTARE.

Alvus. VENTER, *Ep.* ăvĭdus, ăvārus, imprŏbus, vŏrax, răbĭdus, jējūnus, *&c.* Tŭmĭdus, pinguis, ŏbēsus, turgĭdus, &c. *Hor.* Quidquid quæsierat, ventri donabat avaro. *Ov. de Polyph.* Semianimasque artus avidam condebat in alvum. *Virg. de Equo.* Argutúmque caput, brevis alvus, obesaque terga. *Vide* EDERE, FAMES, VORARE, *Iuven. sat.* 4. Montani quoque ven-

venter adest abdomine tardus, i.e. *ipse Montanus ventricosus; nam* ABDOMEN *est ima pars ventris pinguior, quæ in quadrupedibus dicitur* Sumen, *in hominibus aliter* Aqualiculus. *Persius sat.* ——nugaris cum tibi Calve
Pinguis aqualiculus propenso sesquipede exstat.

Ep. Tumens, tumidus, gravidus, plenus, *&c.* — uteri manifesta tumore Proditur indicio ponderis ipsa sui. Cœlesti tumidus pondere venter erat. *Ouid.* 3. *Met. de Semele*— — manifestaque crimina pleno Fert utero. *Ibid.* Imperfectus adhuc infans genitricis ab alvo Eripitur. UTERUS *propriè est mulieris*; Venter *&* alvus *utrique sexui competit. Virgilius interim equo Trojano etiam* Uterum *tribuit. Sed illa machina erat: deinde primis Græcorum gravida; nam.* Uterum

Huc delecta virûm sortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri: penitusque cavernas
Ingentes, UTERUMque armato milite complent.

VISCERA. *Ep.* Mollia, intima, &c. *Ouid. de Apro* —geminos direxit ad inguina dentes: Viscera lapsa fluunt, madefactaque terra cruore est. *Sed. Oed.*—— non molli ambitu O menta, pingues viscerum obtendunt sinus. *Ouid.* Diripiant avidæ viscera nostra feræ. *Virg. l* 12. —— jugulat pecudes, & viscera vivis eripiunt. *Id. l.* 4. —— pecudumque reclusis Pectoribus inhians spirantia consulit exta. EXTA *sunt, quæ in visceribus victimarum extant, ut cor, pulmo, lien, jecur: quæ veteres cæsis animalibus extracta Diis offerebant, ac sæpe ad futura divinanda inspiciebant, idque properanter; priusquam sanguis frigeret. Hinc* spirantia *&* fumantia *dici reperies. Virg.* 2. *Georg. in re sacra*:

Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

CORRIGERE.

1. CORRIGERE MORES SUOS.

Vitam in melius referre. Mores priores damnare. Quidquid vitiorum prior illeverat ætas emendare. *Ouid.* 4. *Tr.* Nostraque vincetur lacrymis clementia seris. Fac modò te pateat pœnituisse tui: Fac modò, te damnes: cupiasque eradere vitæ Tempora, si possis, Tisiphonæa tuæ *Id.* 3. *Trist.* Id quoque quod viridi quondam malè lusit in ævo, Heu nimium serò damnat, & odit opus. *Pers.* Apposita intortos emendat regula mores, Et premitur Ratione animus, *&c. Vide infrà* PECCATI POENITERE. Emendare.

2. CORRIGERE SCRIPTA.

Scripta *vel* libellos emendare, incudi reddere *vel* tradere.

dere. *Horat.* Et malè tornatos incudi reddere versus. *Ovid. 1. Trist.* Quidquid in his igitur vitii rude carmen habebit, Emendaturus, si licuisset, eram. Limâ adhibere. Limâ polire. Ad judicium limæ vocare. Limâ uti. *Ovid. de Pont.* Scilicet incipiam limâ mordacius uti, Ut sub judicium singula verba vocem Scripta refingere, mutare. Mendas *vel* errata lituris, calamo, manu delere, expungere. Spongiam adhibere, Lituram facere. *Ovid. 3. Pont.* Sæpe ego correxi sub te censore libellos, Sæpe tibi admonitu facta litura meo est. Stylum vertere. *Horat. l. 1. sat.* Sæpe stylum vertas, iterum quæ digna legi sunt Scripturus, neque te ut miretur turba, labores; Contentus paucis lectoribus. OBSERVA *veterum scribendi morem, qui in tabulis ceratis ferreo quodam stylo sive stimulo mentis suæ sensa exarabant. Is* stylus *superiore sui parte obtusior erat: ut, quod acumine sive acie styli exaratum erat, stylo inverso delere possent, id est, ceram complanare. Hinc* stylum vertere *idem est, quod prius scriptum delere, emendare. Facit huc mirè Prudentii locus de Cassiano martyre discipulorum stylis interfecto:*

Inde alii stimulos & acumina ferrea vibrant,
Quâ parte aratis CERA sulcis scribitur:
Et qua secti apices abolentur, & æquoris hirti
Rursus nitescens innovatur area.

CRUDELIS.

Asper. Durus Nescia precibus mansuescere corda. Quem nec longa dies, pietas, nec mitigat ulla. Sed nullis ille movetur fletibus, aut voces ullas tractabilis audit. Indocilis flecti. Surdior æquoribus. Surdâ contemnens aure preces, precantum verba, &c. *Virg.* Nec magis incepto vultum sermone movetur; Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes.

Atrox. Trux. Æquore quovis asperior ô scopulis undaque ferocior! Ferrum & scopulos gestans in corde. Tua sunt duro præcordia ferro vincta: in duro stat tibi corde silex. Et tua sunt silicis circum præcordia venæ, Et rigidum ferri semina pectus habet. Ferro durior & chalybe: & saxo, quod adhuc vivum radice tenetur. Præ te non duri montes, non robora dura. Durior est glacies pectore nulla tuo. Duritiem vincunt nulla metalla tuam. Mitius inveni, quàm te genus omne ferarum. Illi robur & æs triplex circa pectus erat.

Sævus. Ferus. Cruentus. Sanguine gaudens. Cupidus cruoris. Multa cæde cruentus. O diris barbare factis, ô crudelis, ait. Notus feritate Lycaon. Duris genuit quem cautibus horrens Caucasus, Hyrcanæque admôrunt ubera tigres. *Catull.* Quænam te genuit

genuit sola sub rupe Leæna; Quod mare conceptum spumantibus exspuit undis? Quæ Syrtis? quæ Scylla vorax? quæ vasta Charybdis: Talia qui reddis pro dulci præmia vita. *Ovid.* Te lapis & montes, innataque rupibus altis Robora, te sævæ progenuêre feræ. *Id à contrario.* — Nec enim de tigride natus: Nec rapidos silices, solidumve in pectore ferrū, Aut Adamanta gerit: nec lac bibit ille Leænæ *Claud* Naturamque simul, fratremque, hominemque cruentus Exuit: cæde madens, atrox gladio. *Ovid.* Natus es è scopulis, nutritus lacte ferino: Quamque lupi, sævæ plus feritatis habes. Quæque tibi quondam tenero ducenda palato Plena dedit nutrix ubera, tigris erat. *Immanis. Barbarus.*

CRUDELITAS AC SÆVITIA INFAMIS.

1. THRACES, GETÆ, SAUROMATÆ, SCHYTÆ, GELONI, MASSAGATÆ, BISALTAE, &c. *Populi Septemtrionales, feritate ac sævitiâ præ cæteris nobiles; His adde* GÆTULOS, NUMIDAS, MAUROS *aliosque Africæ populos planè inhospitales & inhumanos: adeò ut hospites collocarent instar scopi, adque eos sagittis se exercerent. Quod indicat Lucan l.* 10.

——— fixo qui ludit in hospite Maurus,

2. TYRANNI SICILIAE. *Nam (teste Iustino l.* 4.) *Tyrannorum quàm Sicilia nulla terra feracior. Quò respexit Horat. lib.* 1 *Ep.*

Invidiâ SICULI non invenêre TYRANNI
Tormentum majus ———

3. BUSIRIS *Rex Ægypti crudelissimus, qui, quoscumque hospitio acciperet, Iovi immolare solebat. Item* PHALARIS *Siciliæ Tyrannus, cujus fuit taurus aneus à Perillo inventus, in quo homines inclusi, igne subjecto, bovis mugitum imitabantur. Ovid. Trist.*

Sævior es tristi Busiride: sævior illo
Qui falsum lento torruit igne bovem.

4. THEROMEDON (*qui aliis* THERODAMUS) *Rex Scythiæ nota immanitatis, qui hominum cruore leones pascebat. Item* ATREUS *Rex Argivorum, qui fratris Thyestis filios à se mactatos ipsi patri comedendos apposuit. Quibus adde* DIOMEDEM *Regem Thraciæ, equos suos hospitum sanguine pascere solitum. Ovid.* 1. *Pont.*

Non tibi Theromedon, crudusque rogabitur Atreus.
Quique suis homines pabula fecit equis.

5. SCYRON, PROCRUSTES, SCINIS: *latrones famosi quorum primus inter angustos rupes subsidens, jubebat viatores*

res sibi pedes abluere, ac tum pede percussos præcipitabat in mare. Unde Sen. Hippol.

Mittai que præceps saxa per Scyronia.

Alter hospites ad lecti sui mensuram vel breviores extendebat, vel longiores decurtabat. Meminit ejus Sen. in Hipp.

———membra quis ferus Scinis,
Aut quis Procrustes sparsit?

Tertius homines solebat pinis alligare, quibus in sublime renitentibus discerpebantur in partes. Tangit. Ovid. 8. Met.

Occidit ille Scinis, magnis malè viribus usus:
Qui poterat curvare trabes, & agebat ab alto
Ad terram, latè sparsuras corpora pinos.

6 *Adde his, si libet,* PHINEUM *Arcadiæ Regem; qui filios suos suasu secundæ uxoris excæcavit:* CREONTEM *Thebanorum Tyrannum, qui mortuis sepulturam negavit,* &c. *Ex Romanis autem* CINNAM, SULLAM, NERONEM *alios que.*

CRUX.

Trabs. Arbor. Truncus Robur. Lignum Stipes. Ornus.

Ep. Prōbrōsa, dūra, horrenda, cruenta, tristis, āmāra, fūnesta. Crucis lignum. Funesta trabs. Fatale robur. *Vida* Altaque roboribus fabricatur quadrifidis Crux, Tormenti genus: hâc olim scelera impia Reges urgebant pœnâ, sontesque hâc morte necabant. Tum neque honos erat infami, neque gloria trunco: At nunc numen habet. *Idem de Christo.* Humeroque trabem duplicem ipse gerebat Præcisis gravidam nodis ac robore iniquo, Qua super, infando mortales linqueret auras Supplicio, & duros finiret morte labores. Trabe jam pendebat ab alta. Quisquis pendentem è stipite cernis. Funesto properant distendere ligno. Infami nunc liber ab orno desiliat, si numen habet? vincla omnia rumpat. O crux tincta sacri flumine sanguinis. *Max. Vrint.* Digna Deo trabs hospite, nobile lignum: Vitæ vita novæ, mortis mors, terror Averni. Amabilis arbor: Tu Ducisætheri vexillum & forte trophæum, Rore quod intinxit sanguinis ille sui. Tessera Christiadum.

Crucifigere.

Infami trunco suspendere, Affigere cruci. In trabe figere. In crucem tollere. Funesto extendere ligno, Decussato ligno affigere, trabibus per mutua nexis. *Vida.* Nuda dehinc tendunt transverso brachia ligno, Diversaque ambas affigunt cuspide palmas. Hinc atque hinc mucrone pedes terebantur eodem. *Ita quidem sentit Vida, sed verò propius singulos Christi pedes singulis clavis transfixos: ut doctissime*

mè probat R. P. Corn. Curtius Augustin. in singulari de Clavis Dominicis libro.

CURA.

Anxia. *Ep.* Sollĭcĭta, ambĭgua, dūbĭa, anceps, păvĭda, vĭgĭlans, insomnis, inquiēta, *&c.* Grăvis, ingens, mordax, ĕdax, spīnōsa, ăcerba, ăcris, ămāra, carnĭfex, ūrens, stĭmŭlans, dūra, mĭsĕra, tristis, ātra, fūnesta, ægra, pallĭda, damnōsa, nŏcens, sĕvēra, tĕtrĭca, *&c.* Tăcĭta, sĕcrēta, arcāna, *&c.* Animum, mentem, pectus, præcordia pungens, stimulans, sollicitans, turbans, discrutians, torquens: somnos abrumpens, rumpens, impediens: corpus extenuans, medullas exedens, *&c.* Curarum stimuli: curarum morsus. *Ovid.* Extenuant vigiles corpus miserabile curæ. *Id.* Sic animum lento curarum frigore lædit. Non igitur mirum, si mens mea tabida facta, De nive manantis more liquescit aquæ *Catull.* ——mœstas exēdit cura medullas! *Virg.* ——somnos abrumpit cura salubres. ——nec placidam membris dat cura quietem. *Catull. de Ariad.* ——assiduis quam luctibus externavit Spinosas Erycina serens sub pectore curas. *Horat.* Mordaces sollicitudines. *Id.* Amara curarum: deformis ægrimonia. Mentis tumultus: *lib. 2. Od. 16. docens veram quietem, non ab opum & Honorum affluentia aut auratis ædium superbarum laquearibus, sed ab æquitate animi modicis rebus contenti, expectandum esse.*

Non enim gazæ, neque Consularis
Summovet Lictor miseros tumultus
Mentis: & Curæ laqueata circum
Tecta volantes.

Curis angi.

Curis mordacibus uti, torqueri, urgeri, cruciari, discruciari, confici, lacerari, consumi, *&c.* Curarum mole gravari. Curas animo, pectore *vel* sub pectore volvere, volutare, jactare, versare, agitare. Curarum æstu fluctuare, agitari, jactari. Ingeminant curæ, augentur. *Sen.* Alia ex aliis cura fatigat, Vexatque animum nova tempestas. *Sil.* Volvere curarum tristes in pectore fluctus. *Virg. 7.* —magno curarum fluctuat æstu, Atque animum nunc huc celerem nunc dividit illuc, In partesque rapit varias, perque omnia versat. *Id.* Tum verò in curas animus diducitur omnes. Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas Versabat. *Ovid.* Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis. *Sen Thyest.* Non curarum somnus domitor pectora solvit. *Ovid.* Sic mea perpetuis liquescunt pectora curis, Ignibus admotis ut nova cera

folet. *Id.* Nolumus assiduis animum tabescere curis: *Vide suprà* CONSUMERE *& infrà* DUBITARE, SOLLICITUS.

Curam gerere.

Curare Invigilare. Curâ non levi, non postrema patriam *vel* res amicorum tueri, tutari. Curâ sagaci, sedulâ, vigili, solerti rebus prospicere. Curam concipere, gerere pro aliquo. Esse curæ. *Ovid.* ——tibi enim fore cætera curæ. Si qua est tibi cura tuorum. *Menelaus Helenæ Paridem commendans.* —— —— resque, domusque. Et tibi sit curæ Troicus hospes, ait. Provida sedulitàs, rebusque intenta gerendis. Rebus invigilare. Vigiles perducere noctes. *Sil.* Vigil ille, nec ullam ad requiem facilis. *Id.* Turpe Duci totam somno consumere noctem, O Lybiæ ductor, vigili stant bella magistro *Claud.* Curarent superi terras. *Ovid.* ——quo certum est sospite cunctos Ausoniæ curam gentis habere Deos. *Id.* 2. *Tr. ad Augustum.* A te pendentem sic dum circumspicis orbem, Effugiunt curas inferiora tuas. Non ea te moles Romani nominis urges, Inque tuis humeris tam leve fertur onus; Lusibus ut possis advertere numen ineptis, Excutiasque oculis otia nostra tuis. *Hinc illa Horatii excusatio perbella ad eundem Cæs. Augustum curis imperii districtum lib. 2. Epist. 1.*

Cùm tot sustineas, & tanta negotia solus;
Res Italas armis tuteris: moribus ornes:
Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar.

Curis animum levare.

Curas ponere, deponere, omittere, dimittere, abjicere, pellere, depellere. Curas ludo *vel* carmine levare, fallere. Solvere animum curis, exuere, curisque exuta malignis pectora. Mitte hanc de pectore curam. *Virg.* Somno laxabant curas, & corda laborum. His dictis curæ emotæ, pulsusque parumper corde dolor. *Sen. Thy.* Pectora longis hebetata malis, jam sollicitas ponite curas: Fugiat mæror, fugiatque pavor: Redeant vultus ad læta boni. *Tib.* Ite procul durum curæ genus, ite labores. *Horat.* Dissipat Evius curas edaces. *Id.* ——& fide Cyllenæa, Levare duris pectora sollicitudinibus. *Ovid.* Tristia, quâ possum, carmine fata levo: Fertur & abductâ Briseide tristis Achilles Æmonia curas attenuasse lyra. *Id.* Gratia Musa tibi: nam tu solatia præbes, Tu curæ requies, tu medicina venis. *Vide* GAUDERE, SOLATIUM, *&c.*

CUR-

CURRERE.

Rabido cursu, celeri passu, pernicibus plantis, agili pede ferri, tolli, rapi, auferri, fugere, volare, advolare, ruere, viam celerare, *&c.* Aëri cursu petit ardua montis. Passibus aufertur rapidis: fugit ocyor aurâ Cursu festinus anhelo ad volat, *&c.* Cursu transmittere campum: æquore aperto volare; præcipiti cursu campum corripere. Cursuque amens ad littora tendit. Cum clamore ruit magno. Sic cursum in medios rapidus dedit Emicat ante alios. Jamque hoc cursu jam præterit illos. Cursu per medias urbes agitur. *Virg.* ——— —pernicibus ignea plantis. Transit equum cursu. *Vide* SUGERE,

CURSUS, VELOCITAS HYBERBOLICA.

Cursu. *Epit* præcipitī, pernīcī, effūsō, celerī, rāpidō, cito, prŏpĕrō, concitō, igneō, vŏlucrī, ăgili prævertere ventos, flumina, sagittas, fulminis alas, celeris vestigia cervæ, &c. *Virg.* — volat ilicet ocyor Euro, Speluncamque petit; pedibus timor addidit alas. *Papin.* Quæ tantum carbasa Ponto: Quæ bello sic tela volant: quæ nubila cœlo? Amnibus hibernis minor est, minor impetus igni: Tardius è summo decurrunt flumina monte *Sol* —levibus gens ignea plantis: Cui sonipes cursu, cui cesserit incitus amnis. ——certant pennæ: campumque volatu. Cùm rapuêre, pedum frustra vestigia quæras. Tenuia vix summo vestigia pulvere signant *Id.* — exiluere per auras Ocyus effusis, nervo exturbante sagittis, *&c.*

CURSUS VELOCITATE OLIM PRAESTANTES.

CAMILLA, *Volschorum in Italia Regina, de cujus pernicitate Virg. l. 7.*

Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

ATALANTA, *Schænei vel, ut alii, Iasii Argivorum Regis filia, quæ, cùm à nuptiis abhorreret, procis suis cursûs certamen proposuit, in quo victum, mors; victorem, conjugii sui præmium sequeretur. Papin. 10. Theb.*

————quis Mænaliæ Atalantæ
Nesciat egregium decus. & vestigia cunctis
Indeprensa procis?

LADAS. *Alexandi Macedonis cursor, tantâ pedum veloci-*

lacitata, ut vestigia ejus in arena non apparerent. Cujus meminit Catullus & Mart: l. 11.

Habeas licebit alterum pedem Ladæ;
Inepte, frustra crure ligneo curres.

Plinius l 7.c.20 meminit pueri novennis, quem non nominat, qui Fonteio & Vipsanio Coss. à meridie ad vesperam confecit 75 passuum millia, quæ milliaria sunt minimum 25 nostratia. Putem eundem esse, quem Mart. l 6. ATHAM *vocavit.*

Sive levem cursu vincere quæris Atham.

His addere potes PERSEUM, DÆDALUM, BELLEROPHONTEM *quos habes suprà fol* 96.

COMPARATIONES.

COMPARARI *potest cursu effuso sese aliquò proripiens: Primò, cum navi ventorum impetu oblata. Ovid.2. Met.*

——— ita fertur; ut acta
Præcipiti pinus Boreâ, cui victa remisit
Frena suus rector, quam Diis votisque reliquit.

2. *Cum, torrente, qui*

——— undis pluvialibus auctus
Per sata, perque vias fertur; nec, ut antè solebat,
Riparum clausas margine finit aquas

3. *Cum sagitta, equo Olympico, fulmine, tigride, ventis, aut*

——— quæ nocte polo delabi credita stella est.

4. *Cum aquila. Papin. l 8.*

——— nec segnius ardens
Accurrit, niveo quam flammiger ales olori
Imminet; & magnâ trepidum circumligat umbrâ.

CURRUS.

Epit. Lēvis, ăgĭlis, cĭtus, cĕlĕr, vŏlucris, vŏlans, sŏnans, altus, arduus, bĭjŭgus, quădrĭjŭgus, *&c.* Quadrijugo vehitur curru. Conscendere currum. ——— saltuque superbus emicat in currum, & manibus molitur habenas. Curru vectari vehi, portari, ferri, auferri, levari *Papin.* Famæ curribus ardui levatus. *Ovid* Si rota defuerit, tu pede carpe viam. *Virg.* ——— Volat vi fervidus axis. ——— spoliis oneratos Cæsaris axes. *Prop.* Mollia sunt parvis prata terenda rotis. CURRUS *dictus est, quòd eo veteres uterentur ad cursum.* BIGÆ, *quibus bini equi subjungebantur, ut* QUADRIGIS *quatuor.* *Quamquam* BIGÆ & QUADRIGAE *non tum de curru quàm ipsis equis dicitur: quos sæpè Virgilius absolutè* Bijugos & Quadrijugos *vocat Ita l.12.* ——— bigis it Turnus in albis. *Ubi non currus, sed equorum colorem exprimere voluit: quod prius l. 1. dixerat:*

Rota. Axis, &c.

Quales.

biju-

——bijugis infert se Lucagus albis.

Iuven. sat. 3. —— rhedarum transitus arcto vicorum inflexu. *Id. de mendicis ad viam Aricinam.* Dignos Aricinos qui mendicaret ad axes, Blandaque devexæ jactatet basia rhedæ. *Prop. l.* 2. Curvè te in Herculeum deportant esseda Tybur, Appia cur toties te via ducit anum? *Claud. de mulabus Gall.* Esseda concordes multisonora trahent. *Prop.* Si te fortè meo ducet via proxima busto. Esseda cælatis, siste Britanna jugis. ESSEDUM. *Vehiculi genus, quo Romani sæpe ad viam faciendam, Galli verò & Britanni aliæque gentes vicinæ (à quibus sumpsere Romani) frequentissimè in* pugna *utebantur. Virg.* 3. *Georg. de equo*: Rheda. Essedum

Belgica vel molli melius feret esseda collo.

CURRUS AGITATORUM.

Epit Cĕlĕr, vŏlucris, ālēs, præceps, cĭtus, răpĭdus, cĭtātus, *&c.* Currus agitare sonantes. Versare agiles in pulvere currus. *Virg.* Non tam præcipites bijugo certamine campum Corripuêre, ruuntque effusi carcere currus. *Id.* Primus Erichtonius currus, & quatuor ausus Jungere equos, rapidisque rotis insistere victor. *Id de ipsis aurigatoribus.* —— illi instant verbere torto, & proni dant lora; volat vi fervidus axis: Jamque humiles, jamque elati sublimè videntur Aëra per vacuum ferri, atque assurgere in auras.

CURRUS TRIUMPHALIS.

Epith. Sŭperbus, insignis, pictus, aurātus, aureus, ēburnus, *&c.* Superbi axes, auro fulgentes *Ov.* Illa ducis facies in curru stantis eburno, *Id.* Hos super in curru Cæsar victore trahetis: Atque sono, plausuque simul fremituq; calentes Quadrijugos cernes sæpe resistere equos. *Tibull.* At te victrices laurus, Messala, gerentem Portabat niveus currus eburnus equis. *Prop.* —— currus utroque ab littore ovantes.

Currum regere.

Currum flectere, gubernare, agere, agitare. *Ovid.* —— medios Juturna per hostes Fertur equis, rapidoque volans obit omnia curru. *Id. de eadem.* —— in faciem conversa Meisci Aurigæ, currumq; & equos, & lora regebat. *Phœbus Phaëtonti.* Nec tibi quadrupedes animosos ignibus illis In promptu regere est, vasti quoq; rector olympi Non aget hos currus. *Ovid.* Cernis, ut in curru modò det fluitantia rector Lora, modò admissos arte retentet equos. *Sen.* —— citos currus gubernans, ora nunc pressis trahit Constricta habenis, terga

terga nunc torto frequens verbere coercet. *Ovid.* Parce puer stimulis, & fortius utere loris *Vide* HABENA.

CURRUS PARTES.

quas poetæ synecdochicos sæpe pro ipso curru usurpant.

1. AXIS. *Virg.* ——valido sub pondere faginus axis Instrepat. Quem rota præcipitem & procursu concitus axis Impulit, effuditque solo *Ovid. de curru solis.* Aureus axis erat, temo aureus. *Claud.* Hic ligat axe rotas.

2. JUGUM *Virg.* 10. Ipse rotis saliens juga deseris. *Id* 16. *de Baccho:* Et qui Pampineis victor juga flectit habenis. *Prop.* Esseda cælatis siste Britanna jugis. *Virgilius de auriga excusso:* Dum trahitur, pendetque jugis.——— —hunc lora & juga subter Provolvêre rotæ: JUGUM *in curru est, ubi auriga sedebant. Unde Ovid.* 1. *Met. de Phaëtonte puero patris currum regente:*

Sed leve pondus erat, nec quod cognoscere possent
Solis equi, solitâque JUGUM gravitate carebat.

3. TEMO *Ep.* Longus, prōtentus, ăgilis, &c. *Virg.* ——junctos temo trahat æreus orbes. *Id.* Aurigam Turni media inter lora Metiscum Excutit, & longè lapsum temone relinquit *Papin.*——quâ te bijugo temone frementem Intemeratarum volucer trahit axis equarum.

Orbis. 4. ROTA *Ep.* Curva, flexa, vŏlūbĭlis, strĭdens, gĕmens, *&c.* Lĕvis, cĭta, răpĭda, pernix, vĕlox, vŏlucris, cĕlĕr, *&c.* Rota axe volubilis. Perpetuum quæ circum volvitur axem. Ferratirotarum orbes. *Virg. de fluvio congelato:* Undaq; jam tergo ferratos sustinet orbes. Puppibus illa prius patulis, nunc hospita

Orbita. plaustris. *Ovid.*—aurea summæ Curvatura rotæ, radiorum argenteus ordo. Rotarum lapsus, cursus. *Sen.* Rota præcipitis vertitur anni. Velox orbita. *Prop.* Orbita lunæ. *Virg. Ætnâ:* Solis scire modum, & quanto minor orbita lunæ est. *Lucretius* solis rotam *dixit.* ORBITAM *verò pro rota sumi, non abit à consueto poëtarum more, qui etiam* Vestigium *pro pede usurpant. Est autem aliàs* Orbita *rota per viam decurrentis vestigium : quod Propertius dixit*—obliquæ signa iterata rotæ. *Ovid* 2. *Metam. de Phœbo Phaëtontem admonente:*

Hác sit iter. Manifesta rotæ vestigia cernes.

CURRUS DEORUM.

quibus animalibus trahantur :

SATURNI *à Draconibus:* DIANAE *à cervis:* THETIDIS *&* TRI-

TRITONIS *à Delphinis*: OCEANI *à Balenis*: SOLIS *ab equis ignivomis*: LUNÆ *à Bobus vel* (*quod poëtis usitatius*) *ab equis nocti concoloribus. Auson.*

Tertia fissipedes renovavit Luna juvencas,
Dum fugitas nostram dulcis amice domum.

MARTIS *ab Equis Thraciis; quos Servius aliique Terrorem ac pavorem appellant: quamquam hi à Pipinio ac Claudiano in Martis comitatu ponantur. Facit pro Servio Val. Flaccus l. 3. ubi clarè equos Martis nominat* terrorem *ac* pavorem. *Virgilius certè 3 Georg duos tantùm agnoscit*:

——— —& quorum Graji meminêre Poëtæ
Martis equi bijuges, & magni currus Achillis.

VENERIS *à columbis vel passerculis frequentissimè verò à cygnis sive oloribus Papin. 1. Silv de Venere*:

———thalamique egressa superbum
Limen, Amyclæos ad frena citavit olores.
Jungit amor, lætamque vehens per nubila matrem
Gemmato temone sedet.— ——

CYBELES *sive* Matris Deûm *à leonibus: quòd sc. materna pietas omnia potest superare. Virg. 3. Æn. de Creta insula*:

Hic mater cultrix Cybele, Corybantiaque æra,
Et juncti currum Dominæ subiêre leones.

CERERIS (*quo & Medea & Triptolemus usi*) *à draconibus trahi perhibetur. Ov. 4. Met. de Cerere*:

———geminos Dea fertilis angues
Curribus admovit, frenisque coercuit ora:
Atque levem currum Tritonida misit in urbem.

JUNONIS *currui tribuuntur pavones ob superbiam. Vide, quæ annotavimus supra fol. 99. Ovid. 2 Met.*

— ——habili Saturnia curru
Ingreditur liquidum pavonibus aera pictis.

BACCHI *currum trahunt Lynces, Tigres, Panthera: quia nullum est ingenium tam sævum, quod vino non dometur. Ov. alibi*

Jam Deus in curru, quem summum texerat uvis,
Tigribus adjunctis aurea lora dabat.

NEPTUNI *Currus trahi perhibetur ab* Hippocampis, i. e. *equis marinis, qui priores tantùm pedes habebant, reliquâ corporis parte in caudam desinente Pontum legebant. Pap. 2. Theb.*

Illic Ægæo Neptunus gurgite fessos
In portum deducit equos: prior haurit arenas
Ungula, postremi solvuntur in æquora pisces.

PLUTONIS *currum trahunt Equi nigri, qui inferorum color est. Ovid l. 5 Met. de Plutone Proserpinam abripiente*:

Raptor agit currus, & nomine quemque vocando

Ex-

Exhortatur equos: quorum per colla, jubasque,
Excutit obscurâ tinctas ferrugine habenas.

CUSTOS.

Custodia *Epit.* Fidus, sedulus, vigil, vigilans. Vigilans in limine: fidus ad limina custos. Ad postes, ante fores excubans. Vestibulum servans, *Virg l.6.* — Cernis, custodia qualis Vestibulò sedeat, facies quæ limina servet? Vigil servat custodia muros. Præbenda vigil custodia vallo. Noctem custodia ducit insomnem ludo. *Prop. l.1.* Nec mille excubiæ, nec te signatà juvabunt Limina persuasæ, fallere, rima sat est. *Ouid.* ——— ingenio quæque tuenda suo est. *Prop l 2.* Nam nihil invitæ tristis custodia prodest: Quam peccare pudet. Cynthia, tuta sat est. *Horat. de avaro.* — rerum tutela suarum Certa magis, quàm si fortunas servet easdem Hesperidum serpens vel Ponticus, *&c.*

Custodia vel *excubiis tueri.*

Lecto custode tueri. Agmine denso servare. Vigilum excubiis obsidere portas. Omnemque aditum custode coronant, i.e. cingunt, Portam statione tueri. *Ouid. de Argi luminibus* Inde suis vicibus capiebant bina quietem. Cætera servabant, atq; in statione manebant. *Virg.* Omnis per muros legio sortita periclum Excubat, exercetq; vices. *V.* VIGILARE.

D.

DAMNUM.

Dispendium. *Epit.* Triste, grande, flebile, acerbum, irreparabile, grave, ingens. Damnum accipere, pati. Marte sub adverso tristia damna tulit. *Virg* — Ne qua tibi fuerint dispendia tanti. *Prop:* Non ullo gravius tentatur Cynthia damno.

Exitium *Pernicies.* *Noxa.* *Prop.* O nimis exitio nata theatra meo *Sen.* Femina Trojæ tulit exitium. *Hor.* Horrida cœli tempestas cultis perniciem meditatur agris.

Ite procul fraudes, alio sint aere noxæ. Noxia morbis flamina. NOXA *nunc crimen significat, nunc ejus pœnam atque à Deo quodlibet damnum. Ouid 15. Met. de aquis lacus Phenei in Arcadia:*

Nocte nocent potæ sine noxa luce bibuntur.

Fraus. *Invenies quoque apud Latinos* FRAUDI ESSE *pro nocere Cic. pro Dejot.* Hæc res nemini unquam fraudi fuit. *Hinc Horat.* fraude, i.e. sine noxa, sine damno: *in Carmine sæculari, loquens de Ænea, cui patrem ac penates humeris portanti pietas sua*

per

——per ardentem, sine fraude, Trojam
Liberum munivit iter.

Damno afficere.

Damno esse. Damno affligere. *Virg.* — Officiant lætis ne frugibus herbæ. *Prop* Hoc perdit miseras hoc perdidit ante puellas. *Virg.* Nunquam imprudentibus imber obfuit, *Ouid.* Nil prodest, quod non lædere possit idem. *Id.* Non prosit potius, si quis obesse potest. *Id. de Musis.2.Tr.* Si saperem, doctas odissem jure sorores, Numina cultori perniciosa suo. Nos quoque delectant, quamvis nocuêre libelli; Quodque mihi telum vulnera fecit, amo *Prop.* Dedit hoc tibi lingua nocens. Lingua fuit damno. *Id.* —— semper sua maxima cuique Nescio, quo pacto verba nocere solent. *nocere.* *Officere* *Ladere.* *perdere.*

DEBELLARE.

Populum ferocem contundere, bello frangere, triumphare, sub juga mittere, servitio premere, bello domare, sternere, sub leges suas mittere, armis subigere, Marte contundere. Victis dominari, leges ponere, frena injicere *Virg.* — Sternet Pœnos, Gallumque rebellem. Quin omnem Hesperiam penitus sua subjuga mittant. Gens dura atque aspera cultu Debellanda tibi est. Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho Victor aget currum. Optimam astabat Cyprum, & victor ditione tenebat. *Lucan.* Sub juga jam Seres, jam barbarus isset Araxes Totum sub Latias leges cum miseris orbem. *Roma apud Claud.* — Domui terras, hominesque revinxi Legibus, ad solem victrix utrumque cucurri. *Id.* —— nos Marte Suevos Contudimus, quêis jura damus.

Gens debellata.

Domita, subacta, triumphata: fracti bello, egregio domiti triumpho, Marte domiti, *&c.* Jam nobis audax Germania servit: jugum accedit: libera Romanæ subjecit colla catenæ: Victa potest flexo succubuisse genu. *Ouid.* Nec dedignata est, abjectis Illiris armis, Cæsareum famulo vertice ferre pedem. *Vide* TRIUMPHARE, VINCERE.

DEBILITARE.

Senectus, Venus, labores; vires enervant, imminuunt, debilitant; animi vigorem tollunt, perdunt, infringunt. *Lucret.* Si tibi non annis corpus jam marcet, & artus Confecti languent; eadem tamen omnia restant. *Virg* — tarda senectus

ctusDebilitat vires animi, mutatq; vigorem. *Ov.* Jam vigor, & quasso languent in corpore vires. Viribus defecta membra. *Virg* —Frigent effœto in corpore vires. Torpent infractæ ad prælia vires Invalidasque manus, & inanes cerne lacertos. *Ovid pont.* Longus enim, curis vitiatum corpus amaris, Non patitur vires languor habere suas. *Vide* MORBUS & MORBI EFFECTUS.

DEFENDERE ac DEFENSOR.

1. DEFENDERE IN BELLO.

Tutari. Tueri. Servare Protegere. Armis tueri: dextrâ tutari. Ope sospitare, servare *Virg.* ——si Pergama dextrâ Defendi possent, etiam hâc defensa fuissent *Id.* Sive aliquam sumptis spem ponis in armis, Hanc primum tutare domum. Stare ab *vel* pro aliquo. *Ov.* Mulciber in Trojam, pro Troja stabat Apollo Clypeo suo protegere; morti *vel* exitio instanti eripere, *Ajax apud Ov.* Opposui molem clypei, texique jacentem; Servavique animam (minimum est hoc laudis) inertem. *Claud.* ——tua nos instanti dextera letho Eripuit. *Id* ——armorum liceat splendore tuorum In commune frui, clypeus nos protegat idem. *Vide* URBEM DEFENDERE.

DEFENSOR Rerum certa salus. Rerum tutela, salusque. *Ovid. de Achill.* ——decus & tutela Pelasgi nominis. *Id.* ——quo Grajûm murus Achillis procubuit. *Id. de Perseo*: Auxiliumque domûs, servatoremque salutant. *Sen. de Hectore*: Columen patriæ: Tu præsidium Phrygibus fessis, Tu murus eras: humerisque tuis Stetit illa decem fulta per annos. *Vide supra* AUXILIUM & AUXILIARI *fol.* 113. 114.

2. DEFENDERE IN JUDICIO SUAM vel ALTERIUS CAUSAM.

Crimen *vel* facinus negare, inficiari, diluere, removere, refellere, purgare. Crimen defendere, excusare, elevare, &c. *Ovid. Met.* Haud metuo, ne non possim defendere crimen Cum tanto commune viro. *Id. Trist.* Non equidem totam possum defendere culpam, Sed partem nostri criminis error habet. *Virg.* Et solus ferro crimen commune refellam. *Ovid.* Non ego mendosos ausim defendere mores, Falsaque pro vitiis arma movere meis. *Ulysses apud Ovid.* ——an falso Palemedem crimine turpe est Accusasse mihi, vobis damnasse decorum? Sed neque Naupliades facinus defendere tantum, Tamque patens valuit: nec vos audistis in illo Crimina, vidistis. *Idem* Nec Pœantiadem quod habet Vulcania Lemnos, Esse reus merui: crimen defendite vestrum, Consensistis enim. *Vide* EXCUSARE, CAUSIDICUS.

Et

Et habe hic mantiſſæ loco Ovidis verſus defendentis Muſas ſuas, quibus Tomitæ ſe læſos exiſtimabant, quòd multa de Regione eorum apud amicos conqueſtus eſſet 4. de Ponto Eleg. 14.

Sed nihil admiſi, nulla eſt mea culpa, Tomitæ:
Quos ego, cùm loca ſim veſtra peroſus, amo,
Quilibet excutiat noſtri monumenta laboris,
Littera de vobis eſt mea queſta nihil.
At MALUS INTERPRES populi mihi concitat iram,
Inque novum crimen carmina noſtra vocat.
Tam felix utinam, quàm pectore candidus, eſſem!
Exſtat adhuc nemo ſaucius ore meo.
In loca non homines, veriſſima crimina dixi;
Culpatis veſtrum vos quoque ſæpe ſolum.

DELECTARI.

Re aliqua capi, duci, trahi, teneri, gaudere. *Virg.* —— dum me Galatæa tenebat. —trahit ſua quemque voluptas. —— —numero Deus impare gaudet. Hoc me juvat, delectat: gratum eſt, placet. *Prop.* Me juvat in prima coluiſſe Helicona juventa. *Idem:* Nec me thura juvant, nec templo lætor eburno. *Virg.* Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes. *Ovid. de Sicilia* : Grata domus Cereri. *Virg.* ——nec Phœbo gravior ulla eſt. *Id.* Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho.—— dum flumina piſcis amabit. *Id.* Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore. *Horat.* Multos caſtra juvant, & lituo tubæ permiſtus ſonitus *Non fuit certè in horum numero Virgilius, qui de ſeipſo in 3 Georg.*

Me verò primum dulces ante omnia Muſæ,
(Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore,)
Accipiant, cœlique vias, ac ſidera monſtrent.

DEGENERARE.

Degeneres animos adferre. Non reſpondere majorum virtuti, famæ, nomini Laudis avitæ oblivilci. Deſciſcere ab avita nobilitate, paternâ virtute, &c *Papin* Marti degenerare paterno. Nominis haud memor patrii. Nothum ſpuriumque germen: generis egregii macula ſtirpis dedecus. Pomaque degenerant ſuccos oblita priores. *Hor.* Utcumque defecere mores, Dedecorant bene nata culpæ.

DENTES.

I DENTIBUS ARRIPERE.

Dente *Ep.* ăvĭdō, dūrō, prædūrō, răbĭdō, vulnĭfĭcō petere, lædere, violare, lacerare. Dentes in aliqua re figere. *Ovid. de Hirco:* ——dentes in vite prementem. *Virg.* —durique venenum *Mordere Rodere.*

nenum

nenum Dentis,& admorso signata in stirpe cicatrix. Rode caper vitem. Morsu avido, rabido, hianti arripere, occupare, vellere, comprendere. *Lucan de serpentibus*. Morsu virus habent. fatumque in dente minantur. *Ovid.* Parva necat morsu spatiosum vipera taurum *Vide suprà* VORARE. *fol.* 154. *& infrà* LANIARE.

2. DENS INVIDIAE *vel* CALUMNIÆ.

Detrectare, Carpere. Dente. *Epit.* invĭdō, răbĭdō, līvĭdō, mălignō, Theōnīnō nomen alicujus vel scripta mordere, rodere, lacerare. *Ov.* 4. *Tr.* Nec, quid detrectat præsentia livor, iniquo Ullum de nostris dente memordit opus. *Horat.* Et jam dente minus mordeor invido. *Ovid.* Invide, quid laceras Nasonis carmina rapti? —— summotum patria proscindere, livor Desine. *Id ad librum suum*: Tu cave, defendas, quamvis mordebere dictis: *Id.* Nuper enim nostros quidam carpsere libellos. Quorum censura Musa proterva mea est. *Horat.* An, si quis atro dente me petiverit, Inultus ut flebo puer? *Mart.* Nam nimium livor nostris, & ubique libellis Detrahis, *Id. l.* 5. Ut bene loquatur sentiatque Mamercus: Efficere nullis, Aule, moribus possis: Rubiginosis cuncta dentibus rodit. *Homo ingenio planè canino: imo verus* canis. *Nam & hoc nomine maledicos olim ac quoslibet allatrantes honorabant. Vt patet ex philosophis, qui inde* Cynici *appellati, & Horat. l. Epod. Od.* 5. *ad Maledicum.*

Quid immerentes hospites vexas CANIS,
Ignavus adversum lupos!
Quin huc inanes, si potes, vertis minas,
Et me remorsurum petis?

DESIDERIUM *&* CUPIDO.

Epit. Ingens, flagrans, vĕhĕmens, mĭsĕrum, longum. *&c.* O, desiderii summa caputq; mei: *Horat.* Ut mater juvenem, quē Notus invidus Cunctantem spatio longius annuo Dulci distinet à domo; Votis omnibusque, & precibus vocat: Sic desideriis icta fidelibus. Quærit patria Cæsarem. *Auson.* Accurre ô nostrum decus, ô mea maxima cura; Votis, omnibusque bonis, precibusque vocatus, Adpropera. Et quando iste meas impellet nuntius aures; Ecce tuus Paulinus adest? *Ovid.* Romam, domusque subit, desideriumque locorum, Quidquid & amissa restat in urbe mei. NOTA Desiderium *propriè esse amici absentis vel rei amissæ. Prioris exemplum habes suprà in Horatio: posterioris in Tibullo l.* 4 *ubi, cùm narrasset se quondam fortunâ satis commodâ usum, opibusque ac prædiis floruisse; subdit demum:*

Nunc

Nunc desiderium superest.— — Votum.

Non anxia mentem spes agit, & longo tendit præcordia voto *Sen.* Summa votorum attigi: Vota transcendi mea, i. e. *plus obtigit, quàm optaveram.* Omnibus votis petitus; diu exspectatus. Votum est mori; mors mihi est in votis. Votum secundet, qui potest, nostrum Deus.

Laudis tituliqne cupido. Opum furiosa cupido. *Virg.* Ne tibi regnandi veniat tam dira cupido. — si vobis, audentem extrema cupido Certa sequi. *Horat.* Tolle cupidinem immitis uvæ. *Id.* Nec leves somnos timor, aut cupido sordidus aufert. CUPIDO SORDIDUS, i. e. *Spes lucri Ubi* NOTA *Cupidinis nomen etiam pro cupiditate apud Horatium semper esse generis masculini.* Ita *lib.* 3. *Ode* 16. Cupido.

Contracto melius, prava cupidine
Vectigalia porrigam.

Idem omnes simul ardor habet. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros. *Virg. de apibus*: Tantus amor florum, & generandi gloria mellis: *Idem*: — Dine hunc ardorem mentibus addunt Euryale? an sua cuique Deus sit dira cupido? Amor urget habendi. Magno laudum perculsus amore. Amor. Ardor.

Quem tenet argenti sitis importuna, famesque. *Ovid.* Nec levis ambitio, perfusaque gloria fuco; Magnarumve fames sollicitavit opum. *Luc.* — nec enim me divitiis auri Imperiosa fames, & habendi sæva libido Impulerit, sed laudis amor Imperii sitis cruenta. *Iuven.* Tantò major famæ sitis est; quàm virtutis? Fames. Sitis. Libido

DESIDERARE CUPERE.

Flagrare amore laudis, pugnæ, &c. Ferri amore, cupidine. Votis omnibus exoptare. Exarsere ignes animo. Avet animus. Amor mentem captat, habet, impellit, stimulat. *Virg.* Tantus amor laudis, tantæ est victoria curæ Si tibi est animus; mens: si ita fert animus: *Ovid.* Fert animus causas tantarum expromere rerum. *Virg.* Aut pugnam, aut aliquid jamdudum invadere magnum Mens agitat mihi. Concurrerent arcem cum sociis ardent animi. Tum vero ardemus scitari, & quærere causas Mihi mens juvenili ardebat amore. *Cat.* Jam mens prætrepidans avet vagari. *Virg* Avidus pugnæ.— avidus confundere fœdus. AVIDUS (*inquit Festus*) à non videndo *propter cupiditatem. Quidquid sit de Grammatico hoc acumine; res interim ita se habet. Cæca est omnis cupiditas: nescit, quid aut quantum petat. Docet id nos inter alia Phaëtontis fabula, ad quem Phœbus* I. *Metam.* Optare. Ardere. Vovere. Avere. Exoptare. Flagrare.

Sors tua mortalis: non est mortale, quod optes.

Plus etiam, quám quod Superis contingere possit,
Nescius affectas ———

DEUS.

Numen. *Epit.* Bonus, benignus, clemens, justus, vindex, æternus, immortalis, providus, omnipotens, magnus, immensus, *&c.* Dei manus, dextera, digitus Mens provida Numinis. Terrarum, cœlique sator. Hominum rerumque repertor, Torquet qui sidera cœli. Cuncta suo qui numina torquet. Qui mare, qui terras, qui cœlum numine complet; nutu temperat, fulmine terret Celsi moderator Olympi. Æterno qui numine cuncta gubernat. Abditus, ingens, omnipotens. Cuncta supercilio quatiens, cuncta igne corusco Terrificans, cæli superas dum concutit arces. Qui sceptra tenet radiantis olympi, orbis habenas moderatur, temperat. Cujus ab obtutu tellus commota tremiscit. Æterno numine cuncta movens. Superi regnator olympi. Mundi conditor Deus, rex magnus olympi. Superûm, cælestûm, cælicolûm, cælitum; Rex, rector, Pater, O magne Olympi rector & mundi arbiter. Ætheriæ potens dominator aulæ: cujus excessum manu, utræque Phœbi sentiunt fulmen domus. O qui perpetuâ mundum ratione gubernans. Terrarum cœlique sator; qui tempus ab ævo Ire jubes, stabilisque manens dans cuncta moveri. Qui motus animi sensusque latentes Perspicis, & taciti pectoris ima vides. Immensum, augustum, verum, inscrutabile Numen.

Sanctissima Trinitas.

Sancta Trias Summe Deus, sobolesque Dei, consorsque duorum Spiritus, in triplici numine numen idem. Numen idem tribus est, tribus una voluntas, Una eademque tribus natura atque una potestas, Majestasque eadem O nullis hominum pervia sensibus, Æterna & monas & trias: Nato æquæve Pater, Nateque par Patri, Et manans ab utroque Spiritus. Substantia simplex, Personis distincta tribus.

Deus Pater.

Pater omnipotens, Æternus genitor. Nato æquævus Pater. Ille opifex rerum & mundi melioris origo, O Pater, ô hominum Divûmque æterna potestas. Hoc Pater ipse velit, summi regnator olympi Mens mundi, rerumque parens: cujus opus cœlum, tellus, mare & omne, quod usquam est. Tu Pater es, tu te secunda mente volutans, Ipsummet te totum obiens, in teque reflexus, Concipis ipse tui exemplum, tuæ imaginis instar Haud ulli visum, haud ulli narrabile Verbum.

De

Deus Filius.

O rerum decus, ô mundi melioris origo, Nate Patris summi, verum de Lumine Lumen. Magni Tonantis immensa soboles, quam protulit ævi Impatiens, semperque in se conversus & hærens, Æternus vitæ genitor; velut æthere in alto Flammantes radios formoso è lumine Titan. Magno á lumine lumen descendens, de patre Deus: nec honoribus illi, nec regni splendore minor. Patris magni soboles: Dei indubitata propago: Summi sapientia Patris. Æternum, immortale, haud enarrabile Verbum. Æterni patris imago unica; Eque Deo Deus, & verum de numine numen. Æterno soboles æquæva parenti Quem nulla creavit Dextra Deum potuitque Deus genuisse, sed æquâ Majestate parem; tunc, cum flammantia nondum Lumina labentem veherent mortalibus annum. *Vide* CHISTUS.

Deus Spiritus Sanctus.

Sacrum flamen. Sancte veni; penitus te mentibus insere nostris. Aura potens, amor omnipotens, cœli aurea flamma. Spiritus alme; Patris summi & pia copula Nati: amborum mutuus ardor: ab utroque fluens consorti Spiritus aurâ. Spirabile numen: sancti fornaxque & fomes amoris. Profluit ecce Patris Gnatique è numine eodem Numen idem; calor omnipotens, diffusilis aura Perpetuò itque reditque reciproca; mutuus ardor, Amborum communis amor. Hic Deus ille, hic amor, quo cuncta creata, omnia, quo constant, quique omnia condita servat. Omnipotens vigor & doni septemplicis auctor. Olim etiam apparens oculis mortalibus; Præpetis in faciem collectus, & alba columbæ colla gerens. Amor æternus: Sacer halitus: Lux, ignis accendens sacro calore mortalia corda. Aureus imber, sitientia cœlo corda rigans, lætisque feracia frugibus explens, *&c.*

DEUM VENERARE.

Structas colere per aras. Divino honore dignari. Thure cremato colere. Flexo poplite, inflexo genu adorare. *Senec.* Delubra, & aras cælitum supplex adora. Veneremur aras. Pecore votivo, Arabumque donis colere. Dare cum prece thura pia. Sacra ferre, referre. *Virg.* Imprimis venerare Deos, atque omnia magnæ Sacra refer Cereri. *Niobe apud Ovid.* ——— cur colitur Latona per aras. Numen adhuc sine thure meum est? *Ovid.* Omnibus illa quidem superis pia thura ferebat. *Virg.* Fair: 110, & ple- *Adorare.*

nâ supplex veneratur acerrâ NOTA *hic per* far pium *nihil aliud designari , quàm* molam salsam *sive far molitum & sale conspersum, quo veteres rem sacram fecisse (illo victimis insperso aut Aris imposito) notum est. Ovid.* 1. *Fast.*

Imponit libum, serraque mista sale.

ACERRA *verò vasculum erat sive arcula, in qua thus Diis adolendum reservabatur.* Plenâ *autem* acerrâ, i.e. *liberali manu, quod ditiorum erat. Talis Parthenius ille apud Mart. l.* 4. *Phœbo pro incolumitate filii sacrificans.*

Hæc tibi pro nato plenâ dat lætus acerrâ
Phœbe, Palatinus munera Parthenius.

Deum precari.

Deum supplice voce rogare; sollicitâ prece ambire; votis *vel* in vota vocare; auxilio vocare. Poscere Deos veniam: pacem per aras exposcere: votis precibusque rogare. *Virg.* Ibant orantes veniam, & templum clamore petebant. Ad te confugio, & supplex tua Numnia posco. Cœlum votis onerare, implere, fatigare, &c. *Tib.* Quid prodest cœlum votis implêsse, Neæra, Blandaque cum multâ thura dedisse prece? Fundere preces pectore ab imo; precantia dicere verba: effundere ad æthera voces. *Ovid.* Sæpe Deos supplex, ut tu scelerate valeres, Sum prece thuricremis devenerata focis.

Tendere supinas ad cœlum cum voce manus. Ac supplex geminas tendens ad sidera palmas, Tellurem noctemque rogat. Cœlo palmas cum voce tetendit. Multa Jovem manibus supplex orare supinis. *Sunt autem* manus supinæ *ita extensæ, ut palmæ cœlum spectent. Quo habitu olim Deos superos invocabant, sicut Marinos manibus ad mare porrectis. De quo Virgil. Æn. l.* 4.

Ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus
Fudissetque preces, Divosque in vota vocasset.

DEI PRÆCEPTA *sive* DECALOGUS.

Epit. Vĕnĕranda, cŏlenda, trĕmenda, sancta, cœlestia. Dei jussa, scita, mandata, instituta, præscripta. Legis jura tremenda sacræ. Mandata Tonantis. Sacræ Oracula legis. Cæleftia jussa. Aurea jussa decem, quæ supero demisit Olympo, Ætheria clangente tuba, lituisque sonoris Omnipotens genitor, &c *Prud. in Apoth* Dux populi peccantis adest de monte corusci Lŭminis, alloquioque Dei: tabulasque tremendo Incisas digito cæca ad tentoria defert.

Deum timens.

Dei mandata, jussa, *&c.* servans, colens, sequens. Servantissimus Æqui. *Horat.* Virtutis veræ custos rigidusque satelles.——quem non de tramite rectoImpia sacrilegæ flexit contagia tubæ: Sed vitæ rimatur iter melioris, & altâ Mente Dei leges noctesqué diesqué revolvit. Cœlestem agitans mortali in corpore vitam. *Vida*: Unus amor Æqui, sanctique arrecta cupido Una erat, & totum capiebat pectore cœlum. Insistens recti justique vias. Cui maxima cordi Relligio Sinceræ pietatis amans. Cultor pietatis avitæ. cui pectore toto Unus, inest Deus, unum animo volvitqué, tenetque Præqué uno, unius tantùm inflammatus amore, Omnia fastidit: cupit hunc, nil cetera curat. *Vide* BONUS *supra fol.* 129. *Pius.*

Dei timore carens.

Dei jussa *vel* mandata spernens, contemnens, proculcans, nihili pendens, non tanti faciens, &c. *Horat.* Parcus Deorum cultor, & infrequens. *Papin.* Superûm contemptor, & æqui impatiens. Per omne fasqué nefasqué ruens. *Senec.* Quid enim reliquit crimine intactum, aut ubi sceleri pepercit? Divini gens nescia fœderis, exlex, contemtrixque poli; fandi & nefandi negligens. Ergo flagitiis se penitus dedit Impietas secura Dei. Impia turba scelerata cohors: improba caterva: perversa malorum colluvies. Quos impius abstulit error: cæca rapuit impietas. *Sen.* Certant in omne facinus, & pensi nihil ducunt. *Ovid.*———quà terra patet, fera regnat Erynnis: facinus jurasse putes. *Vide in Indice* SCELUS.

DEO FAVENTE.

Deo propitio. Cælitibus æquis. Non sine Deo. Superis faventibus. Deo secundo, dextro. *Comici.* Cum Diis volentibus. *Ovid* 5. *Tr.* Sic igitur dextro faciatis Apolline carmen. *Id.* Si mihi Dii faciles, & sint in amore secundi. *Prop Herc. invocans*: Dexter ades patribusqué tuis, populoqué Quirini. *Ibid.* Sancte, velis libro dexter adesse meo. *Vide* FAVERE *infra* & AUXILIUM IMPLORARE *supra fol.* 113.

Deo invito.

Diis iratis, sinistris, iniquis. Deo vetante, adverso, adversante, non præsente. *Prop* ——— nupsi, non comitante Deo: *Hymenæo scilicet*, Adverso carmina structa Deo: *scilicet*

Apolline(*Perf. de avaro genium suum defraudante.*) Hunc Diis iratis, Genioque sinistro, *sc. natum vel viventem Ovid.* Dii quos experior nimium constanter iniquos i.e. *adversos, non faventes. Id* Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit. *Virg.* Heu! nihil invitis fas quemquam fidere Divis. *Horat,* Tu nihil invita dices, faciesvé Minerva. *Vide, quæ annotavimus supr. fol.* 9.

DII GENTILIUM,

QUI QUÆ CONSENTES; ET EORUM NUMERUS.

DEORUM, *quos cæca coluit Gentilitas, ingens olim multitudo fuit: quorum alii* Superi *sive* Cœlestes *dicti, de quibus folio sequenti. Alii* Marini, *alii* Inferi, *alii denique* terrestres, *è quibus præcipuè usitati sunt poëtis* Panes ac Silvani; & Nympharum *varia genera. De quibus omnibus infra suo loco. Ante omnia verò consulendus Index.*

DEORUM *item alii dicuntur* Magni, *sive* (*ut Cicero appellat*) majorum gentium: *alii verò* Minuti *sive* minorum gentium; *quorũ fuit olim numerus innumerus: quando nulla extitit res tam vilis, cui non aliquod Numẽ affinxerint, adeò ut projectissima etiam sordes suos Deos habuerint, quibus nominandis honor præfandus honor esset. Dii autem* magni *numero sunt* 12, *sex mares, & sex fœminæ, quos Ennius Carmine complexus est,*

JUNO, VESTA, MINERVA, CERES,
DIANA, VENUS, MARS,
MERCURIUS, JOVIUS, NEPTUNUS,
VULCANUS, APOLLO.

Iam verò supremus omnium Jupiter, *reliquis undecim, velut assertoribus & consiliariis uti perhibetur* (*unde &* Consentes *dicti*) *easque in palatium suum convocare, quoties de gravioribus rebus deliberandum censet. Vt videre est apud Virg. l.* 10. *Æn. & Ovid. Met.* 1. *Idem l* 6 *ejusdem operis.*

Bis sex Cœlestes, medio Jove sedibus altis
Augustâ gravitate sedens. ———

Facit huc locus apud Comicum, ubi servus Epidicus tergo suo metuens, neque consiliis exitum reperiens:

SI UNDECIM, *inquit*, DEOS præter sese secum adducat
JUPITER,
Ita non omnes excruciatu poterunt eximere Epidicum.

DEO-

DEORUM ALIQUOT NOMINA,

quæ ad nullum alium locum communem in hoc libro reducta sunt.

1. JANUS.

Epith. Bifrons, biceps, anceps, biformis, gĕmĭnŭs, clāvĭgĕr, antiquus, *&c.* Janus pater. Jani bifrontis imago, Rerum sator: Principium Deorum: Publica quem primum vota, precesque canunt Ancipiti mirandus imagine Janus: Solus de Superis qui sua terga videt. Annum reserans, Jane biceps, anni tacitè labentis origo. Annorum, nitidique sator pulcherrime mundi. (*Ianus ipse apud Ovid*) —— modò namque Patulcius idem. Et modò sacrifico Clusius ore vocor, IANUS *antiquissimus Italiæ Deus habitus & Latii Rex, quem quidam cum Chao, alii cum Mundo confundunt Unde in sacris principem locum obtinuit, quòd ab eo rerum omnium factum putarent initium, Deinde efformatus geminâ facie, clavem virgamque manu tenens, dictusque est in sacris* Clusius & Patulcius; *quòd omnia clauderet atque aperiret: quia rerum omnium principiis & extremis praeesse credebatur, & veterem Annum claudere, ac novum reserare. Unde ipse apud* Ovid. 1. *Fast.*

Quidquid ubique vides, cœlum, mare, nubila, terras,
Omnia sunt nostrâ clausa, patentque manu.

2. SATURNUS.

Epit. Falcĭgĕr, tristis, immitis, sĕnex, falce pŏtens, *&c.* Deûm progenitor falce metuendus Falcitenens Deus. Senex falciger Leucadius Deus, Cælitibus regnis à Iove pulsus, Aurei arbiter ævi *Virg.* 8. *Æn.* Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo Arma Iovis fugiens, & regnis exul ademptus Is genus indocile, & dispersum montibus altis Composuit, legesque dedit, Latiumq; vocari Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris. Aureaque (ut perhibent) illo sub rege fuerunt Secula, sic placidâ populos in pace regebat. *Mart* Antiqui rex magne poli, mundique prioris: Sub quo pigra quies, nec labor ullus erat *Virg.* 7. *Æn.* Vitisator: curvam servans falcem. SATURNUS *Cœli filius* (*qui & falcem invenit, & genus vitis Italis demonstravit*) *cùm filios ex Rhea uxore dira voracitate deglutiret, à Iove filio Corybantum fraude servato, dejectus è regno ad Ianum in* Italiam *confugit, ibidemque delituit. Unde Italia olim* Saturnia *est dicta, & à latendo* Latium Ov. l. 1. *Fast.*

 Inde

Inde diu genti mansit. *Saturnia*, nomen:
Dicta quoque est *Latium* terra, latente Deo.

3. JUPITER.

Tonãs. *Ep.* Omnipotens, invictus, fulminans, terrificus, altisonus, æternus, sceptriger, summus, magnus, Saturnius, Dictæus, Panomphæus, i. e. *omnium voce colendus.* Divûm pater atque hominum rex Rector superûm. cælitum hominum divûmque æterna potestas Pater omnipotens. Rex altus ætheris: stellantis Olympi rector. Ipse pater Divûm. *Sen.* Sator

Diespiter. Saturnius. Deorum, cujus excussum manu utræque Phœbi sentiunt fulmen domus. Qui fera terribili jaculatur fulmina dextrâ. Rapidis qui tonat altus equis. *Horat.* Diespiter igni corusco nubila dividens. Fulminantis magna Jovis manus. Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis. *Hic Deus olim* JOVIS *(ut patet ex versu Ennii suprà allato) à juvando dictus est; postmodum verò* JUPITER, *quasi* juvans pater: *quòd ejus Numine omnia ali ac sustentari crederent. Præter hæc varia* JOVIS *sunt cognomina, ut:* CAPITOLINUS, LATIALIS, STATOR, FERETRIUS, ULTOR, PISTOR, ELICIUS, HERCÆUS, DODONÆUS, HAMMON *& alia sexcenta desumpta vel à locis, in quibus cultus fuit; vel à variis eventibus, ut videre est apud Ov. in Fastis.* DIESPITER *dictus est à Romanis, quasi diei lucisque pater. Hor. in Od.*

——sæpe Diespiter
Neglectus, incesto addidit integrum.

4. CYBELE.

Cybelle. Dindymene. *Ep.* Turrita, sacra, Phrygia, idæa, grandæva. Cybeleia mater. Turrigera *Dea:* Berecynthia mater, Idæa mater, turrigerâ caput exornata corona. *Mart.* Mystica sacra Dindymenes. *Virg.* Alma parens, Idæa Deûm, cui Dindyma cordi, Turrigeræque urbes. *Claud. de Cybele Cereri occurrente:* Non buxus, non æra sonant, blandique leones Submisere jubas: adytis gavisa Cybelle Exsilit, & pronas intendit ad oscula turres. CYBELE, *quæ & OPS sive* Rhea. *Saturni uxor: Jovis, Neptuni, Cereris, plurimumque Deorum mater: eadem cum* Tellure *putata est: quæ quia omnia parit, & turrigeris urbium mœnibus velut coronatur;* Magna mater *dicta est, & cum, turritâ coronâ efformata, currui à leonibus tracto insidēs Sacra ejus ingenti tympanorum ac tibiarum strepitu insanum in modum peragebantur à Corybantibus & semiviris Gallis. Culta præcipuè fuit in* Phrygia, *in qua est* Berecynthos *castellum, item* Dindymus *atque* Ida, *notissimi montes: unde varia ejus cognomina. Virg. l. 6.*

quæ

——— qualis Berecynthia mater.
Invehitur curru Phrygias turrita per urbes,
Læta Deum partu, centum complexa nepotes.

5. JUNO.

Ep. Omnĭpŏtens, sceptrĭfĕra, rēgia, prōnŭba, torva, Sātur- *Satur-*
nia, magna Regina Juno, Nupta sororque Jovis Germana *nia,*
vel matrona Tonantis. *Iuno apud Virg.* Ast ego quæ Divûm incedo regina, Jovisque Et soror & conjux. *Sen.* Et te sororem cuncta pollentis viri, Argolica Juno, supplici fibrâ colam. Maximi consors Jovis. Thalamis quæ præsidet alma maritis. Cui vincla jugalia curæ. Sacris præfecta maritis. *Hor.* Tu Lucina dolentibus, Juno, dicta puerperis. Dea, quæ Samum colit, *vel* quam Samus colit, Pelopeiadesque Mycenæ. Saturnia *vel* Saturnia Juno. Torva *vel* tumida noverca: *respectu Herculis.* JUNO *Saturni filia, & Iovis conjux, nuptiis & partui præesse credita est, unde* pronubæ *&* Lucinæ *cognomina, de quibus supra fol* 163. *Regnis quoque & Dignitatibus præsidet, utpote superûm Regina Inducitur à poëtis vultu, voce, ac potissimùm incessu fastum quemdam & majestatem præseferens. Vnde est apud Athenæum,* Junonium ingredi. *Quò respicit Propert in Cynthia suæ laudibus:* —— Incedit vel Jove digna soror. *Et Sidonius in Deorum enumeratione*:

Pampineus Liber. Mars trux, Tyrinthius hirtus,
Juno gravis, prudens Pallas, turrita Cybele.

6. VESTA,

Ep. Cāna, casta, Trōjāna, iliăca, Ænēia, săcra, pŭdīca Ignis æternus. Virgineus focus. *Prop. de Vestali*: Virgineo lecta ministra foco. *Florus*: Custos imperii flamma, Vesta mater. Sacræ fatalia lumina Vestæ Pervigil ignis. Canæ penetralia Vestæ. *De* VESTA *variæ fuerunt Veterum opiniones: plurium sensu Saturni ac Rheæ filia fuit. Cereris ac Iunonis (quibus nubentibus ipsa innupta permansit) soror. Per quàm sive Terram, sive* Ignem *intellexerint; certè* in igne *culta fuit, quem Virgines (inde* Vestales *dictæ) diu noctuque alere debeant Hinc ignis* perpetuus *&* æternus *nominatus est: eúmque diruta Trojâ primus Æneus in Italiam transtulisse fertur, unde vesta* Iliaca *&* Trojana *Hinc intelliges Silium lib.* 1.

Et vos virginea lucentes semper in ara
Laomedonteæ, Trojana altaria, flammæ.

7. APOLLO.

Ep. Formōsus, crīnitus, intonsus, pulcher, arcĭtĕnens, fā-

 tidi-

tidicus,doctus,flavus,nitidus,lauriger, auricomus,candi-
Latonigena. dus,*&c.* Latonia proles. Latous vatum pater. Deus Delphicus,Lycius,Clarius *Ovid.*——Clario Delos amata Deo. *Hor.*
Delius. Qui Lyciæ tenet dumeta,natalemque silvam, Delius,& Patareus Apollo. Cui Delphica tellus,& Claros, & Tenedos,
Paean. Pataræaque regia servit Crinibus insignis: arcu fulgente decorus *Prop.* Pythius in longâ carmina veste sonans. *Hor.* Insignis pharetrâ, fraternaque humerum lyrâ. Formosus Trojæ munitor. Cytharæ pulsator Apollo. Augur Apollo:
Arcitenens. fatidicus veri præses. Carminis auctor. Musarum præses: Castalidum dux. Qui Cytharam nervis, qui nervis temperat arcum. Pius arcitenens: Pæan arcu inclytus: domito Py-
Phœbus. thone superbus: potens numeris: Pieridum columen, cujus
Cynthius. Parnassia magno nomine templa sonant. Intonsus Cynthius: medicæ repertor artis: herbarum potens. *Phœbus de*
Pythius. *se apud Ovid.* 1. *Met.* Inventum Medicina meum est, opiferque per orbem Dicor & herbarum subjecta potentia nobis. Cythæus vates, lauro crines Parnasside vinctus, *&c.* APOLLO *Iovis & Latonæ filius, natus in Delo insula, in qua est Cynthus mons, unde* Delius *&* Cynthius *dicitur. Huic artes eximias quatuor acceptas tulit antiquitas: Divinationem, unde* Vates *&* Augur *dictus: sagittandi peritiam, unde varia illi cognomina: Musicam, unde* μουσηγέτης *sive Musarum præses cõstitutus: & Medicinam, unde ad avertendam maximè pestilentiam invocatus, quam etiam iratus ipse sagittis suis immittere, nisi placaretur, putatus est. Quò quidã referunt nomen* PÆAN, *quod* ἀπὸ τοῦ παίειν, *i.e.* à feriendo *obtinuit. Triplex fertur ejus potestas: nam in cœlo* Sol *est (quo referri potest nomen* Phœbus ἀφὸς & βίος *i.e.* luce & vita; *vel etiam à* φοῖβος, *i e* purus:) *in terris* Liber pater: *apud inferos* Apollo. *Eidem & Baccho perpetua juventus & intonsi crines attribuuntur. Tibull.*

Solis perpetua est Baccho, Phœboque Juventa:
Nam decet intonsus crinis utrumque Deum.

LOCA, *in quibus præcipuè Apollo cultus fuit, unde & usitatiora ejus Epitheta fluxerunt, ferè sunt hæc sequentia*: Parnassus, *mons Phocidis:* Cyrrha *&* Delphi *ejusdem regionis oppida:* Patara, *urbs Lyciæ*: Grynæum nemus *in Ionia:* Thymbra *ager Trojæ vicinus:* Actium. *Epiri promontorium*, &c. PYTHIUS *dictus est à Pythone serpente interempto, de quo ipse jactabundus apud Ouid.* 1. *Met.*

Qui modo pestifero tot jugera ventre prementem
Stravimus innumeris tumidum Pythona sagittis:

8. DIANA.

Epit. Casta, intĕgra, succincta, phărētrāta, jăcŭlātrīx, torva, aspĕra, vĕrēcunda, innupta, montivăga, nĕmŏrālis, văga, candĭda, pulchra, săgittĭfĕra, intĕmĕrāta, Mænălia. Nemorum cultrix, Latonia virgo Dea sylvarum. Secretis Dea saltibus errans; consors Phœbi Dea. Aspera Phœbi soror, Pharetrata puella Mænalis Diva. Dea montivaga, silvicola. Virgo potens nemorum. *Virg.* Astrorum decus, & nemorum Latonia custos, *Claud.* Candida Parrhasii Regina Lycæi. Latonæ stirps, genus, soboles. *Virg.* Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi Exercet Diana choros; quam mille sequutæ Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa pharetram Ferthumeris, grandiensque Deas supereminet omnes. *Ovid.* Parce movere feros animosæ virginis arcus. Celeris spicula Cynthiæ. Ferens Dictynna sagittas. *Senec* Regina nemorum, sola quæ montes colis ô magna sylvas inter & lucos Dea. *Horat.* Montium custos nemorumque virgo: Diva triformis. Trivia silvarum potens, arcu gaudens *&c.* *Latonia* *Latoïs.* *Delia.* *Cynthia* *Dictynna.* *Trivia.*

Ovid. Principium quæ Dea lucis habet. *Horat.* Ritè maturos aperire partus lenis Ilithia, tuere matres. Sive tu Lucina probas vocari, seu Genialis. DIANA *Iovis & Latonæ filia, Apollinis gemella soror,* Delia *&* Cynthia *à patria dicitur.* Dyctinna *verò quòd retibus delectetur, utpote venationi dedita, rete enim* δίκτυον Lucinæ *nomen accipit ab eo, quod partui sive recens in lucem venientibus præesse credita est. Triplex ejus, sicut Apollinis, fertur potestas. Eadem enim in cælo* Luna, *in terris* Diana, *apud inferos* Proserpina *putatur Hinc* triformis *dicta, & olim in triviis culta fuit, unde & ipsa* Trivia. *De hac triplici potestate exstant Auctoris veteris, at incerti carmina:* *Lucina.* *Ilithyia.* *Genialis*

Terret, lustrat, agit: Proserpina, Luna, Diana;
Ima, superna, feras: sceptro, fulgore, sagittâ.

9. MERCURIUS.

Epit Impĭger, pācĭfĕr, vŏlŭcer, pennĭger, văgus, făcundus, Argicida, sollers Mænalius ales. Volucer Tegeaticus. Deus aliger, Mænalius, Arcadius. Majâ genitus. Pacifer Cyllenius. Pleiade natus. Maja creatus. Tegeës alumnus. Atlantis nepos. Deus Arcadiæ Vocalis citharæ repertor: lyræ parens. Cyllenes cœliq; decus Deûm facundus minister. Penniger Arcas. Cyllenius ales. Interpres Divûm: somniferam quatiens virgam, tectusque galero Quem lucida partu Pleias enixa est. Quem peperit magno lucida Maja Jovi. Atlantis magni Pleionesq; nepos: alato qui pede carpit iter. Cy- *Cyllenius.* *Atlantides.* *Majugen*

contendens seipsam cum Neptuno certantem in hunc modum depingit:

At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam,
Dat galeam capiti, defenditur Ægide pectus:
Percussamque suâ simulat de cuspide terram
Edere cum baccis fœtum canentis Olivæ.

CETERORUM DEORUM *nomina videre potes suis quæque locis aut ad calcem libri: ante omnia tamen consulendus index.*

DII PENATES *sive* PATRII.

Gentilitas olim non singulis solum artibus ac vitæ professioni, sed etiam terris atque urbibus suos Deos attribuit, qui Penates *dicti sive* Patrii. *Ex his alii* privati; *qui & Lares* familiares, *quos quisque domi sua in sacrario (quod inde* Lararium *dictum) colebat: Alii* publici, *quos communi consensu populus aliquis, aut urbs tota, proprio ac singulari cultu dignabatur. Illi privatarum tantùm ædium, hi verò totius urbis aut regni curam ac tutelam gerere credebantur. Cic. pro Sylla:* Vos Dii patrii ac Penates, qui huic urbi atque imperio præsidetis. *Papinius 4. Sylv.*

Hos cum plebe suâ patrii servate Penates.

Erant autem hi Dii interdum ex magnis illis, interdum minuti sive minorum gentium, credebanturque locis sibi aliter sacratis gaudere, *illic* sedem *sibi elegisse; arma illic sua ac* currus *habere, ut videre est apud Virgilium 1. Æn de Carthagine;*

Hanc Juno terris fertur magis omnibus unam
Posthabitâ COLUISSE Samo, hic illius ARMA,
Hic CURRUS fuit: hoc REGNUM Dea gentibus esse
(Si qua Fata sinant) jam tum tenditque fovetque.

Qui verò Dii, quibus terris aut populis maximè culti fuerint, colligere potes ex subjectis veteris poetæ versibus:

Dodone tibi JUPITER sacrata est,
JUNONI Samos & Mycena diti,
UNDÆ Tænaros ÆQUORISQUE Regi.
PALLAS Cecropias tuetur arces,
Delphos PYTHIUS orbis umbilicum;
Creten DELIA, Cynthiosque colles;
FAUNUS Mænalon, Arcadumque silvas.
Est tutela Rhodos beata SOLIS.
Gades HERCULIS, humidumque Tybur.
Cyllene CELERI DEO nivosa,
TARDO gratior æstuosa Lesbos.
Ennææ CEREREM nurus frequentant.
RAPTAM Cyzicos ostreosa DIVAM,

For-

Formosam VENEREM Gnidos, Paphosque.

DEORUM ARMA *sive* GESTAMINA.

Jovis,	*Fulmen.*	Dianæ,	*Pharetra.*
Neptuni,	*Fuscina.*	Mercurii,	*Virga.*
Martis,	*Ensis.*	Bacchi,	*Thyrsis.*
Palladis,	*Hasta.*	Herculis,	*Clava.*
Apollinis,	*Sagitta.*	Cupidinis,	*Fax.*

Fulmina sub Jove sunt, Neptuni fuscina telum:
Ense potens Mars est, hasta Minerva tua est.

Deos falsos sive Idola colens.

Gentiles Pagani. Devia turba, cæca, expers Fidei, veri Dei ignara, veri oblita Tonantis. Barbara gens, fidei cui lumen ademptum: Cui mentem obnubilat vana superstitio, & veterum cultura Deorum. ——qui corde sinistro Relligiosa sibi sculpunt simulacra, suumque Factorem fugiunt, & quæ fecêre; verentur. Qui errore devio ludicra affingunt aris Numina; Impia thuricremis placantes marmora flammis. Frigida colunt saxa, ridenda Numina, falsorum simulacra Deum proni adorant, thure cæsisque victimis dignantur, &c *Vid.* Verus ubi penitus Deus omnipotentis Olympi Rex ignotus erat, sed Diis simulata colebant Saxa, hominum multò manuum fabricata labore *Prud.* His sumptuosa splendido delubra surgunt marmore: His colla mugientium percussa taurorum cadunt. *Id.* O mersa limo cæcitas gentilium! O spissus error: Elementa mundi consecrare altaribus: Id quod creatum est, conditorem credere: Deasciato supplicare stipiti. *&c.* Aris nefanda consecrare crimina. Ac tot stuprorum sordidam prosapiam. *Hic sub Martyris alicujus aut alterius persona latè excurri potest in Gentilium vanitatem, ut qui eos in cœlo collocent, quos, si in terris viverent, ob immania eorum scelera nulli satis profundi carceres haberent. Talis* Jupiter *adulter & incestus*: Mars *homicida*: Venus *prostibulum*; *mollis fractusque* Apollo *fur ac nebulo* Mercurius: Bacchus *stupri ac vini plenus*, &c. *de quibus* vide *Prudentum contra Symmach. & Hymno* ΧΠΕΡΙΣΤΕΦ. *Vbi hæc inter cætera Romanus Martyr ad Asclepiadem Præfectum*:

Sed credo magni limen amplectar Jovis:
Qui si citetur legibus vestris reus;
Laqueis minacis implicatur JULIÆ.
Luet severam victus & SCANTINIAM,
Te cognitore dignus ire in carcerem.

Leges JULIA *&* SCANTINA, *à latoribus suis nomen adeptæ, adulteria & infames amores puniebant.*

DIES.

Ep. Volucris, almus, lūcĭdus, rapĭdus, vēlox. *Serenus*, nĭtĭdus, innūbis, pūrus, formōsus, rŏseus, sĕrēnatus. *Pluvius*, tristis, nūbĭlus, nigrans, *Oriens*, purpŭreus, rŏseus, rŭbĭcundus, crŏceus, *&c.* Horæ diurnæ. Lux alma, Tempus diurnum. Nitor almæ lucis. *Propert.* Aspiciam nullos hodierna luce dolentes, *item* Lux proxima, Lux crastina, *&c.* Si mihi non hæc lux toto jam longior anno est. *Lux.*

Sen. —— nate, post multos mihi remisse soles. *Pers.* Tecum etenim longos memini consumere Soles, *Virg.* Tres adeo incertos cæca caligine soles Erramus pelago. *Catull* Fulsere quondam candidi tibi soles, i.e. *blandi dies.* *Sol.*

Ita Lumen, Aurora, Lucifer, *pro ipso die accipiuntur, adjectâ particulâ numerum aut multitudinem significante. Virg.* Vix lumine quarto prospexi Italiam, *Id.* —— nonamque serena Auroram Phaëtontis equi jam luce ferebant. *Prop.* —— memento venturum paucis me tibi Luciferis. *Ovid.* —— cùm tot de mense supersunt Luciferi, quot habent carmina nostra pedes. i. e. *Vndecimo Kalendas.* *Lumen. Aurora. Lucifer.*

DIEI PARTES.

I. DIES EXORIENS.

Die, Sole, Aurora, Lucifero exoriente, veniente, surgente, emergente ex Oceano, mari, pelago, Eois aquis, *&c.* Sole novo: primo Eoo. Manè novo. *Pers.* —— jam clarum manè fenestras intrat. *Prop.* Manè erat *Id. lib* 3. Mirabar, quidnam misissent manè Camœnæ Ante meum stantes, Sole rubente, torum. Veniente die: decedentibus umbris. Primi sub lumina Solis. Cùm prima lustrabat lampade terras Orta dies. Ut primū lux alma data est, Vix reserata dies. Noctis gelidas lux solverat umbras, Primisque cadentibus astris Cùm Phœbus *vel* Phœbeja lampas æquoreis aquis *vel* Eoo gurgite caput *vel* currum effert, exserit, tollit, promit, *&c.* Jam sol *vel* orta dies noctem fugavit: tenebras dispulerat: sidera hebetaverat *Tib.* Splendidior liquidis cùm Sol caput extulit undis. *Sen.* Surgit Titan radiante comâ Mundoque diem reddit clarum. Jam, rara micant sidera prono languida mundo. *Ovid.* Jam dederat Phœbo stella fugata locum. *Sil.* Atque ubi nox depulsa polo, primâque rubescit Lampade Neptunus, revocatque Aurora labores. *Virg.* —— vix summos spargebat lumine montes Orta dies. *Sen.* —— summa jam Titan juga stringebat, ortus vicerat noctem dies. *Ovid.* —— primo feriente cacumina Sole. *Virg.* *Manè.*

Cùm

Plus etiam, quàm quod Superis contingere possit.
Nescius affectas ———

DEUS.

Epit. Bonus, benignus, clemens, justus, vindex, æternus, immortalis, providus, omnipotens, magnus, immensus, &c. Dei manus, dextera, digitus Mens provida Numinis. Terrarum, cœlique sator. Hominum rerumque reportor, Torquet qui sidera cœli. Cuncta suo qui numina torquet. Qui mare, qui terras, qui cœlum numine complet; nutu temperat, fulmine terret Celsi moderator Olympi. Æterno qui numine cuncta gubernat. Abditus, ingens, omnipotens. Cuncta supercilio quatiens, cuncta igne corusco Terrificans, cæli superas dum concutit arces. Qui sceptra tenet radiantis olympi, orbis habenas moderatur, temperat. Cujus ab obtutu tellus commota tremiscit. Æterno numine cuncta movens. Superi regnator olympi. Mundi conditor Deus rex magnus olympi. Superûm, cælestûm, cælicolûm, cælitum; Rex, rector, Pater, O magne Olympi rector & mundi arbiter. Ætheriæ potens dominator aulæ: cujus excessum manu, utræque Phœbi sentiunt fulmen domus. O qui perpetuâ mundam ratione gubernans. Terrarum cœlique sator; qui tempus ab ævo Ire jubes, stabilisque manens dans cuncta moveri. Qui motus animi sensusque latentes Perspicis, & taciti pectoris ima vides. Immensum, augustum, verum, inscrutabile Numen.

Numen.

Sanctissima Trinitas.

Sancta Trias Summe Deus, sobolesque Dei, consorsque duorum Spiritus, in triplici numine numen idem. Numen idem tribus est, tribus una voluntas, Una eademque tribus natura atque una potestas, Majestasque eadem O nullis hominum pervia sensibus, Æterna & monas & trias: Nato æquæve Pater, Nateque par Patri, Et manans ab utroque Spiritus. Substantia simplex, Personis distincta tribus.

Deus Pater.

Pater omnipotens, Æternus genitor. Nato æquævus Pater. Ille opifex rerum & mundi melioris origo, O Pater, ô hominum Divûmque æterna potestas. Hoc Pater ipse velit, summi regnator olympi. Mens mundi, rerumque parens; cujus opus cœlum, tellus, mare & omne, quod usquam est. Tu Pater es, tu te fecunda mente volutans, Ipsummet te totum obiens, in teque reflexus, Concipis ipse tui exemplum, tuæ imaginis instar Haud ulli visum, haud ulli narrabile Verbum.

De-

Deus Filius.

O rerum decus, ô mundi melioris origo, Nate Patris summi, verum de Lumine Lumen. Magni Tonantis immensa soboles, quam protulit ævi Impatiens, semperque in se conversus & hærens, Æternus vitæ genitor; velut æthere in alto Flammantes radios formoso è lumine Titan. Magno à lumine lumen descendens, de patre Deus: nec honoribus illi, nec regni splendore minor. Patris magni soboles: Dei indubitata propago: Summi sapientia Patris. Æternum, immortale, haud enarrabile Verbum. Æterni patris imago unica; Eque Deo Deus, & verum de numine numen. Æterno soboles æquæva parenti Quem nulla creavit Dextra Deum potuitque Deus genuisse, sed æquâ Majestate parem; tunc, cum flammantia nondum Lumina labentem veherent mortalibus annum. *Vide* CHISTUS.

Deus Spiritus Sanctus.

Sacrum flamen. Sancte veni, penitus te mentibus insere nostris. Aura potens, amor omnipotens, cœli aurea flamma. Spiritus alme, Patris summi & pia copula Nati: amborum mutuus ardor: ab utroque fluens consorti Spiritus aurâ. Spirabile numen: sancti fornaxque & fomes amoris. Profluit ecce Patris Gnatique è numine eodem Numen idem; calor omnipotens, diffusilis aura Perpetuò itque reditque reciproca; mutuus ardor, Amborum communis amor. Hic Deus ille, hic amor, quo cuncta creata, omnia, quo constant, quique omnia condita servat. Omnipotens vigor & doni septemplicis auctor. Olim etiam apparens oculis mortalibus; Præpetis in faciem collectus, & alba columbæ colla gerens. Amor æternus: Sacer halitus: Lux, ignis accendens sacro calore mortalia corda. Aureus imber, sitientia cœlo corda rigans; lætisque feracia frugibus explens, *&c.*

DEUM VENERARE.

Structas colere per aras. Divino honore dignari. Thure cremato colere. Flexo poplite, inflexo genu adorare. *Adorare.* *Senec.* Delubra, & aras cælitum supplex adora. Veneremur aras; Pecore votivo; Arabumque donis colere. Dare cum prece thura pia. Sacra ferre; referre. *Virg.* Imprimis venerare Deos, atque omnia magnæ Sacra refer Cereri. *Niobe apud Ovid:* ——— cur colitur Latona per aras. Numen adhuc sine thure meum est? *Ovid:* Omnibus illa quidem superis pia thura ferebat. *Virg.* Farr: 110, & ple-

nâ supplex veneratur acerrâ NOTA *hic per* far pium *nihil aliud designari*, *quàm* molam salsam *sive far molitum & sale conspersum, quo veteres rem sacram fecisse (illo victimis insperso aut Aris imposito) notum est. Ovid. 1. Fast.*

Imponit libum, ferraque mista sale.

ACERRA *verò vasculum erat sive arcula, in qua thus Diis adolendum reservabatur.* Plenâ *autem* acerrâ, i.e. *liberali manu, quod ditiorum erat. Talis Parthenius ille apud Mart. l. 4. Phœbo pro incolumitate filii sacrificans.*

Hæc tibi pro nato plenâ dat lætus acerrâ
Phœbe, Palatinus munera Parthenius.

Deum precari.

Deum supplice voce rogare; sollicitâ prece ambire; votis *vel* in vota vocare; auxilio vocare. Poscere Deos veniam: pacem per aras exposcere: votis precibusque rogare. *Virg.* Ibant orantes veniam, & templum clamore petebant. Ad te confugio, & supplex tua Numnia posco. Cœlum votis onerare, implere, fatigare, &c. *Tib.* Quid prodest cœlum votis implêsse, Neæra, Blandaque cum multâ thura dedisse prece? Fundere preces pectore ab imo; precantia dicere verba: effundere ad æthera voces. *Ovid.* Sæpe Deos supplex, ut tu scelerate valeres, Sum prece thuricremis devenerata focis.

Tendere supinas ad cœlum cum voce manus. Ac supplex geminas tendens ad sidera palmas, Tellurem noctemque rogat. Cœlo palmas cum voce tetendit. Multa Jovem manibus supplex orare supinis. *Sunt autem* manus supinæ *ita extensæ, ut palmæ cœlum spectent. Quo habitu olim Deos superos invocabant, sicut Marinos manibus ad mare porrectis. De quo Virgil. Æn. l. 4.*

Ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus
Fudissetque preces, Divosque in vota vocasset.

DEI PRÆCEPTA *sive* DECALOGUS.

Epit. Vĕnĕranda, cŏlenda, trĕmenda, sancta, cœlestia. Dei jussa, scita, mandata, instituta, præscripta. Legis jura tremenda sacræ. Mandata Tonantis. Sacræ Oracula legis. Cælestia jussa. Aurea jussa decem, quæ supero demisit Olympo, Ætheria clangente tuba, lituisque sonoris Omnipotens genitor, &c *Prud. in Apoth* Dux populi peccantis adest de monte corusci Luminis, alloquioque Dei tabulasque tremendo Incisas digito cæca ad tentoria defert.

Deum timens.

Dei mandata, jussa, *&c.* servans, colens, sequens. Servantissimus Æqui. *Horat.* Virtutis veræ custos rigidusque satelles.——quem non de tramite recto Impia sacrilegæ flexit contagia tubæ: Sed vitæ rimatur iter melioris, & altâ Mente Dei leges noctesque diesque revolvit. Cœlestem agitans mortali in corpore vitam. *Vida*: Unus amor Æqui, sanctique arrecta cupido Una erat, & totum capiebat pectore cœlum. Insistens recti justique vias. Cui maxima cordi Relligio Sinceræ pietatis amans. Cultor pietatis avitæ. cui pectore toto Unus, inest Deus, unum animo volvitque, tenetque Præque uno, unius tantùm inflammatus amore, Omnia fastidit: cupit hunc, nil cetera curat. *Vide* Bonus *supra fol.* 129. *Pius.*

Dei timore carens.

Dei jussa *vel* mandata spernens, contemnens, proculcans, nihili pendens, non tanti faciens, &c. *Horat.* Parcus Deorum cultor, & infrequens. *Papin.* Superûm contemptor, & æqui impatiens. Per omne fasque nefasque ruens. *Senec.* Quid enim reliquit crimine intactum, aut ubi sceleri pepercit? Divini gens nescia fœderis, exlex, contemtrixque poli; fandi & nefandi negligens. Ergo flagitiis se penitus dedit Impietas secura Dei. Impia turba scelerata cohors: improba caterva: perversa malorum colluvies. Quos impius abstulit error: cæca rapuit impietas. *Sen.* Certant in omne facinus, & perisi nihil ducunt. *Ovid.* ——quà terra patet, fera regnat Erynnis: facinus jurasse putes. *Vide in Indice* Scelus.

Deo favente.

Deo propitio. Cælitibus æquis. Non sine Deo. Superis faventibus. Deo secundo, dextro. *Comici.* Cum Diis volentibus. *Ovid 5. Tr.* Sic igitur dextro faciatis Apolline carmen. *Id.* Si mihi Dii faciles, & sint in amore secundi. *Prop Herc. invocans.* Dexter ades patribusque tuis, populoque Quirini. *Ibid.* Sancte, velis libro dexter adesse meo. *Vide* favere *infra* & Auxilium implorare *supra fol.* 113.

Deo invito.

Diis iratis, sinistris, iniquis. Deo vetante, adverso, adversante, non præsente. *Prop* ——nupsi, non comitante Deo: *Hymenæo scilicet.* Adverso carmina structa Deo: *scilicet*

Apolline (*Pers. de avaro genium suum defraudante.*) Hunc Diis iratis, Genioque sinistro, *sc. natum vel viventem Ovid.* Dii quos experior nimium constanter iniquos i.e. *adversos, non faventes. Id* Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit. *Virg.* Heu! nihil invitis fas quemquam fidere Divis. *Horat,* Tu nihil invita dices, faciesvé Minerva. *Vide, quæ annotavimus supr. fol. 9.*

DII GENTILIUM,

QUI QUE CONSENTES; ET EORUM NUMERUS.

DEORUM, *quos cæca coluit Gentilitas, ingens olim multitudo fuit: quorum alii* Superi *sive* Cœlestes *dicti, de quibus folio sequenti. Alii* Marini, *alii* Inferi, *alii denique* terrestres, *è quibus præcipuè usitati sunt poëtis* Panes *ac* Silvani; *&* Nympharum *varia genera. De quibus omnibus infra suo loco. Ante omnia verò consulendus Index.*

DEORUM *item alii dicuntur* Magni, *sive* (*ut Cicero appellat*) majorum gentium: *alii verò* Minuti *sive* minorum gentium; *quorū fuit olim numerus innumerus: quando nulla extitit res tam vilis, cui non aliquod Numē affinxerint, adeò ut projectissima etiam sordes suos Deos habuerint, quibus nominandis honor præfandus honor esset. Dii autem* magni *numero sunt* 12, *sex mares, & sex feminæ, quos Ennius Carmine complexus est.*

JUNO, VESTA, MINERVA, CERES,
DIANA, VENUS, MARS,
MERCURIUS, JOVIUS, NEPTUNUS,
VULCANUS, APOLLO.

Iam verò supremus omnium Jupiter, *reliquis undecim, velut assertoribus & consiliariis, uti perhibetur* (*unde &* Consentes *dicti*) *easque in palatium suum convocare, quoties de gravioribus rebus deliberandum censet. Ut videre est apud Virg. l. 10. Æn. & Ovid. Met. 1. Idem l 6 ejusdem operis.*

Bis sex Cœlestes, medio Jove sedibus altis,
Augustâ gravitate sedens.——

Facit huc locus apud Comicum, ubi servus Epidicus tergo suo metuens, neque consilius exitum reperiens:

SI UNDECIM, *inquit*, DEOS præter sese secum adducat
JUPITER,
Ita non omnes excruciatu poterunt eximere Epidicum.

DEO-

DEORUM ALIQUOT NOMINA,

quæ ad nullum alium locum communem in hoc libro reducta sunt.

I. JANUS.

Epith. Bifrons, biceps, anceps, biformis, geminus, claviger, antiquus, *&c.* Janus pater. Jani bifrontis imago, Rerum sator: Principium Deorum: Publica quem primum vota, precesque canunt Ancipiti mirandus imagine Janus: Solus de Superis qui sua terga videt. Annum reserans, Jane biceps, anni tacitè labentis origo. Annorum, nitidique sator pulcherrime mundi. (*Ianus ipse apud Ovid*) —— modò namque Patulcius idem. Et modò sacrifico Clusius ore vocor, IANUS *antiquissimus Italiæ Deus habitus & Latii Rex, quem quidam cum Chao, alii cum Mundo confundunt Vnde in sacris principem locum obtinuit, quòd ab eo rerum omnium factum putarent initium, Deinde efformatus geminâ facie, clavem virgamque manu tenens, dictusque est in sacris* Clusius & Patulcius; *quòd omnia clauderet atque aperiret: quia rerum omnium principiis & extremis præesse credebatur, & veterem Annum claudere, ac novum reserare. Vnde ipse apud* Ovid. I. *Fast.*

Quidquid ubique vides, cœlum, mare, nubila, terras,
Omnia sunt nostrâ clausa, patentque manu.

2. SATURNUS.

Epit. Falciger, tristis, immitis, senex, falce potens, *&c.* Deûm progenitor falce metuendus Falcitenens Deus. Senex falciger Leucadius Deus. Cælitibus regnis à Iove pulsus, Aurei arbiter ævi *Virg.* 8. *Æn.* Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo Arma Iovis fugiens, & regnis exul ademptus Is genus indocile, & dispersum montibus altis Composuit, legesque dedit, Latiumq; vocari Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris. Aureaque (ut perhibent) illo sub rege fuerunt Secula: sic placidâ populos in pace regebat. *Mart* Antiqui rex magne poli, mundique prioris: Sub quo pigra quies, nec labor ullus erat *Virg.* 7. *Æn.* Vitisator: curvam servans falcem. SATURNUS *Cœli filius (qui & falcem invenit, & genus vitis Italis demonstravit) cùm filios ex Rhea uxore dira voracitate degluberet, à Iove filio Corybantum fraude servato, dejectus è regno ad Ianum in Italiam confugit, ibidemque delituit. Vnde Italia olim* Saturnia *est dicta, & à latendo* Latium *Ov. l.* I. *Fast.*

Inde diu genti mansit. *Saturnia*, nomen;
Dicta quoque est *Latium* terra, latente Deo.

3. JUPITER.

Tonans. *Ep.* Omnipotens, invictus, fulminans, terrificus, altitonus, æternus, sceptriger, summus, magnus, Saturnius, Dictæus, Panomphæus, i. e. *omnium voce colendus*. Divûm pater atque hominum rex. Rector superûm. cælitum hominumque, divumque æterna potestas. Pater omnipotens. Rex altus ætheris: stellantis Olympi rector. Ipse pater Divûm. *Sen.* Sator

Diespiter. Saturnius. Deorum, cujus excussum manu utræque Phœbi sentiunt fulmen domus. Qui fera terribili jaculatur fulmina dextrâ. Rapidis qui tonat altus equis. *Horat.* Diespiter igni corusco nubila dividens. Fulminantis magna Jovis manus. Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis. *Hic Deus olim* JOVIS *(ut patet ex versu Ennii suprà allato) à* juvando *dictus est; postmodum verò* JUPITER, *quasi* juvans pater*: quòd ejus Numine omnia ali ac sustentari crederent. Præter hæc varia* JOVIS *sunt cognomina, ut:* CAPITOLINUS, LATIALIS, STATOR, FERETRIUS, ULTOR, P STOR, ELICIUS, HERCÆUS, DODONÆUS, HAMMON *& alia sexcenta desumpta vel à locis, in quibus cultus fuit; vel à variis eventibus, ut videre est apud* OV. *in Fastis.* DIESPITER *dictus est à Romanis, quasi diei lucisque pater. Hor. in Od.*

——— sæpe Diespiter
Neglectus, incesto addidit integrum.

4. CYBELE.

Cybelle. Dindymene. *Ep.* Turrita, sacra, Phrygia, idæa, grandæva. Cybeleia mater. Turrigera *Dea:* Berecynthia mater, Idæa mater, turrigerâ caput exornata corona. *Mart.* Mystica sacra Dindymenes. *Virg.* Alma parens. Idæa Deûm, cui Dindyma cordi, Turrigeræque urbes. *Claud. de Cybele Cereri occurrente:* Non buxus, non æra sonant, blandique leones Submisere jubas: adytis gavisa Cybelle Exsilit, & pronas intendit ad oscula turres. CYBELE, *quæ &* OPS *sive* Rhea. *Saturni uxor: Jovis, Neptuni, Cereris, pluriumque Deorum mater: eadem cum* Tellure *putata est: quæ quia omnia parit, & turrigeris urbium mœnibus velut coronatur;* Magna mater *dicta est, & cum, turritâ coronâ efformata, currui à leonibus tracto insidens. Sacra ejus ingenti tympanorum ac tibiarum strepitu insanum in modum peragebantur à Corybantibus & semiviris Gallis. Culta præcipuè fuit in* Phrygia, *in qua est* Berecynthos *castellum, item* Dindymus *atque* Ida, *notissimi montes: unde varia ejus cognomina. Virg. l. 6.*

qua-

——— qualis Berecynthia mater.
Invehitur curru Phrygias turrita per urbes,
Læta Deum partu, centum complexa nepotes.

5. JUNO.

Ep. Omnĭpŏtens, sceptrĭfĕra, rēgia, prōnŭba, torva, Sātur- *Saturnia*
nia, magna Regina Juno, Nupta sororque Jovis Germana *nia*.
vel matrona Tonantis. *Iuno apud Virg.* Ast ego quæ Divûm
incedo regina, Jovisque Et soror & conjux. *Sen.* Et te soro-
rem cuncta pollentis viri, Argolica Juno, supplici fibrâ co-
lam. Maximi consors Jovis. Thalamis quæ præsidet alma
maritis. Cui vincla jugalia curæ. Sacris præfecta maritis.
Hor. Tu Lucina dolentibus, Juno, dicta puerperis. *Dea*, quæ
Samum colit, *vel* quam Samus colit, Pelopeiadesque Myce-
næ. Saturnia *vel* Saturnia Juno. Torva *vel* tumida noverca:
respectu Herculis. JUNO *Saturni filia, & Iovis conjux, nuptiis
& partui præesse credita est, unde* pronubæ *&* Lucinæ *cogno-
mina, de quibus supra fol* 163. *Regnis quoque & Dignitatibus
præsidet, utpote superûm Regina Inducitur à poëtis vultu, voce,
ac potissimùm incessu fastum quemdam & majestatem præse-
ferens. Vnde est apud Athenæum,* Junonium ingredi. *Quò re-
spicit Propert in Cynthia sua laudibus:* ——— Incedit vel Jove
digna soror. *Et Sidonius in Deorum enumeratione*:

Pampineus Liber. Mars trux, Tyrinthius hirtus,
Juno gravis, prudens Pallas, turrita Cybele.

6. VESTA,

Ep. Cāna, casta, Trōjāna, iliăca, Ænēia, săcra, pŭdīca Ignis
æternus. Virgineus focus. *Prop. de Vestali*: Virgineo lecta mi-
nistra foco. *Florus*: Custos imperii flamma, Vesta mater. Sa-
cræ fatalia lumina Vestæ Pervigil ignis. Canæ penetralia
Vestæ. *De* VESTA *variæ fuerunt Veterum opiniones: plurium
sensu Saturni ac Rheæ filia fuit. Cereris ac Iunonis (quibus
nubentibus ipsa innupta permansit) soror. Per quam sive Ter-
ram, sive* Ignem *intellexerint; certè* in igne *culta fuit, quem
Virgines (inde* Vestales *dictæ) diu noctuque alere debeant Hinc
ignis* perpetuus *&* æternus *nominatus est: eúmque diruta
Trojâ primus Æneus in Italiam transtulisse fertur, unde vestæ*
Iliaca *&* Trojana *Hinc intelliges Silium lib.* 1.

Et vos virginea lucentes semper in ara
Laomedonteæ, Trojana altaria, flammæ.

7. APOLLO.

Ep. Formŏsus, crīnĭtus, intonsus, pulcher, arcĭtĕnens, fā-

 tidi-

Latonigena. tidicus, doctus, flavus, nitidus, lauriger, auricomus, candidus, &c. Latonia proles. Latous vatum pater. Deus Delphicus, Lycius, Clarius *Ovid.*—Clario Delos amata Deo. *Hor.* Delius. Qui Lyciæ tenet dumeta, natalemque silvam, Delius, & Patareus Apollo. Cui Delphica tellus, & Claros, & Tenedos, Paan. Pataræaque regia servit Crinibus insignis: arcu fulgente decorus *Prop* Pythius in longâ carmina veste sonans. *Hor.* Insignis pharetrâ, fraternaque humerum lyrâ. Formosus Trojæ munitor. Cytharæ pulsator Apollo. Augur Apollo: Arcitenens. fatidicus veri præses. Carminis auctor. Musarum præses: Castalidum dux. Qui Cytharam nervis, qui nervis temperat arcum. Pius arcitenens: Pæan arcu inclytus: domito Py-Phœbus. thone superbus: potens numeris: Pieridum columen, cujus Cynthius. Parnassia magno nomine templa sonant. Intonsus Cynthius: medicæ repertor artis: herbarum potens. *Phœbus de* Pythius. *se apud Ovid.* I. *Met.* Inventum Medicina meum est, opiferque per orbem Dicor & herbarum subjecta potentia nobis. Cyrthæus vates, lauro crines Parnasside vinctus, &c. APOLLO *Iovis & Latonæ filius, natus in Delo insula, in qua est Cynthus mons, unde* Delius *&* Cynthius *dicitur. Huic artes eximias quatuor acceptas tulit antiquitas: Divinationem, unde* Vates *&* Augur *dictus: sagittandi peritiam, unde varia illi cognomina: Musicam, unde* μουσηγέτης *sive Musarum præses cõstitutus: & Medicinam, unde ad avertendam maximè pestilentiam invocatus, quam etiam iratus ipse sagittis suis immittere, nisi placaretur, putatus est. Quo quidã referunt nomen* PÆAN, *quod* ἀπὸ τοῦ παίειν, *i.e.* à feriendo *obtinuit. Triplex fertur ejus potestas: nam in cœlo* Sol *est (quo referri potest nomen* Phœbus ἀπὸ φὸς & βίος *i.e.* luce & vita; *vel etiam à* φοῖβος, *i.e.* purus:) *in terris* Liber pater: *apud inferos* Apollo. *Eidem & Baccho perpetua juventus & intonsi crines attribuuntur. Tibull.*

Solis perpetua est Baccho, Phœboque Juventa:
Nam decet intonsus crinis utrumque Deum.

LOCA, *in quibus præcipuè Apollo cultus fuit, unde & usitatiora ejus Epitheta fluxerunt, fere sunt hæc sequentia*: Parnassus, *mons Phocidis*: Cyrrha *&* Delphi *ejusdem regionis oppida*: Patara, *urbs Lyciæ*: Grynæum nemus *in Ionia*: Thymbra *ager Trojæ vicinus*: Actium. *Epiri promontorium*, &c. PYTHIUS *dictus est à Pythone serpente interempto, de quo ipse jactabundus apud Ovid.* I. *Met.*

Qui modo pestifero tot jugera ventre prementem
Stravimus innumeris tumidum Pythona sagittis:

8. Di-

8. DIANA.

Epit. Casta, intĕgra, succincta, phăretrāta, jăcŭlātrix, torva, aspĕra, vĕrecunda, innupta, montĭvăga, nĕmŏrālis, văga, candĭda, pulchra, săgittĭfĕra, intĕmĕrāta, Mænălia. Nemorum cultrix, Latonia virgo *Dea* sylvarum. Secretis *Dea* saltibus errans; consors Phœbi *Dea*. Aspera Phœbi soror, Pharetrata puella Mænalis *Diva*. *Dea* montivaga, silvicola. Virgo potens nemorum. *Virg*. Astrorum decus, & nemorum Latonia custos. *Claud*. Candida Parrhasii Regina Lycæi. Latonæ stirps, genus, soboles. *Virg*. Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi Exercet. *Diana* choros; quam mille sequutæ Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa pharetram Fert humeris, grandiensque *Deas* supereminet omnes. *Ouid*. Parce movere feros animosæ virginis arcus. Celeris spicula Cynthiæ. Ferens *Dictynna* sagittas. *Senec* Regina nemorum, sola quæ montes colis ô magna sylvas inter & lucos *Dea*. *Horat*. Montium custos nemorumque virgo: *Diva* triformis. Trivia silvarum potens, arcu gaudens *&c*. *Latonia* *Latois.* *Delia.* *Cynthia* *Dictynna.* *Trivia.*

Ouid. Principium quæ *Dea* lucis habet. *Horat*. Ritè maturos aperire partus lenis Ilithia, tuere matres. Sive tu Lucina probas vocari, seu Genialis. DIANA *Iovis & Latonæ filia, Apollinis gemella soror*, Delia *&* Cynthia *à patria dicitur*. Dyctinna *verò quòd retibus delectetur, utpote venationi dedita. rete enim* δίκτυον Lucinæ *nomen accipit ab eo, quod partui sive recens in lúcem venientibus præesse credita est. Triplex ejus, sicut Apollinis, fertur potestas. Eadem enim in cælo* Luna, *in terris* Diana, *apud inferos* Proserpina *putatur Hinc* triformis *dicta, & olim in triviis culta fuit, unde & ipsa* Trivia. *De has triplici potestate exstant Auctoris veteris, at incerti carmina:* *Lucina.* *Ilithyia.* *Genialis*

Terret, lustrat, agit: Proserpina, Luna, Diana;
Ima, superna, feras: sceptro, fulgore, sagittâ.

9. MERCURIUS.

Epit Impĭger, pācĭfĕr, vŏlŭcer, pennĭger, văgus, făcundus, Argicida, sollers Mænalius ales. Volucer Tegeaticus. Deus aliger, Mænalius, Arcadius. Majâ genitus. Pacifer Cyllenius. Pleiade natus. Maja creatus. Tegeés alumnus. Atlantis nepos. *Deus* Arcadiæ Vocalis citharæ repertor: lyræ parens. Cyllenes cœliq; decus *Deûm* facundus minister. Penniger Arcas. Cyllenius ales. Interpres *Divûm*: somniferam quatiens virgam, tectusque galero Quem lucida partu Pleias enixa est. Quem peperit magno lucida Maja Jovi. Atlantis magni Pleionesq; nepos: alato qui pede carpit iter. Cy- *Cyllenius.* *Atlantides.* *Majugen*

tharæ inventor, furibus aptus *Apud Virg. l. 4. Æn sic se parat, ut Iovis mandata Æneæ perferat.*—primum pedibus talaria nectit Aurea, quæ sublimem alis, sive æquora supra Seu terram, rapido pariter cum flamine portant: Tum virgam capit hac animas ille evocat Orco pallentes, alias sub tristia Tartara mittit; Dat somnos adimitque, & lumina morte resignat; Illâ fretus agit ventos, & turbida tranat nubila. *Horat* Mercuri facunde nepos Atlantis superis Deorum gratus & imis. Magni Jovis & Deorum nuntius. MERCURIUS *ex Iove & Maja Atlantis filia, una ex Plejadibus, genitus: fingitur Deorum nuntius. Poëta illi tribuunt* talaria *in pedibus*, galerum *in capite, in manibus* Caduceum *sive virgam serpentibus evinctã, cujus vim & magicas virtutes supra descripsit Virg. Deus est eloquentiæ, furum & mercatorum. Natus in Cyllene monte Arcadiæ, unde* Cyllenius *&* Arcas. Caducifer *verò dictus est à virga, quam manibus gestat Ouid. l. 2. Met.*

Caducifer. Tegeaus.

Hinc se sustulerat paribus Caducifer alis.

AT *non solùm inter superos versari Mercurium existimabant, verùm etiam ad inferos mortuorum animas deducere, & Charonti transvehendas offerre Hinc illum compellat Pluto apud Claud. 1. de Raptu hunc in modum.*

Atlantis Tegeæe nepos, commune profundis
Et superis numen; qui fas per limen utrumque
Solus habes, geminosque facis commercia mundo.

10. MINERVA.

Pallas. Tritonia. Tritonis.

Epit. Flāva, casta, innupta, innūba, ŏpĕrōsa, ingĕniōsa, tĕtrĭca, docta, culta, armĭpŏtens, bellĭca. 1. &c. *Vide plura supra fol.* 77. *& fol.* 121. Armipotens Jovis filia. Oleæ inventrix. Solo nata Jove Unigena diva Bellica virgo. Bellatrix diva, dea, virago Magni nata Tonantis, inclyta Pallas. Sævæ Tritonidis arces: cultæ Tritonidos artes. Colus, calathique Minervæ. Flava virago. è crebro prognata Jovis. Patrio vertice edita. Doctis Athenis præsidens. Artium repertrix. MINERVA Græcis ἀθηνᾶ *& ab oculis noctiurnis* γλαυκῶπις dicta: *scientiarum Dea credita est, utpote è Iovis cerebro nata.* Tritonis *vocata (à Tritone palude, apud quam educata fuit) ac demũ* Pallas *ab occiso Pallante gigante. Contendisse fertur cum Neptuno, uter nomen Athenis daret. Censuerunt Dii, ut is daret, qui melius munus mortalibus produxisset.* *Pallas* Oleam *produxit, Neptunus* Equum. *Iudicium secundùm Palladem datum est: itaque urbem à se* Athenas *nominavit.* *Atque hinc Olea* Palladis arbor *dicta, ipsa verò* Oleæ inventrix, Attica, Cecropia, &c. *Vide Ovid. 6 Met. ubi Pallas cum Arachne con-*

contendens seipsam cum Neptuno certantem in hunc modum depingit:

At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam,
Dat galeam capiti, defenditur Ægide pectus:
Percussamque suâ simulat de cuspide terram
Edere cum baccis fœtum canentis Olivæ.

CETERORUM DEORUM *nomina videre potes suis quæque locis aut ad calcem libri: ante omnia tamen consulendus index.*

DII PENATES *sive* PATRII.

Gentilitas olim non singulis solum artibus ac vitæ professioni, sed etiam terris atque urbibus suos Deos attribuit, qui Penates *dicti sive* Patrii. *Ex his alii* privati; *qui & Lares* familiares, *quos quisque domi suæ in sacrario (quod inde* Lararium *dictum) colebat: Alii* publici, *quos communi consensu populus aliquis, aut urbs tota, proprio ac singulari cultu dignabatur. Illi privatarum tantùm ædium, hi verò totius urbis aut regni curam ac tutelam gerere credebantur. Cic. pro Sylla:* Vos Dii patrii ac Penates, qui huic urbi atque imperio præsidetis. *Papinius 4. Sylv.*

Hos cum plebe suâ patrii servate Penates.

Erant autem hi Dii interdum ex magnis illis, interdum minuti sive minorum gentium, credebanturque locis sibi aliter sacratis gaudere, *illic* sedem *sibi elegisse;* arma *illic sua ac* currus *habere, ut videre est apud Virgilium 1. Æn de Carthagine;*

Hanc Juno terris fertur magis omnibus unam
Posthabitâ COLUISSE Samo, hic illius ARMA,
Hic CURRUS fuit: hoc REGNUM Dea gentibus esse
(Si qua Fata sinant) jam tum tenditque fovetque.

Qui verò Dii, quibus terris aut populis maximè culti fuerint, colligere potes ex subjectis veteris poetæ versibus:

Dodone tibi JUPITER sacrata est,
JUNONI Samos & Mycena diti,
UNDÆ Tænaros ÆQUORISQUE Regi.
PALLAS Cecropias tuetur arces,
Delphos PYTHIUS orbis umbilicum;
Creten DELIA, Cynthiosque colles;
FAUNUS Mænalon, Arcadumque silvas.
Est tutela Rhodos beata SOLIS.
Gades HERCULIS, humidumque Tybur.
Cyllene CELERI DEO nivosa,
TARDO gratior æstuosa Lesbos.
Ennææ CEREREM nurus frequentant.
RAPTAM Cyzicos ostreosa DIVAM, For-

DIES.

Ep. Volucris, almus, lucidus, rapidus, velox. *Serenus*, nitidus, innubis, purus, formosus, roseus, serenatus. *Pluvius*, tristis, nubilus, nigrans, *Oriens*, purpureus, roseus, rubicundus, croceus, *&c.* Horæ diurnæ. Lux alma, Tempus divinum. Nitor almæ lucis. *Propert.* Aspiciam nullos hodierna luce dolentes, *ita* Lux proxima, Lux crastina, *&c.* Si mihi non hæc lux toto jam longior anno est. *Lux.*

Sen. —— nate, post multos mihi remisse soles. *Pers.* Tecum etenim longos memini consumere Soles, *Virg.* Tres adeo incertos cæca caligine soles Erramus pelago. *Catull.* Fulsere quondam candidi tibi soles, i. e. *blandi dies.* *Sol.*

Ita Lumen, Aurora, Lucifer, *pro ipso die accipiuntur, adjectâ particulâ numerum aut multitudinem significante. Virg.* Vix lumine quarto prospexi Italiam, *Id.* —— nonamque serena Auroram Phaëtontis equi jam luce ferebant. *Prop.* —— memento venturum paucis me tibi Luciferis. *Ovid.* —— cùm tot de mense supersunt Luciferi, quot habent carmina nostra pedes. i. e. *Vndecimo Kalendas.* *Lumen. Aurora. Lucifer.*

DIEI PARTES.

I. DIES EXORIENS.

Die, Sole, Aurora, Lucifero exoriente, veniente, surgente, emergente ex Oceano, mari, pelago, Eois aquis, *&c.* Sole novo: primo Eoo. Manè novo. *Pers.* —— jam clarum manè fenestras intrat. *Prop.* Manè erat *Id. lib* 3. Mirabar, quidnam misissent manè Camœnæ Ante meum stantes, Sole rubente, torum. Veniente die: decedentibus umbris. Primi sub lumina Solis. Cùm prima lustrabat lampade terras Orta dies. Ut primû lux alma data est, Vix reserata dies. Noctis gelidas lux solverat umbras. Primisque cadentibus astris Cùm Phœbus *vel* Phœbeja lampas æquoreis aquis *vel* Eoo gurgite caput *vel* currum effert, exserit, tollit, promit, *&c.* Jam sol *vel* orta dies noctem fugavit: tenebras dispulerat: sidera hebetaverat *Tib.* Splendidior liquidis cùm Sol caput extulit undis. *Sen.* Surgit Titan radiante comâ Mundoque diem reddit clarum. Jam, rara micant sidera prono languida mundo. *Ovid.* Jam dederat Phœbo stella fugate locum. *Sil.* Atque ubi nox depulsa polo, primâque rubescit Lampade Neptunus, revocatque Aurora labores. *Virg.* —— vix summos spargebat lumine montes Orta dies. *Sen.* —— summa jam Titan juga stringebat, ortus vicerat noctem dies. *Ovid.* —— primo feriente cacumina Sole. *Virg.* *Manè.*

Cùm

——— cùm primum alto ſe gurgite tollunt Solis equi, lucemque elatis naribus efflant. *Vide* SOL *&* Solis EQUI.

Cùm primùm albeſcere cœlum Incipit, & fuſcis nox humida transfugit alis. Roſcida cùm primùm foliis excuſſa pruina eſt. Tempus erat, vitreâ quo primum terra pruinâ Spargitur, & rectæ fronde queruntur aves. Nox ubi transierit, cœlumque rubeſcere primo Cœperit, & tactæ rore queruntur aves.

Cœlo cùm primùm Lucifer alto Autoram evocat. Cumque albo Lucifer exit clarus equo, Cùm Lucifer albæ Nuntius Auroræ claro ſe tolleret ortu. Jamque pruinoſos molitur Lucifer axes, Inque ſuum miſeros excitat ales opus. *Ovid. de ſuo exceſſu* ——— cœlo nitidiſſimus alto, Stella gravis nobis Lucifer ortus erat. *Papin.* Roſcida jam novies cœlo dimiſerat aſtra Lucifer, *&c.*

Aurorâ rubente, ſurgente, referente diem. Cùm croceis torate genis Tithonia conjux Cœperit. Ubi pallida ſurgit Tithoni croceum linquens Aurora cubile. Aurora interea miſeris mortalibus almam Extulerat lucem, referens opera atque labores. Clara laboriferos cœlo Tithonia currus Extulerat, Cùm lucem; Solem, Phœbeos currus revehit: ſtellis, tenebris Aurora fugatis. Jamque rubeſcebat radiis mare, & æthere ab alto Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis: frænabat currus, fugabat ſtellas, *&c.*

Phoſphorus. LUCIFER *Epith.* Albus, nitidus, nitens, roſcidus, roſeus, purpureus, vigil, almus, *&c.* Velox Auroræ nuncius. Admonitor operum. Prævius Auroræ; roranti provectus equo; &c. *Virg.* Aut cùm ſole novo terras irrorat Eous. *Ovid.* Admonitorque operum cœlo clariſſimus alto Lucifer ortus erat. *Id.* ——— diffugiunt ſtellæ, quarum agmina cogit Lucifer, & cœli ſtatione noviſſimus exit. *Sen. Herc. Fur.* Nox victa vagos contrahit ignes: Cogit nitidum Phoſphorus agmen. *Nempe tamquam Vragus aut tergiductor, qui in Romana militia agmen claudebat, unde etiam* Coactor *dictus.* Eous *idem eſt, quod* Matutinus, *ab* ἠώς, *i.e. aurora. Ovid. hoc nomen dedit uni ex quatuor equis ſolis. Nihil prohibet autem & Luciferi eſſe nomen; qui tam poteſt* Eous *dici, cùm manè ſolem præcedit, quam apud Plautum & Papinium* Nocturnus, *cùm ſub Heſperi nomine ſolem occidentem ſubſequitur. Rectè igitur Cinna in Smyrna:*

Te matutinus flentem conſpexit Eous,
Et flentem PAULO vidit POST HESPERUS IDEM:

Au-

AURORA, *Ep.* Lutea, crocea, fulgida, rosea, purpurea, clara, alma, candida; rubens; pallens, formosa, rubra, humida, roscida Parens Memnonis. Tithoni fulgida conjux. Nurus Laomedontis, Auroræ limina Pallantidos ortus. Roscida puniceo Pallantias exit amictu. Nuncia lucis: croceo velamine fulgens: purpureis invecta rotis: roseo spectabilis ore. Memnonis in roseis lutea mater equis: Rorantes excussa jubas, multumque sequenti Sole rubens. Genitrix primæ roscida lucis: admonitrix operum: revocans laborem: astra fugans. *Ovid.* Proxima victricem cum Romam inspexerit Eos, Et dederit Phœbo stella fugata locum. Flava pruinoso quę vehit axe diem. Prima vocans tardos ad juga panda boves. Extremum noctis quæ Dea finit iter: Quæ revocat famulas ad sua pensa manus. Croceis Aurora capillis, roseis manibus. *Ovid.* —Ecce vigil nitido patefecit ab ortu Purpureas Aurora fores, & plena rosarum Atria AURORA, *quasi* aurea hora *dicta, Hyperionis vel, ut aliis placet*, Pallantis *quasi*, Tithonum *adolescentem, (ex quo Memnonem genuit adamasse fertur, eique immortalitatem à Diis impetrasse. Fingitur à poëtis Cœli fores aperire, ac solis currum subjungere, cumque nunc* bigis; *nunc* quadrigis; *nunc* equo singulario *præcurrere. Ejus capilli, manus, equi, habena eisdem coloribus depinguntur, quos aër sole instante imbibit: inter quos eminet* roseus, *unde ab Homero* ῥοδοδάκτυλος; *i. e.* roseos habens digitos, *non semel nominatur; exstatque veteris poetæ carmen:*

Tithonea. Pallantias. Pallantis. Eos.

Ambigeres, raperetne rosis Auroræ ruborem,
An daret, & flores tingeret orta dies.

2. DIES MEDIUS.

Medias Sole secante vias. Aut plus aut medium Sole tenente diem. Medium superaverit axis. Cùm spatium Phœbus, parvasque altissimus umbras Fecerit. Cùm Sol umbras contraxerit: Fecerit exiguas cùm Sol altissimus umbras: minimas à vertice fecerit umbras. Cum cardine summo stat librata dies: medio cùm Sol altissimus orbe est. *Pap.* Tempus erat medii cùm Solem in culmina mundi Tollit anhela dies, ubi tardus hiantibus arvis Stat vapor. *Luc.* —Medio cũ Phœbus in axe est. medium cum Sol ascendit Olympum, *Ovid.* Jamque dies medius tenues contraxerat umbras: Inque pari spatio Vesper & Ortus erant. —medio cum Sol altissimus orbe. Tantum respiceret, quantum superesse videret. Jamque fere medius Titan venientis & actæ Noctis erat, spatioque pari distabat utrimque. Æstus erat mediusque dies. Æstus erat, mediamque dies exegerat umbram. Cum

Sol mediam cœli terit arduus arcem: Cum pecori raræ præbent umbracula silvæ, *&c.*

3. DIES IN NOCTEM VERGENS.

Vespera. Die vergente, labente, jam moriente: rapido fugiente Sole. Die jam prono, inclinato: crescentibus umbris. Cùm Sol crescentes duplicat umbras, auget umbras, extendit, &c. *Virg.* Majorésque cadunt altis de montibus umbræ.

Cum jam, propè luce peracta, Demere purpureis Sol juga vellet equis. Proximus Hesperias Titan abiturus in undas Gemmea purpureis cum juga demet equis. Dempserat emeritis jam juga Phœbus equis Jam labor exiguus Phœbo restabat, equique Pulsabant pedibus spatium declivis Olympi, Pronus erat Titan, inclinatoque petebat Hesperium temone fretum. *Sen. Agam.* Jam lassa Titan colla revelabat jugo: In astra jam lux prona, jam præceps dies.

Jam nox jungit equos; Oceani nox exit aquis. Vicina densantur nocte tenebræ. Trahunt jam sera crepuscula noctem: aratra jugo referunt suspensa juvenci. Venit Hesperus; astra ignea surgunt. Vesper è pastu vitulos discedere suadet. Vesper adest. Vesper tandem sua lumina tollit, ostendit: astrifero procedit Olympo: fusco roscidus exit equo.

Crepusculum. Ultima peractæ pars lucis. Prima nox Traherent cum sera crepuscula noctem. Pecudes revocant cum sera crepuscula pastas Serus sub nigra crepuscula vesper. Nocte ducentibus astris, Sol ruit in Thetidos sinum, & montes umbrantur opaci Ultima pars lucis, primáque noctis erat, *Sen.* Jam lassa Titan colla relevabat jugo, in astra jam lux prona, jam præceps dies. *Lucan* — quo tempore primas Impedit ad noctem jam lux extrema tenebras. Traherent cum sera crepuscula noctem. *Ov. Met.* —dubiæque crepuscula lucis *Sen.* — astra jam repetunt vices, Premitúrque dubius nocte vicina dies. *Rectè Dictum est enim crepusculum quasi* lux crepera, i e *veteri verbo* dubia: *quod, diesne sit an nox, dubitetur. Id verò quamvis non die solùm exacto, sed etiam denuò surgente contingat; vox tamen ipsa fere non nisi tempori vespertino tribuitur, Galli arguté hoc tempus vocant* entre Chien & Loup. *quo nempe canis à lupo agrè dignosci potest. Nec minus eleganter ut solet, definit Ovidius:*

> Jamque dies exactus erat: tempusque subibat,
> Quod tu nec tenebras, nec possis dicere lucem,
> Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.

Vesper. HESPERUS *Ep.* Roscidus, frigidus, serus, lucidus, rubens, rutilans, ruber Dilectus veneri. Nuncius *vel* index noctis; prima

mas referens tenebras. *Sen.* Dux noctis Hesperugo. Noctis venit Hesperus index. Seras cùm protulit umbras Hesperus. *Catull.* Oetæ os ostendit Noctifer ignes. *Boët.* Et qui primæ tempore noctis. Agit algentes Hesperus ortus. *Sil.* Abstulerat terras nigrantibus Hesperus umbris. Vesper seras nuntiat horas. *Virg.* Solis ad occasum, cùm frigidus aëra Vesper Temperat,& saltus reficit jam roscida Luna. *Id* Illic sera rubens ostendit lumina Vesper. ———— clauso procedit Vesper Olympo. *Sen.* Nuntius noctis, referens tenebras Hesperus; pulsis iterum tenebris Lucifer idem HESPERUS sive VESPER *Stella est Noctis pravia, eademque cum Lucifero, sed nomen cum officio mutat Veneri sacra est, imò eadem cum illa. Rectè igitur Claud.* Noctifer.

Dilectus Veneri nascitur Hesperus.

DIERUM NUMERALIUM, PERIPHRASES.

Ex jam præmissis facilè erit numerum dierum sive elapsorum, sive instantium describere; nempe per solis exortum aut occasum, item per Auroram aut Vesperum, additâ tantùm voce numerum certum indicante. Exempli caussa:

DIES ELAPSI.

Jam semel. Bis, ter, quater, bis terque, bis ter, ter & quater, decies, bis decies, *&c.* Phœbus equis in Ibero flumine mersis juga dempsit: currum gurgite Eoo protulit Proxima post nonam cùm sese Aurora moveret. Ter junxit Titan, terque resolvit equos. Tertia post quintam revoluta Aurora rubebat, *&c.*

DIES INSTANTES.

Cum bis, ter, quater, bis ter, *&c.* pastor saturos clauserit hœdos. Vesper noctem reduxerit: Lucifer Eoo gurgite surrexerit, *&c.* Ubi duos, tres, quatuor sustulerit ortus, Purpureum nitido qui vehit ore diem. Ubi prima, secunda, tertia, quarta suos Aurora ostenderit ortus. Sextus ubi è terra clivosum scandet Olympum Phœbus. Cùm tertia lux gelidam cœlo dimoverit umbram. *Et sic de cæteris.*

DIES CRASTINA.

Crastina lux, hora, aurora. Crastinus Titan. Cynthius, Lucifer, *&c.* Cùm crastina fulserit hora. *Prop.* Crastina puniceos cùm lux detexerit ortus. *Virg.* —— ubi primos crastinus ortus extulerit Titan, radiisque retexerit orbem. Crast.

 Mart.

Crastinum. *Mart. l.* 5 Cras te victurum, cras dicis, Posthume semper. *Sen.* Nemo tam divos habuit faventes, Crastinum ut posset sibi polliceri. *Prop.* Forsitan includet crastina fata dies. *Horat.* Quis scit, an adjiciant hodiernæ crastina summæ Tempora Dii superi? *Igitur stulta omnis de vita emendatione comperendinatio. Sapientis non est ex incerto pendere, quale est Crastinum: sed magni facit cum Didone Virgiliana quantocyus dicere posse:* Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi. *Faciunt huc aurei Mart. versus: si quidem à vita geniali (ad quã ille Iulium invitat) ad Christianam à nobis traducantur.*

Non bene distuleris, videas, quæ posse negari:
Et solum hoc ducas, quod fuit, esse tuum.
Non est, crede mihi, sapientis dicere, VIVAM.
Sera nimis vita est crastina, vive hodie.

Diu noctuq;.

Noctesque diesque. Noctes atque dies Sive die laxator humus, seu frigida surgunt sidera, Sive latet Phœbus, seu terris altior exstat. Sive dies seu nox venerit, illa mea est. Quam vellem longas tecum consumere noctes, Et tecum longos pervigilare dies. Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies. Illum non udis veniens Aurora capillis Cessantem vidit, non Hesperus. Seu lux, sive atræ tempora noctis eunt. Sive soporiferis terræ nox incubat umbris: Seu nitido Phœbus lumine lustrat humum. Sive diem ducit Sol, seu vaga Cynthia noctem, Seu Sol luce umbram, seu nox lucem inficit umbrâ.

DIES
EXTREMI JUDICII.

Lux ultima mundi. Mundi dies supremus, rerumque mœstus finis. Atra dies, horrenda dies: quæ mundum reum peraget; omnia in favillas vertet, *&c.* Summa dies, totum quæ criminis arguet orbem, Nudaq; detractis reteget mendacia larvis. Cùm dabit exitio una dies animalia cuncta. Interitumque feret rebus mortalibus ignis. Cùm suprema dies perituro illuxerit orbi. Ille etiam mundo cùm venerit ultimus ævi Terminus; cùm maria, & terras, cœlum que profundum. Una dies dabit exitio, multosque per annos Sustentata ruet moles, & machina mundi. Cum rapidis flagrabunt omnia flammis, tellus, mare, nubila, cœlum. Atque ingens mundi dissoluetur opus. Tum verò aligerum clamor, clan-

gorque tubarum Terribili monitu cineres animabit & ossa· Cùm æterno soboles æquæva parenti, Nube super roseâ Assistens, hominum vitas & crimina quæret. *Prudent.* Cùm Deus dextram quatiens coruscam Nube subnixus veniet rubente, Gentibus justam positurus æquo pondere libram. *Vida:* Ibunt aligeri juvenes, cœlumquè profundum Horrifico sonitu implebunt, atque ære recurvo : Quatuor à ventis exibunt undique gentes Judicis ad solium, *&c.* Terras iterum cùm viset ab aula Siderea, ut vitas hominumquè & crimina discat Quæsitor, damnetque Erebo (miserabile!) sontes, Atque pios cœli vocet alta sidera manes.

DIFFICILE FACTU.

Res gravis, ardua, laboriosa : non levis, non mollis : non parvo labore peragenda : non cuivis concessa. *Virg. l.6.* ——facilis descensus Averni : Sed revocare gradum superasque evadere in auras, Hoc opus, hic labor est : pauci, quos æquus amavit Jupiter, &c. *Ovid* Sunt operosa quidem, sed non operosa volenti. Onus ingens, viribus majus. *Ovid.* Dificit ingenium, majoraque viribus instant. Obruit audentem gravitas. Tantæ molis erat. Magna petis Phaëton, & quæ non viribus istis Munera conveniunt. *Claud.* Promptius imponam glaciali Pelion Ossæ *Vide* IMPOSSIBILE, ONERI SUCCUMBERE.

DILIGENS.

Assiduus, studiosus, vigilans. Indefessus agendo. Assiduo incumbens operi. Rebus gerendis intentus. Magni studii, multæ sedulitatis homo. Quem otio vacare non sinit Provida sedulitas, rebus intentata gerendis. Otia inertia detestans : nil deside vitâ turpius æstimans. Segnitiem fugiens, exosus, &c. *Claud.* Non tibi desidias molles, nec mareida luxu Otia, nec somnos genitor permisit inertes. Noctes diesque labori, studio, Musis incumbere. *Vide supra* DIU NOCTUQUE *fol.* 182. CURAM GERERE *fol.*

Sedulus. Gnavus Impiger

DISCORDIA.

Epit Perniciosa, detestanda, turpis, dêmens âmens, ferox, præceps, flagrans, *&c.* Bellorum genitrix, Nutrix discordia belli. Sitiens cruoris: cædibus gaudens. Lacero discordia crine : unanimes armans in prælia fratres. *Papin.* — sociisque comes discordia regnis *Namque (ut bene Seneca)* Nec regna socium ferre, nec tædæ sciunt. *Inducitur sæpe à poetis* Dis-

 cors

cordia *sub humana figura, crinibus ac veste laceris, atque in Bellonæ aut Furiarum comitatu Ut videre est apud Virg.8.Æn. & illi inhærentem civilis belli cantorem :*

——scisso Discordia crine
Extulit ad superos Stygium caput: hujus in ore
Concretus sanguis, contusaque lumina flebant.
Stabant irati scabrâ rubigine dentes,
Tabo lingua fluens, obsesa Draconibus ora,
Atque inter toto laceratam pectore vestem,
Sanguineam tremulâ quatiebat lampada dextrâ.

Motus. Tumultus. BELLUM CIVILE. Motus civicus. Cognatæ acies; In sua ferali conversæ viscera dextrâ. *Ovid. de Cadmi sociis.* Terrigenæ pereunt per mutua vulnera fratres, Civilique cadunt acie. Bellum pudendum, detestandum: in quo parens natum perimit, natique parentem, mutuaque armati coëunt in vulnera fratres. *Lucan.* Quis furor ô cives, quæ tanta licentia ferri. *Virg.* Quò ruitis? quæve ista repens discordia surgit? *Horat.* Quò, quò scelesti ruitis? aut cur dexteris Aptantur enses conditi? Eheu, cicatricum & sceleris pudet, fratrumque. Cum tuba civilis ad arma cessantes, ad arma Concitat, insanoque permiscet cuncta tumultu. *V.* SEDITIO.

Dissidere inter se.

Non convenire. Pugnare. Abire in contraria. *Ovid. de Chao.* Non bene junctarum discordia semina rerum: Frigida pugnabant calidis, humentia siccis. *Virg.*——trahitur studia in contraria vulgus. *Id.* Exoritur trepidos inter discordia cives: Urbem alii reserare jubent, & pandere portas; Arma ferunt alii. *Memini quæsitum olim, Dissidium an discidium scribi oporteret? Utrumque probum est: vel enim à discindendo deduci potest juxta illud Virgilii:* Scinditur incertum studia in contraria vulgus; *vel à dissidendo: quia dissidentes aut inimici simul sedere & assidere non amant. Videtur hoc posterius spectasse Ovidius Met.*

Non bene conveniunt, nec in una sede morantur
Majestas & Amor.——

DISPLICERE.

Ingratum esse. Tædio afficere. *Propert.* Non tamen hæc ulli venient ingrata legenti. Non habet ingratos fabula nostra jocos. *Ovid.* Quod licet, ingratum est: quod non licet, acrius urit. *Id. 5. Pont.* Et pudet, & metuo semperque eademque precari, Ne subeant animo tædia mille tuo. Non facere ad stomachum. *Nam* STOMACHUS *Latinis interdum*

iram

iram *significat, interdum naturæ inclinationem, complacentiam vel gustum. Mart. l.* 10. *notans tetrici Lectoris fastidium, nihil lene aut blandum in carmine amantis; eumque ad acida vina remittens:*

Vaticana bibas, si delectaris aceto:
Non facit ad stomachum nostra lagena tuum.

DIU DURARE.

Diu constare, florere, vigere, incolumem remanere. Multos per annos stare. Multa durando vincere sæcla. Multos annos numerare. Pylyo durare prolixius ævo. In quem *vel* quod Ævi nulla valet. Ferre annos *vel* ætatem. *Ovid.* Te præsens mitem, te nôsset serior ætas, Scripta vetustatem si modò nostra ferent. *Id* Tabida consumit ferrum lapidésque vetustas, Scripta ferunt annos: scriptis Agamemnona nôsti, &c. *Horatius de suis carminibus*:

Exegi monumentum ære perennius:
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, non fuga temporum.
Non omnis moriar, multaque pars mei
Vitabit Libitinam ———

DIVITIÆ.

Epit. Largæ, ŏpimæ, immensæ, superbæ, magnificæ, pŏtentēs, fluxæ, lēvēs, mīsĕræ, invĭdiōsæ, imprŏbæ, mollēs. Regales gazæ. Regificus luxus. Magnæ opes. Immensas dives habebat opes. Cum magnis opibus domus alta niteret. Condere Thesauros. *Sen.* Componit opes, gazis inhians, & congesto pauper in auro est. Cunctarum copia rerum. Divi copia cornu. Clausa repositis pondera thesauris. *Tib.* Nec me regna juvent, nec Lydius aurifer annis, Nec quas terrarum sustinet orbis opes. *Opes. Gazæ. Thesauri. Copia.*

Uncta patrimonia, lauta, ampla. Census ingentes, Patrii, Equestres. *Iuven.* Protinus ad censum: de moribus ultima fiet Quæstio. *Ovid.* Curia pauperibus clausa est, dat census honores. *Id.* 3. *Tr.* Sunt & opes modicæ, cum sis dignissima magnis: Finge sed immensis censibus esse pares. *Patrimonia. Census.*

PECUNIA. Æs *vel* aurum congestum. Et genus & formam Regina pecunia donat, *Iuven.* Prima peregrinos obscœna pecunia mores Intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu divitiæ molles. *Prop.* Ergo sollicitæ tu caussa, pecunia, vitæ es: Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes. Auri argentique talenta. Argenti pondus & auri. Auro pulsa fides, *Æs. Aurum. Argentum.*

nummi des auro venalia jura. *Horat.* Nummorum acervi. *Prudent.* Exquirit arcam ditibus Massis refertam, & fulgidæ Montes monetæ conditos, *i. e. Auri argentique signati acervos.* Massas *optime vertunt Belgæ, qui* Schyven *appellant majoris formæ ac ponderis nummos.* NOTA *Æs nomen esse generale, eoque contineri omnem pecuniam, etiam auream & argenteam ob antiquissimum ejus usum, quem indicant locutiones*: In ære alicujus esse, Ære alieno gravari, liberari, &c. *Hinc & Ære* gravis *pro nummis onustus. Cat.*

Meisque pinguis annus ex ovilibus
GRAVEM domum remittit ÆRE DEXTRAM.

Divitiis abundans.

Dives. Opibus abundans, superbus, affluens. Dives opum. Dives agri, dives positis in fœnore nummis. Quo non alter ditior. Cujus laxas arca flagellat (*i. e. coercet*) opes, argenti & *Opulentus.* aure pondere fatiscit, gravatur, *&c.* Cui copia divite cornu largas effundit opes. Qui fortunæ munere possidet, jactat, *Locuples.* habet, numerat immensas opes, ingens argenti pondus & auri, rutili congestos æris acervos. Creverat aggestis jam densa pecunia nummis, Nec domus immensas arcta tenebat opes. *Horat.* Intactis opulentior Thesauris Arabum, & divitiis Indiæ. *Tib.* Divitias alius fulvo sibi congerat auro, Et teneat culti jugera magna soli. Nam grave quid prodest pondus mihi divitis auri? Arvaque sid fidant pingua mille boves? Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis, Aurataeque trabes, marmoreumque solum? *Vide plura verbo* AVARUS, REGIA, VESTES PRETIOSÆ, *&c.*

Ditissimus agri Cui presso vomere nunquam cessat curvus arator: cui mille secant arva coloni. Dives agri Dorilus, quo non possederat alter Latius, aut totidem tollebat farris acervos, Terram centum vertebat aratris. Arva cui findunt pinguia mille boves *Mart.* Sunt tibi, confiteor, diffusi jugera campi, Urbanique tenent prædia multa lares. *Horat.* Sic pecore & multâ dives tellure licebit; Tibique Pactolus fluat, *&c.*

DIVITIIS OLIM
CELEBRRES.

1. CROESUS, *Lydorum Rex, cujus tantæ fuerunt divitiæ, ut in proverbium abierint. Quarum caussa ille se mortalium omnium felicissimum existimabat. Ovid. 4. de Pont.*

Divitis audita est cui non opulentia Crœsi?

2. MIDAS *Rex Phrygiæ; cui Bacchi hospitis beneficio concessum,*

cessum, ut quidquid corpore attigisset, in aurum verteretur. Pap. in Sil.

Vive, Mydæ gazis, & Lydo ditior auro.

3. *Inter populos divitiis & luxu celebres memorantur à poetis* PERSÆ, BABYLONII, INDI, SERES, ARABES, *iisque affines. Papin 5. Sil.*

Si Babylonis opes, Lydæ si pondera gazæ,
Indorumque dares. ———

Inter Romanos divitiarum famâ præcipuè noti sunt LUCULLUS, SYLLA, LICINIUS, *Cæsaris Libertus.* MECOENAS, *aliique: denique* CRASSUS, *qui negabat divitem esse, nisi qui redditu anonuo Exercitum alere posset. Mart. l. 11.*

Donabit totus & tibi Crassus opes.

DOCERE.

Faciles juvenum animos, teneras mentes formare, regere: artibus *vel* præceptis imbuere, erudire, instruere: ad studium atque usum formare, Documenta dare. *Ovid.* Quas fugerem, docuit, quas sequerer; vias. ——— dum mobilis ætas; In patrias artes erudiendus erit. *Erudire Instruere,*

Præcepta inculcare. Instruit implumes volucris ceu prævia pullos, Et docet aërias prima subire vias. Se præbere magistrum: tradere artes. Monstrare viam ad artes, Aonios in montes *&c.* Propinare juventæ aquam Castaliam, Pieriam: Pierias deducere adundas, &c. *Vide infra* MAGISTER.

DOCTUS.

Ingenuas qui pectus per artes excoluit. Artibus imbutus, probe instructus. Vernanti ab ævo Musarum castra secutus. Qui largiter Aonio de fonte bibit. Musis charum caput. Quem juvit doctis invigilare Camoenis. Cui ipsa suas artes docta Minerva dedit. Quem Musæ studiis excoluêre suis: docto nectare potarunt, Doctum caput. Non pœnitendum inter doctos nomen habens, Musarum proles. Ingenio maximus. *Ovid.* Scimus & ad doctas cum se tulit impetus artes Ingenii currant flumina quanta tui. Pieriis pollens studiis, multoque redundans Eloquio. Doctrinæ fœcundum pectus. Doctæ non ultima gloria turbæ. Aonii gloria rara chori. *V. eloquens, poeta, philosophus.*

Doctus Græcè & Latinè.

Doctus sermones utriusque linguæ Cecropiæ madidus Latiæque Minervæ artibus. Quem non Quiris venustas, non Pelasga latet elegantia. Ingenium excultum utriusque Palladis artibus.

Indoctus.

Rudis artium. Illiteratus. Ignarus & expers Musarum. Invito Apolline natus. Nulla præditus arte. Nullis artibus pectus imbutum habens. Cui nulla nascenti Musa risit. Cui nunquam gustata est Pieridum unda, *&c.*

DOLOR.

Epit. Tristis, querulus, mœstus, sævus, flebilis, crudelis, gravis, infelix, sollicitus, acerbus, vesanus, indomitus, anxius, trux, infandus, rabidus, improbus. Nox atra dolorum. Curarum pondera. Tristes curæ. Longi tormenta doloris. Gemitus, & acuti in corde dolores. Dolor pectus erodens, excedens, lancinans: inimicus quieti: lacrymis gaudens: consilia spernens. *Sen.* Levis est dolor, qui capere consilium potest. *Id.* Magnus sibi ipse non facit finem dolor. *Vide* LUCTUS, TRISTITIA.

DOLERE.

Dolori, mœrori, questibus incumbere, indulgere, vacare. Dolore vexari, coqui, torqueri, uri, urgeri, concuti, premi, macerari. Graves haurire dolores. Corda dolore coqui. Exarsit dolor ossibus ingens, nec lacrymis caruere genæ. Curis ingentibus æger, Setit acri defixus dolore, furiis agitatus doloris. Turbatáque funere mens est, confusa, exsternata. *Lucan.* Tunc questus tenuêre suos, magnúsque per omnes Errabat sine voce dolor. Premit altum corde dolorem: tacitum nutrit sub pectore vulnus. Mens torpet hebetata malis, confecta dolore: membra vigor liquit. *Tib.* Nunc & amara dies, & noctis amarior umbra est: Omnia jam tristi tempora felle madent. *Virg. l. 7.* Infelix vulgatur fama per urbem: Demittunt mentes; it scissa veste Latinus (Tantis attonitus fatis, urbísque ruina.) Canitiem immundo perfusam pulvere turpans. *Sen.* Immane quantum augescit, Ac semet dolor accendit ipse, vimque præteritam integrat, —— queritur, implorat, gemit: At mersus altè magnus exundat dolor. *Vide* TRISTIS.

DOLORIS INGENTIS SIGNA, *quæ vel singula, vel omnia simul, ingentem dolorem comitari solent.*

I. FLETUS.

Epith. Mœstus, amarus, acerbus, miser, luctisonus, tremulus,

mūlus, mānans, hūmens, rōrans, ūvid', largus, assīduus, &c.
Fletibus ora rigare. Fletu madere. Turgescunt lumina fletu. *Prop.* Et mœstus tremulis orietur fletibus horror. *Ovid.* Ter conata loqui, ter fletibus ora rigavit. *Virg.* Talia fundebat lacrymans, longosque ciebat Incassum fletus. *Sen* ——irrigat fletus genas, Imberque victo subitus è vultu cadit. *Ovid.* ——est quædam flere voluptas: Expletur lacrymis, egeritúrque dolor. *Vide* LACRYMÆ.

2. GEMITUS.

Epit. Altus, prōfundus, tristis, ingens, mœstus, clārus, sævus, &c. Gemitu loca implere. Lamentis, gemituque & femineo ululatu tecta fremunt. Alto de corde, pectore ab imo gemitum, dare, edere, ducere, trahere. Gemitu quassare viscera. Gemitus pectore mittere, emittere. Anxia nocte, anxia luce gemit. Ingentem gemitum dat pectore ab imo. Tum verò gemitus alto de corde petitos Edidit.

Suspiria tristia ducere. Tristi pectore suspiria rumpere. Suspiria versare, referre, repetere. Assiduo renovans suspiria planctu. Anxia pervigili ducens suspiria curâ. Suspirat ab imo pectore. Suspirans, imóque trahens à pectore vocem. *Suspiria.*

3. PLANCTUS.

Epit. Tristis, sævus, ingens, flēbilis, fēmineus, fœdus, illīsus, clārus, &c. Planctus dare. Pectora illiso sonant percussa planctu. Palmis, manu, dextris ora, pectora plangere, ferire, tundere, cædere, percutere, verberare. Vestem *vel* tunicam laniare, scindere; à corpore abrumpere, abscindere; rumpere sinus, &c. *Virg.* Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus ora. Térque quatérque manu pectus percussa decorum, Flaventésque abscissa comas, pró Jupiter, inquit. *Ovid.* —— —— paritérque sinum, paritérque capillos Rupit, & indignis percussit pectora palmis: manu percussit utraque pectus. Tum verò à corpore vestem Deripuit, planxítque suos furibunda lacertos. Protinus adductis sonuerunt pectora palmis. Percutit ora manu, laniátque à pectore vestes. Pectoraque infesta tundit aperta manu. Et feriunt mœstæ pectora nuda manus. Tunc verò rupique sinus, & pectora planxi. Et secui madidas ungue rigente genas. *Vide infrà* LANIARE. *Plangor.*

4. QUESTUS.

Epit. Mœstus, flēbilis, mĭsĕr, lūgŭbris, fĕrālis, fūnĕreus, tristis, vēl ānus, raucus, luctĭsŏnus, indignus, &c. Questus *vel* *Querela.*

querelas fundere, dare, effundere, edere, promere, proferre Pectore questus rumpere, effundere. Tristia jactare verba, flebiles sonos. Loca, ædes, ætherem questibus implere, replere querulis sonis, flebilibus complere querelis. Flet noctem, & mœstis latè loca questibus implet. Stabat multa querens. Me miserum! ingeminat: *Virg.* Cœlum de hinc questibus implet: Hunc ego te Euryale aspicio? &c. *Ovid.* Quacunque ingreditur, miseris loca cuncta querelis Implet, ut amissum gemit ales Ityn. Ter conata loqui, ter fletibus ora rigavit, Singultuque pias interrumpente querelas, &c *Virg.* Procumbit super, atque hæret lacrymansque, gemensque. Et via vix tandem voci laxata dolore est: Non hæc ô Palla—— — *&c.*

5. ULULATUS.

Ep Mœstus, fœmineus, flebilis, tristis, clamosus, horrendus, luctisonus, tremulus, querulus, attonitus, terribilis, *&c.*

Lamenta. Auras, ædes, urbem ululatibus implere, *vel* lamentis complere. Terrifico ululatu aëra rumpere. Ululatus ore dare. Ululatus flebilis aures impellit, implet, ferit, fertur ad aures. Ululatu consonat omne nemus, urbs immugit, agri fremunt, &c. *Virg* 1. *Æn.* At domus interior gemitu miseroque tumultu Miscetur, penitusque cavæ plangoribus ædes Femineis ululant; ferit aurea sidera clamor. *Virg.* Lamentis, gemituque, & femineo ululatu.

COMPARATIONES.

Primò comparari solet dolor magnus cum alio simili exemplo ex Historiis aut Fabulis petito, ita Ovid. consol ad Liv.

Hoc erat Andromache, cum vir religatur ad axem
Terruit admissos sanguinolentus equos.

Propert. l. 1. qui in hoc genere crebrò versatur:

At non sic Ithaci digressu mota Calypso.
Desertis olim fleverat æquoribus,

2. *Cum dolore matris, amisso filio. Ovid. ep. 12.*

Non aliter, quàm si nati pia mater adempti
Portet ad exstructos corpus inane rogos.

2. *Cum eo, qui ex gravi aliquo damno concipitur, puta incendio, eluvione; parentum aut fratris dilectissimi amissione,* &c. *Vide* LUCTUS.

DOMUS.

Tectum. Septa domûs Limina tecti *vel* domûs. *Virg.*——intra septa domorum, Fit strepitus tectis. Gemitu tectum omne

mine remugit. Quare agite, ô juvenes tectis succedite nostris. —— Fas illi limina Divum tangere, id est, *aetheriam domum intrare.* Ædibus in mediis. —resonant latæ plangoribus ædes *Ovid.* Et vigilant nostrâ semper in æde Lares. —— nostris succede penatibus hostes *Lucan.* —— dignare tuos aperire penates. *Virg. de apibus.* Et patriam solæ, & certos novêre penates. *Prop.* —— ad primos murmura facta lares. *Virg. de Apill.* Sæpe etiam effossis, si vera est fama, latebris Sub terrâ fodere larem. *Id.* Quis novus hic nostris successit sedibus hospes? *Ovid. de Peneo amne.* Hæc domus, hæc sedes hæc sunt penetralia magni Amnis. *Virg. l.7.* Laurus erat tecti medio, in penetralibus altis. PENETRALE *anterior pars, à penetrando sive penitùs intrando.* Ædes *dicta, quòd in edito loco sita antiquissima Deorum templa: in singulari pro sacello capitur. in plurali pro qualibet domo Sed poeta id non adeò religiosè observant; ut patet ex* Ovidio *supra.* LAR; *Deus præses domûs (ut &* Penates*) pro ipsa quoque domo usurpatur; atque à Iuvenali cum* igne; *à Virgilio cum* tecto *conjungitur: ac tunc quidem inferiorem domus partem significare videtur, ubi nempe focus; apud quem* Lari *in exigua patella libabant, unde is Plauto* Deus minutus ac patellarius. *Locus Virgilii est 3. Georg. de Afris Pastoribus domos suas plaustro vehentibus:* —— omnia secum Armentarius Afer agit, tectumque laremque. *Iuvenalis sat. de veterum frugalitate.*

——————cum frigida parvas
Præberet spelunca domos; ignemque laremque,
Et pecus & dominos, communi clauderet umbrâ.

Limen. Ædes. Penates. Lar. Lares. Sedes.

DOMUS MAGNIFICA *sive* REGIA.

Ep. Ampla, alta, superba, aurdua, arâta, marmorea, augusta, splendida, illustris, ingens, ampla, spatiosa. *&c.* In multa dives spatia discedens. Augusti fastigia tecti Limina marmorea superbi aditus: Foribus domus alta superbis. Superba ædium moles. Vastâ condita mole domus. Conspicuæ limina clara domus, Quæ centenis incumbunt tecta columnis; centum pendentia tecta columnis. *Virg.* Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis. *Sen.* Turbæ capax immane tectum: cujus auratas trabes Variis columnæ nobiles maculis ferunt. *Cat.* Candet ebur soliis, collucent pocula gemmis, Tota domus gaudet regali splendida gaza.

Atria spatiosa, ampla: longæ porticus. Clari penates, Atriaque excelsæ sunt adeunda domus. Auratis constructa palatia tignis: nitidis ornata gemmis; alta, superba potentiorum limina. *Claud.* Atria cingit ebur, trabibus soli-

Atria. Palatia.

solidatur ahenis Culmen, & in celsas surgunt electra columnas. *Ovid*, Regia Solis erat sublimibus alta columnis, Clara micante auro, flammásque imitante Pyropo: Cujus ebur nitidum fastigia summa tegebat, Argenti bifores radiabant lumine valvæ: Materiam superabat opus. *Prop.* Quod non Tænariis domus est mihi fulta columnis, i. e. *marmoreis. Nam prope* Tænarum *Laconiæ promontorium, celeberrimum marmor effodiebatur, sicut & prope* Carystum, *Euboëæ insulæ oppidum: &* Synadam, *urbem Phrygiæ. Hinc Tibull. l. 3.*

Regia.

Quidve domus prodest phrygiis innixa columnis,
Tænare sive tuis, sive Caryste tuis?

DOMUS HUMILIS *sive* RUSTICA.

Ep. Parva, exigua, angusta, immunda, rŭdis, vīlis, pauper, mŏdĭca, ăgrestis, strāmĭnea. Rustica tecta, parvæque fores. Angusti lares. Humilis tecti plebeia domus. De cannis straminibúsque domus. Humilis vilia tecta casæ: sterili junco, cannaque intexta palustri Stramineas habitare casas; frondea tecta. *Virg.* ——— Raris habitata mapalia tectis. *Id.* Pauperis & tuguri congestum cespite culmen. *Ovid* ——— Stipula tunc tecta virebant. Et paries lento vimine textus est. ——— nec exiguæ despice tecta casæ. *Lucan.* ——— congesto non culta magalia culmo. *Agrestes casas & furnorum similes (inquit S. Hieron.) Afri vocant* Mapalia. *Eadem &* Magalia *dicuntur. Plinius* scirpo tecta *asserit: Virgilius verò* raris tectis habitata: *quia scilicet per agros sparsa, neque in commune oppidum coalescebant. Unde Silius Virgilii loco insistens,* dispersa *appellat:*

Casa. *Magale* *Mapale* *Tugurium.*

Castra levi calamo, cannáque intorta palustri:
Qualia Maurus amat DISPERSA mapalia pastor.

DOMUS PARTES.

Culmen TECTUM. *Ep.* Altum, arduum, sublime, *&c.* Hŭmĭle, exĭguum, strāmĭneum, *&c.* Tecti culmen *vel* fastigia. *Virg.* Et jam summa procul villarum culmina fumant. Angusti fastigia tecti. Summa domus. Tecti imbrex, tegula. *Ovid.* ——— cùm Solem nondum prohibebat & imbrem Tegula. *Juven. de paupere inquilino:* ——— quem tegula sola tuetur A pluvia, molles ubi ponunt ova columbæ. *Pauperibus enim supremas ædium partes elocabant; unde est illud Martialis:* Et scalis habito tribus, sed altis. TEGULA *à tegendo, ut tectura: quod, ante repertum ædificandi luxum, simplici culmo contexebatur, unde* culminis *nomen, quod postea* *suili-*

Fastigium.

cuilibet tecto datum est. Allusit Apollinaris Epist. 17.

Angulus iste placet, paupertinusque recessus;
Et casa cui culmo culmina pressa forent.

JANUA. *Ep.* Firma, vălĭda, rōbusta, dūra, stridens, *&c.* Postibus firmis, ahenis, ferratis munita. Clauditur & dura janua firma sera Ferrea marmoreos attollit janua postes. *Virg.* ——— —labat ariete crebro Janua, & emoto procumbunt cardine postes. *Propert.* ——— ——— rauci sonuerunt cardine postes. *Claud. de ventis conclusis:* ——— — si fortè adversus ahenos Æolus objecit postes. *Mart.* Nulla magis toto janua poste patet. *Virg. de inferorum sedibus:* Porta adversa, ingens, solidoque adamante columnæ. *Id.* Portarum ingentia claustra. *Papin.* Ferratæ robora portæ. *Ovid.* 8. *Met.* Castra vel æratas hosti recludere portas. OBSERVA Portam *propriè esse locorum vallo aut fossa munitorum, puta castrorum, urbium, castellorum:* Januam *verò, ædium privatarum: ita ut nec poetica licentia hæc facilè confundat.* Postes *sunt, quibus janua suffixa est: qui* strident, *cùm panduntur fores;* Muti *aut* taciti *dicuntur, cùm fores clausæ sunt, aut suspensâ manu blandè aperiuntur. Virg.* — ærato stridentes cardine postes. *Tibull. l.* 1. Postes, Porta,

Cardine tunc tacito vertere posse fores.

Ep. Vălĭdæ, rōbustæ, pictæ, cælātæ, strīdentēs, quĕrŭlæ, *&c.* Surdæ, aspĕræ, rĭgĭdæ, dūræ, diffĭcĭlēs, *scilicet* ad amantium *vel* rogantium preces. *Prop ad Januam:* Quid mihi tam duris clausa taces foribus? *Ovid.* Difficilem moto cardine pande forem. Duraque consertæ ligne valete fores. *Idem allegoricos:* Da precor accessum lacrymis mitissime nostris. Nec rigidam timidis vocibus obde forem. *Id.* Sedet duras Janitor ante fores. *Id.* 1. *Met.* — deorum Atria nobilium valvis celebrantur apertis. *Virg* — alii portis bipatentibus adsunt. VALVÆ *geminas habent partes sive duplices fores in se coeuntes: sic dictæ, quòd in se revolvantur. Sunt autem ferè urbium, Templorum aut Ædium nobilium variis sæpe argumentis pictâ aut cælata: ut videre est apud* Ovid. *in solis regia, ubi* bi-fores *appellat, agnoscitque fores* dextras *&* sinistras. Fores,

Argenti BIFORES radiabant limine VALVÆ
Materiam superabat opus, nam Mulciber illic
Æquora cœlarat medias cingentia terras,
Terrarumque orbem, cœlumque quod imminet orbi.
Signáque sex foribus DEXTRIS, totidémq; SINISTRIS.

LIMEN. *Ep.* Augustum, sŭperbum, marmŏreum, altum, *&c.* Hŭmĭle, vile, *&c.* Limina adire, colere, obsidere Limina prima domûs. Stantes in limine primo. *Virg* Fit via vi tum-

rumpunt aditus. *Ovid. de Fama domicilio sive Arce:* Innumerosque aditus, ac mille foramina tectis Addidit, & nullis inclusit limina portis: Nocte dieque patet. *Virg.* ——sonitum nam fecerat illi Marmoreo æratus stridens in limine cardo. *Catull* ——tu isthuc janua nosti, Cui nunquam domini limine abesse licet. *Horat. l.* 1. *Od.* 25. ——amatque Janua limen; i.e *perpetuo clausa est. Virg.* ——cernis custodia qualis Vestibulo sedeat, facies quæ limina servet? *Prop.* Vestibulum jaceam, mortuus ante tuum. VESTIBULUM, *prima pars ædium ad januam: sic dictum, quod illic Romani Vestam colerent, ut Græci Mercurium. Auctorem hujus etymi habes Ovidium* 4. *Fast. Alii aliunde deducunt.* LIMEN *interdum pro ipsa janua sumitur, unde* Limen pulsare, reserare: *interdum pro loco ante januam, ubi* Excubiæ *&* Salutantium *turba. Egredientes domo si ad limen impingeret, ominosum erat* Limina Deorum exosculari, *religiosum Regum ac potentiâ regibus æqualium atria, plures aditus ac limina habebant, dum amicos suos in primas ac secundas admissiones digerebant. Hæc Limina* superba *appellat Seneca, &* duras fores, *quibus scilicet totos sæpe dies ambitiosi clientes* assidebant, *nec tamen admittebantur. Huc spectant locutiones apud poëtas aliosque obviæ;* Limina potentiorum colere, terere; *ac Seneca aurea Gnome.*

Licet omne tua vulgus in aula
Centum pariter limina pulset
In tot populis non una fides.
Pauci Reges, non regna, colunt.

PORTICUS *Epit.* Ampla, superba, spatiosa, longa, vacua, umbrosa, &c. *Ovid.* Seu pedibus vacuis illi spatiosa teretur Porticus, hic socias tu quoque junge moras: Nec tibi de mediis aliquot transire columnas. Sit pudor, &c. *Virg* Nigra velut magnas domini cum divitis ædes Pervolat, & pennis alta atria lustrat hirundo: Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum Stagna sonat. *Mart.* ——diffusas ubi porticus explicat umbras. *Prop. l.* 2. Scilicet umbrosis sordet Pompeja columnis Porticus. *Celeberrima erat Romæ Porticus ante curiam Pompeji, inde* Pompeja *dicta, à Poëtis* Pompeja umbra: *vel à nemore illis circumsito, vel simpliciter ab umbra, quam ipsa æstivo tempore illis deambulantibus præbebat. Ovid:*

Tu modò Pompeja lentus spatiare sub umbra,
Cum Sol Herculei terga Leonis adit.

COLUMNÆ. *Epit* Celsæ, sublimes, ingentes, superbæ, solidæ, firmæ, æratæ, marmoreæ, *&c.* Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis. Templa *vel* theatra columnis fulta, nixa, suggesta. *Virg* —— surgentes ære columnæ

Ovid:

Ovid. Regia Solis erat sublimibus alta columnis: *Prudent. Peristeph de Templo :* Parietibus celsum sublimibus, atque superba Majestate potens, muneribusque opulens. Ordo columnarum geminis laquearia tecti Sustinet, auratis suppositus trabibus COLUMNÆ *rotundæ atque ornatûs causâ adhibitæ ex ære vel marmore :* Pilæ *quadratæ erant, atque è saxo, Vnde est apud Virg.* Saxea pila. *Quò pertinent S. Paulini versus in* Natali. *S. Felicis :*

Quæque prius pilis stetit, hæc modò fulta columnis
Vilia mutata sprevit cæmenta metallo.

Domum aperire.

Domum *vel* Urbem reserare, pandere. Fores *vel* limina recludere, pandere, reserare. Fores *vel* claustra laxare. *Virg.* Urbem alii reserare jubent, ac pandere portas. *Id.* Panditur exemplo foribus domus atra revulsis. ——urbemque aperiret Achivis. Poste recluso laxare fores, Laxat claustra Sinon. *Lucan.* Tunc rupes Tarpeja sonat, magnoque reclusas Testatur stridore fores. *Senec.* Reserare clausos regii postes laris. *Prop.* Pandite defessis hospita tecta viris. *Virg.* Apparet domus intus, & atria longa patescunt. —— detecta apparuit ingens Regia. *Ianus apud Ovid.* Tota pater demptâ janua nostra serâ.

DONUM & DONARE.

Epit. Amplum, grande, magnum, ingens, dives, largum, *&c.* Parvum, léve, exiguum, vile. *&c.* Dona *vel* munera largiri, elargiri, dare, donare, tribuere. Muneribus ornare: donis cumulare. Munere donare. Dono dare. *Virg. Ecl.* Fistula Damætas dono mihi quam dedit olim. Hâc te nos fragili donabimus ante cicuta. *Id.* Extremum hoc miseræ det munus amanti. ——Sed lætum amplexus Acestem Muneribus cumulat magnis. *Phœbus Phaëtonti apud Ovid* —— quodvis pete munus, & illud me tribuente feres. *Vide supra* BENEFICIUM *fol.* 127. *& infra* LIBERALIS, GRATIAS REFERRE. *Munus.*

Munera mittere. —— hæc tibi Mittit, & accipias munera parva rogat. *Mart.* Mittimus ergo tibi parvæ munuscula cortis. *Ovid.* 1. *Pont.* Quæ tibi, quærebam, memorem testantia curam Dona Tomitanus mittere posset ager: Dignus es argento, fulvo quoq; dignior auro, Sed te, cùm donas, ista juvare solent. *Tib.* Et vaga nunc certa discurrũt undiq, pompa Perque vias urbis munera, perq; domos. *Saturnalibus apud*

P

pud Romanos amici inter se ac clientes patrinis munera missitabant, item pauperes potentioribus, captatores senibus orbis ac viduis locupletibus Sed hæc posteriora hamata *sunt, plus retro attractura quàm donaverint, dequibus Mart. l.* 6. Munera magna quidem misit, sed misit in hamo. *Neque hoc est donare, sed fœnerari. Verè donat, qui nihil præter beneficii rectè collocati conscientiam ad se rediturum sperat. Mart. l. 4. ad Gargilianum captatorem*:

Munera quod senibus viduisque ingentia mittis,
Vis te munificum, Gargiliane, vocem.
Quid sit largiri, quid sit donare; docebo,
Si nescis: dona Gargiliane mihi.

DUBITARE.

Ambigere. Animo incerto, dubio, anxio fluctuare, nutare, ferri in contraria, huc illuc agitari, Mens dubiis percussa pavet: in dubio labat: hæret in ambiguo. Spemque metumque inter versatur. *Ovid* Cur labat, ambiguo spes mea mista metu? Animus *Hærere.* hæret, pendet, seque in incerto tenet: dubia consilia *Fluctuare.* versat. Quò ferar, ignoro. Quid sequar, in dubio est; non satis exactum habeo. *Ovid* Speque timor dubia, spesque timore cadit. Et libet, & timeo; nec adhuc exacta voluntas Est satis: in dubio pectora nostra labant. *Virg.* Heu! quid agat, vario nequicquam fluctuat æstu, Dum curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri. *Ovid.* Et modò desperat, modò vult tentare, pudetque, & cupit, & quid agat, non invenit. *Medea apud Sen.* Incerta, vecors, mente non sanâ feror Partes in omnes. Variamque nunc huc ira, nunc amor diducit: anceps æstus incertam rapit. Quid animo titubas *&c.* Sæpe mihi dubium traxit sententia mentem. *Virg.* Magno curarum fluctuat æstu, Atque animum nunc huc celerem nunc dividit illuc, In partesque rapit varias, perque omnia versat, *V.* CURIS ANGI.

Dubius.

Suspensus. Mente labans. Pendens animo. Dubiis affectibus errans. *Ambiguus.* Undans curis: multa volvens. Animo incerto fluctuans. Animi dubius. Turbatus animo. Dubio metu suspensus. *Virg.* *Varius.* Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo Incertus *Incertus* quo fata ferant *Ovid* 5. *Fast.* Ut stat, & incertus quà sit sibi nescit eundum, Cùm videt ex omni parte viator iter.

Dubium, Res ambigua.

Exitus in dubio est. Rumor in ambiguo est Auctor in incerto est. Obscuri rumores: perplexa verba, cœcis obscura la-

ra latebris: tectæ ambages, voces ambiguæ. Dubiæ res: incertus exitus. Dubia Martis alea. *Ovid* Et pendebat adhuc belli fortuna: diuq; Inter utrumq; volat dubiis Victoria pennis.

COMPARATIONES.

Comparari potest dubius atque animi pendens, primò cum Quercu, Orno aut simili arbore, quam venti validi

——nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere se certant; it stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes.

2. *Cum arbore, quæ agricolarum securibus diu ac sæpe petita,*

——ubi plaga novissima restat;
Qua cadat in dubia est, omnique à parte timetur.

3. *Cum mari contrariis ventis huc illuc agitato. Sen. in Med.*

Ut sæva rapidi bella cum venti gerunt,
Utrimque fluctus maria discordes agunt,
Dubiumquè pelagus fertur.——

4. *Cum navi æstu ac ventis jactatâ.*

——quam certus in altum
Propellit Boreas, æstus & unda refert.
Sen. in Thyeste: —fluctibus variis agor:
Ut, cùm hinc profundum VENTUS, hinc ÆSTUS rapit,
Incerta dubitat unda, cui cedat malo.

E.

EBRIETAS.

Epit. Turpis, fœda, infamis, lòquax, imprõvida, Rixis gaudens, menti bonæ inimica. Extinctæ prodiga famæ. Ingenii vires, animiqué vigorem perdens, infringens, enervans, *&c* Mala arcani custos, opera reclud ns. Mater fœcunda malorum. Certa juventæ pernicies, labes. *Horat.* Quid non ebrietas désignat? Unde manus tremulæ, pallor in ora venit. *Prop.* Vino forma perit, vino corrumpitur ætas. *Virg* Compedibus Venerem, vinclis astringe Lyæum: Nec te muneribus perdat uterqué suis.

Ebrius.

Vino sepultus: mero madens, gravis, uvidus. Cibo vinoque gravis Nimio venas inflatus Iaccho, Multo perfusus Baccho, madidus; victus membra, madefactus largo Lyæi flumine. Cui titubat multo linguaqué mensqué mero. stupent multo corda sepulta mero Immodico nutant tempora quassa mero. *Virg* Nam simul expletus dapibus, vinoque sepultus Cervicem inflexam posuit, *Sen.* Vino gravatum fulciens læva caput.

Titubare mero, incertos movere pedes. Valido titubantia vino membra movent: dubii ftantq; labantqúe pedes. *Ovid de Sileno:* — ægrè titubantes ebrius artus fuftinet. Ebria cum multo traheret veftigia Baccho *Iuven sat.* 15 Adde quod & facilis victoria de madidis, & blæfis, atque mero titubātibus. *Lucret. defcrib. vini immodicè poti effect. l. 3.*

Confequitur gravitas membrorum: præpediuntur
Crura vacillanti: tardefcit lingua: madet mens:
Nant oculi; clamor, fingultus, jurgia glifcunt.

EBVR.

Ep. Candens, nĭtĭdum, nĭveum, expŏlitum, Indum, Indicum. Indus dens. Indi dentis honos. Sectus elephantus. Nec fulget illic fplendidum tectis ebur. *Ovid.* Nec quod erat candens, fit terebinthus ebur. Candenti perfecta nitens elephanto. Ornetur poftes auro, nitidoque elephanto. *Nihil enim eft aliud* ebur, *quàm dens Elephanti, qui præcipuè reperitur in India. Hinc ebur* Indum *dicitur. Virg. 1. Georg.*

India mittit ebur, molles fua thura Sabæi,

ECHO.

Ep. Jŏcōfa, cănōra, lŏquax, garrŭla, clāra, rĕfŏnans, rĕfŏnābĭlis, refpondens, văga. Fontibus atq; antris gaudens. Vocis refonans imago, refultant, refponfans. Redditus ab antris vocalibus fonus: rediens adverfis collibus Habitans cavis montibus. Echo, extrema brevis verba remittit: voces auditaqúe verba reportat. *Virg.* Ille canit, pulfæ referunt ad fidera valles Concava pulfu faxa fonant, vocifq; offenfa refultat imago. Gemitu nemus omne remugit: ripæqúe lacufq; refponfant Circa. *Ov.* Interea toto clamanti littore, thefeu, Reddebant nomen concava faxa tuum. *Aufon. Ep.* 23 Et quæ paftorum memoralibus abdita lucis Solatur noftras Echo refecuta querelas. ECHO *Nympha fuiffe fertur, quæ cùm à Narciffo, quem perditè amabat, fperneretur, longo mærore contabuit, & corpore demum in faxum converfo nil nifi vocem retinuit Hanc defcribit Ovid. l. 3. Met.*

Vocalis Nymphe; quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipfa loqui didicit, refonabilis Echo.

ELOQUENTIA.

Facundia. Eloquium. *Ep.* Præftans, dulcis, grāta, dives, mellea, culta, beāta, terfa, vernans. Movens animos. Oris facundia culti. Larga, mellea fandi copia: melle fluens. Eloquii nitor. Eloquii facūdia, decor, gratia. Verba diferta. Attonitas fermo qui duceret au-

tes. Facundæ gratia linguæ. Liquido verba fluentia cursu: torrens copia fandi. Potentis eloquii virtus, Doctæ dulcedo linguæ. Opulentia linguæ. Sermonis mella politi. Doctæ flumina linguæ. Oris amœni nitor.

Eloquens.

Eloquio pollens, præstans, valens. Flexanimo sermone potens. Celebris facundæ munere linguæ. Facundo maximus ore. *Ovid. Met.* Talibus atque aliis, in quæ dolor ipse disertum Fecerat *Id. 1. de Rem.* Atque utinam posses etiam facundus in illis Esse! dolet tantum, sponte disertus eris. *Pap.* Hyblæis vox mixta favis, cui sibila serpens Poneret, & sævæ vellent servire novercæ. *Tibull.* Nam seu diversi fremat inconstantia vulgi, Non alius sedare queat: seu judicis ira Sit placanda, tuis poterit mitescere verbis *Horat.* Vehemens & liquidus, duroq; simillimus amni Fundet opes, Latiumque beabit divite lingua. *Ovid.* Quæ sit enim culti facundia sensimus oris, Civica pro trepidis cum tulit arma reis. *Claud.* —oracula Regis Eloquio crevere tuo, nec dignius unquam Majestas meminit sese Romana locutam. *Enn.* Suadæ medulla, Suadela cujus labris insidet, atque apes Hymetriæ. Os melle fluens, *Vide supra* PATRONUS *fol.* 150.

Facundus Disertus.

ELOQUENTIÆ GLORIA CELEBRES.

In Fabulis eloquentia laude eminuisse feruntur ULYSSES & NESTOR, *quorum prior solâ eloquentiâ fretus arma Achillis Ajaci præripuit: ab altero verò ore sermo'n elle dulcior fluxisse perhibetur. In Historiis hoc nomine præ cateris commendatur* DEMOSTHENES, *Orator Athenienfis &* MT. CICERO *lingua Latinæ decus immortale. Atque his eloquentiâ præstantes viri conferri aut etiam præferri possunt; exemplo Tib. in Messale sui laudibus:*

Non Pylos, aut Ithace tantos genuisse feruntur
NESTORA, vel parvæ magnum decus urbis ULYSSEM.

EQUUS.

Ep. Bellātor, pugnātor, ardens, ācĕr, fĕrox, ănĭmōsus, magnănĭmus, bellĭgĕr, bellĭcus, Martius, intrĕpidus, audax, ălăcĕr, bellax, pugnax, terrĭbĭlis, &c. Arduus, altus, sublimis, fortis, vălĭdus, frĕmens, spūmans, indŏmĭtus, ănhēlans, fumans, asper, diffĭcilis, &c Cĕlĕr, cĭtātus, velōx, impĭgĕr, vŏlŭcĕr, ăles, ālĭpēs, ignĭpes, răpĭdus, præceps, cĭtus, &c. Frenis obluctans: frena recusans: ad lituos hilaris, intrepidusque tubarum: suetus cursu prævertere cervos. *Virgilius*—q. m

Quadrupes.

Corni-pes. Tratius albis Portat equus bicolor maculis. vestigia primi Alba pedis, frontemque ostentans arduus albam *Idem*: Qui candore nives anteiret, cursibus auras, *Id.* Quadrupedemque

Sonipes citum ferratâ calce fatigat. ——— præfractaque quadrupedantum pectora. *Id.* Stat sonipes; ac frena ferox spumantia mandit. *Id.* Instratos ostro alipedes, *&c* Equus *à poëtis nunc*

Alipes quadrupes, *nunc* cornipes, *dicitur synonymicos per excellentiam*: *Item* Alipes *ab agilitate pedum*, *ac* Sonipes *à sonitu, quem incedens pedibus facit*. *Ita tamen ut his interdum etiam Epitheti loco utantur, ita Virg.*

———lucisque sacratis
Cornipedes arcentur equi———

EQUORUM *vero* HINNITUM, INCESSUM, STRATA, *aliaque huc spectantia colligere potes ex sequentibus*:

1. Ut fremit acer equus, cùm bellicus ære canoro Signa dedit tubicen, pugnæque assumit amorem. Fremit æquore toto. Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis. Martius huic sonipes campos hinnitibus implet Emicat, arrectisque fremit cervicibus altè Luxurians, luduntque jubæ per colla, per armos.

2. Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit: Fulvum mandit sub dentibus aurum. Spumantia lævo frena cruentabat morsu. Rigidos vexantia frenos Ora terens, spargitq; jubas, & surrigit aures *V. Frenum.*

3. Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque sonare Compositis, sinuetque alterna volumina crurum, Insultare solo, & gressus glomerare superbos (*i. e. crura molliter alternis explicare*) Quadrupedante putrem (*i. e. mollem*) sonitu quatit ungula campum. ——— ubi abruptis fugit præsepia vinclis Tandè liber equus, campoq; potitur aperto. *V.* EQUITARE.

4. Ostroque insignis & auro stat sonipes ——— jubet ordine duci Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis: Aurea pectoribus demissa monilia pendent. Tecti auro, fulvum mandunt sub dentibus aurum. *Ita Virgilius ornat equos Latini l.* 7 NOTA *verò antiquos non habuisse sellas equestres, quibus hodie utimur*: *sed earum vicem stragula quadam è corio, pelle, panno, aut tapetem pretiosum equis injecisse; quæ communi vocabulo* strata *dicebant. Ovid. 8. Met.*

——— albi stratis insignia pictis
Terga premebat equi, spumantiaque ora regebat.

EQUI BONI *& laudabilis* (*uti Philippis nostris videtur*) *nota sunt*: *Cervix erecta & sublimis, parvum caput, alvus brevis & substricta, pingue tergum, pectus latū, arrectæ aures, tremor ad strepitum armorum, densa juba, spina lata, pedes graviter so-*

nantes,&c. Quas omnes persequitur nullius planè rei ignarus poëta lib.3. Georg.

——illi ardua cervix,
Argutumque caput, brevis alvus, obesaque terga.
Luxuriatque rotis animosum pectus, *&c.*
——tum si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus.
Densa juba, & dextro jactata recumbit in armo:
At duplex agitur per lumbos spina: cavatque
Tellurem, & solido graviter sonat ungula cornu.

Celebrantur præcipuè à poëtis Pegasus, *qui Bellerophontem & Perseum vixit*: Arion, *equus Adrasti regis Argivorum, qui à Propertio* vocalis *dicitur, quia voce humanâ locutus fertur*: Cyllarus, *equus, quo communiter usi sunt Castor & Pollux, ut quidam volunt; aut, ut alii, solus Castor*: Balius & Xantus *equi Achillis. Præterea equi solis, Martis, Rhæsi regis Thraciæ, & alii quos in lectione bonorum auctorum observare poteris. Virg 3. Georg.*

Talis Amiclæis domitus Pollucis habenis
Cyllarus; & quorum Graji meminêre Poetæ,
Martis equi bijuges, & magni currus Achilis.

EQUITARE.

Terga equi premere. Vehi, ferri, vectari, invehi equo. Insidere equo. Ire in equo. Quassare campos alite equo E-quo ibat in armis Candenti sublimis equo. At puer Ascanius mediis in vallibus acri Gaudet equo. Terga premebat equi, spumantiaq; ora regebat. Exercentur equis, domitantque in pulvere currus. —dum certum flectit in orbem Quadrupedis cursus, spumantiaque ora coërcet. Ipsa tamen velox celerem super edere corpus Audet equum, validisque sedet moderator habenis. Cum rapidum effusis ageret sublimis habenis Quadrupedem. Immitem quatiebat equum spumantia sævo Eræna cruentantē morsu. Tergumque premebat acris equi. Talis equos alacer media inter prælia Turnus Fumantes sudore quatit Conscendunt in equos Tyrioque rubentia succo Terga premebat equi Equum flectere, agitare. *Ovid.* Collaque velocis flectere doctus equi. Equo hærere. —— volat ecce per hostes Vectus equo spumante Sages. *Lucan.* —— modò spumanti permittit habenas Quadrupedi, modò calce citat, modò torquet in auras Flexibiles rictus, modò jam cervice rotatâ Incipit effusos in gyrum carpere cursus *Claud.* Cum vectaris equo simulacraque Martia ludis, Quis molles sinuare fugas, quis, tendere contum Acrior, aut subditos melior fle-

disse recursus? Utque tuis primum sonipes calcaribus arsit? gnescunt patulæ nares, non sentit arenas Ungula, *&c.*

Equo CALCARIA *subdere.*

Equum, equi armos *vel* ilia calcaribus vexare, fodere, tundere. Equum calce ferratâ urgere, citare, incitare, fatigare, &c *Ovid* Nunc opus est celeri subdere calcar equo, *Virg* Quadrupedemque citum ferratâ calce fatigat. *Silius.* ———ferrata calce cruentat. *Virgilius iterum:* Seu spumantis equi fodere calcaribus armos. *Non curat hæc Equus apud Silium l. 7. umbrâ objecta consternatus:*

——— — imperterritus ipse
Ferrato calce, atque effusa largus habena
Cunctantem impellebat equum, negat obvius ire,
Et trepidat crassa sonipes exterritus umbrâ.

Equorum FRENA.

Freni. *Epit.* Sŏnantia, spūmea, spūmantia, dūra, fortia, rĭgida, fulva. *i. e. aurea*, stricta, substricta, lenta, respectu habenarum, *Lupata.* *quæ è loro.* Ora equi frenis coërcere, domare, torquere. *Ovid.* ———præsepibus altis. Quadrupedes ducunt adduntque sonantia frena. *Virg.* —— & frenos stabulis audire sonantes *Ovid.* ——— spumantia frenis Ora citatorum dextrâ contorsit equorum *Senec.* Hippolytus arctis continet frenis equos. *Ovid.* Asper equus duris contunditur ora lupatis, *Lucan.* Siccaque sanguineis durescit spuma lupatis. Lupus *Latinis vocatur ferreum instrumentum, uncum at tortuosum, instar dentium lupinorum. Hinc* lupata *dicta, frena lupis munita, quibus equi feroces ac difficiles coërcentur. Horatius adjectivè usurpavit l. 1 Od. 2.*

Cur neque militari
Inter æquales equitet: Gallica nec lupatis
Temperet ora frenis.

Habena. *Epit.* Lentæ, ăgĭlēs, validæ, fortēs, strictæ, brĕvēs, *&c* Effusæ, laxæ, undantēs, cĭtæ. văgæ, *&c.* Habenas supprimere, premere, contrahere, adducere. *Contra*; Habenas effundere, laxare, immittere, admittere, permittere, concedere. Lora manu tenere, flectere. *Tib.* Aut quis equo celerem stricto compescere freno Possit, &, effusas tardo permittere habenas. *Lora.* *Papin.* It præceps sonipes strictæ contemptor habenæ. *Virg.* ——per aperta volans, ceu liber habenis, Æquora. *Id.* Flectit equos, curruq; volans dat lora secundo. *Phœbus Phaëtonti apud Ovid.* Parce puer stimulis, & fortiùs utere loris. *Ibid.* Corripe lora manu. HABENÆ *à materia, è qua constant,*

stant. Lora *ab officio etiam* retinacula *dicuntur, præcipuè in aurigatione. Numidis in Africa pro habenis ac freno* virga *fuit, cujus solius motu equos dirigebant. Sil. l.* 1.

—— ——Numidæ, gens inscia freni:
Quêis inter geminas per ludum mobilis aures
Quadrupedem flectit non cedens VIRGA lupatis.

ERIGERE.

Tollere in auras. Elevare. Tollere humo. Caput altiùs efferre Caput inter nubila condere, Cæloque attollere molem certant. Sustollere ad sidera palmas. Educere Cœlo turrim. Tollemus in astra nepotes. Utraque cœlo brachia porrigere. Im●tollere de gradu mortale corpus. Ab humo attollit amicum. Attollit in ægrum se femur, Tollit sese quadrupes & ferit auras pedibus arrectis. De terra sublimem levare. In sublime semet ferre. *Attollere.*

ESSE ALICUBI.

Me capit ultima tellus. Aspicit & vultus Gallica terra meos. Illo me tempore dulcis alebat Parthenope. Hic domus, hæc patria est. Stagna colit, ripisque habitat. Accolere Nilum Gurgitis ima tenet. Urbem tenere. Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuêre coloni Urbem colere. Aliqua consistere terra. Incertus sum, ubi sistere detur. Urbes habitare magnas. Habitare vallibus imis.

EVADERE.

Casus evaserat omnes, Eripui me letho, & vincula rupi. Vinclis excidere; se vinclis expedire. Hostibus *vel* hostium telis elabi Hostes, vincula, periclum effugere. Periculis defunctus, ereptus Tené aspicio tantis ereptum nate periclis? *Æneas apud Virg.*—— ——quid pestem evadere belli Juvit, & Argolicos medium fugisse per ignes? *Vide* FUGERE.

EVANESCERE.

Evanescere tenues in auras. Fugere leves in auras. Vanescere, ire, exire, excedere, dilabi, abire in auras. In nihilum redire, referri. Tenues recessit in auras. Tenues fugit, ceu fumus, in auras. Mortales visus medio sermone reliquit, Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram. Nocti se immiscuit atræ. Spissis noctis se condidit umbris. Procul nebulis obscura recessit. Effugit imago, Par levibus ventis, volucrique simillima somno. In leves paullatim evanuit umbras. *Virg.* Ter conatus ibi collo dare brachia circum. Ter frustra comprensa manus effugit imago.

SS. EUCHARISTIA.

Dia mensa. Ætheriæ dapes. Sacræ libamina mensæ: Esca salutifera. Castæ cælestia pabula mentis, Cælestes epulæ. Vitalia libra, pocula. Munera Christe, tua, & sævi monumenta doloris. Sacra mensa: Ambrosio liquore, nectareo succo, melleo fonte madens. Divinas libate dapes, libate beata Pocula, velatumque dapis sub imagine numen. *Vida*: Nam simul ante aram verba illa augusta Sacerdos Prorulit ore premens, cœlo delapsus ab alto Christus adest, vivoque epulis se corpore miscet. Intus inest numen. Deus insidet intus: Christus inest, & nos invitat corpore vesco: Triticeo latitans sub orbe, & munere Bacchi, Divini latices: Ambrosia pocula: quibus se maximus ille inserit rerum conditor. Sacrum Christi legatum, Proximum pergentis ire mortis ad periculum Sanctum, augustum, almum, cœli admirabile munus. SALVE vita hominum, non enarrabile donum: Desuper allabens nova cœlo gratia aperto. Per te melliflui rorant dulcedine montes: Per te mellifluæ complentur nectare valles: Omnia inexhausto mellis torrente redundant.

EVERTERE.

MUROS, DOMUM, URBEM.

Domum *vel* muros quassare, concutere, ruere, destruere, subruere, dejicere, vi frangere: ferro perdere, violare, rescindere: æquare solo, prosternere. *Ovid.* 1. *Fast de Herc.* Nititur hic humeris; Et vastum motu collabefactat onus: Quod simul eversum est, fragor æthera terruit ipsum, lætaque subsedit pondere molis humus. *Virg.* ——labat ariete crebro Janua, & emoto procumbunt cardine postes *Lucan.* Tu quoscumque volens in planum effundere muros ——densi compagem solvere muri. *Vide* CADERE *fol.* 130. STERNERE *infra.*

Diruere. *Eruere.* *Prosternere.*

Urbem ferro, flammis, bello exscindere: ex imo vertere: à culmine sternere: totam à sedibus eruere: vertere fundo. *Virg.* ———— regna Latini Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam. *Manilius*: ———— sternet urbes, inque arva reducet Oppida. *Sen. Agam.* Urbe cum tota populi cadentes, Hostica muros populante flammâ. *Id. Th.* Dejicite passim mœnia, inplanum date, Templis Deos obruite. *Id Agam.* Vidimus patriam ruentem, & templa Deos superusta suos. *Ovid.* ——utinam tormenta, virique Mœnia diruerent, ferrumque ignisque sonaret. —Omnia vidi Eversa, & flammis Asiam ferroque cadentem-

tem. *Papin.* Ipse manu Thebas correptaque mœnia fundo Excutiam, versasqué solo super Inacha tecta Effundam turres. *Virg.* Postquam res Asiæ Priamiqué evertere gentem Immeritam visum Superis, ceciditqué superbum Ilium, & omnia humo fumat Neptunia Troja. *Ovid.* Jam seges est, ubi Troja fuit: resecandaqúe falce Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus. *Nempe jam ex urbe* arvum *facta. quod olim in eversione urbium usitatum, eoqúe fine à victoribus per mœnia ipsa aratrum ductum Quo respexit Horat. l. 1. Carm. Od.* 16.

——— urbibus ultimæ
Stetêre causæ; cum perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

EVERTERE ARBOREM.

Radicibus eruere, solo prosternere: ferro vel bipenni excindere, subvertere. *Virg.* —— ferro sonat alta bipenni Fraxinus, evertunt actas ad sidera pinus. *Claud.* —— succidere pinus. Et magis enodes properat prosternere cedros, *Virg.* —crebrisqué bipennibus instant Eruere agricolæ certatim. *Id de vento*: Et nemora evertit multos ignava per annos, Antiquasqúe domos avium cum stirpibus imis Eruit. *Idem.* ——— penitusqué revulsam Evertit fundo, & radicibus eruit imis. *Horat.* Ille, mordaci velut icta ferro Pinus, aut impulsa cupressus Euro, Procidit latè. *Catull.* ——— illa procul radicibus extirpata Prona cadit, lateqúe & cominus omnia frangit.

EVELLERE.

Virgulta, frutices, silvam, vimen, primas arbores vellere, convellere, revellere: manu eruere, ab humo convellere, tellure revellere: eruere ab radicibus imis. *Virg.* ——— ipse manu felices erue silvas: Lentum convellere vimen. Viridem ab humo convellere silvam. Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas *Horat.* —— quæ prima solo ruptis radicibus arbor Vellitur. *Vide supra* CONARI *fol.* 161.

Telum corpore *vel* è vulnere vellere, evellere, revellere, extrahere. *Virg.* Illa rapit calidum frustra de vulnere telum. *Ovid.* Extrahit illud idem calido de vulnere telum. *Id.* —— ——— ferisero rupit præcordia ferro. Quod simul eouctum est, pars est pulmonis in hamis rupta, cumqué animâ cruor est effusus in auras, *&c.*

levior,& cui venia facilè tribuetur. Vnde alibi citra scelus *se peccasse ait l 5. Tr. El. 5.*

Vel quia peccavi CITRA SCELUS: utque pudore
Non caret, invidiâ sic mea culpa caret.

2. EXCUSARE TENUITATEM STYLI

Ovid. 5. Trist. Qualemcumque legas, veniâ dignare libellum, Sortis & excusa conditione meæ. Ingeniū fregêre meum mala; cujus & antè Fons infœcundus, parvaque vena fuit, Non hîc librorum per quos inviter, alarque Copia, &c. *Id 1. Tr.* Quod magis hic debes ignoscere, candide Lector, Si spe sint, ut sunt, inferiora tuâ: Non hæc in nostris, ut quondam, scribimus hortis, Nec consuete meum lectule corpus habes. *Id. l. 5. de Lectore suo:* Æquus erit scriptis, quorum cognoverit esse Exilium tempus, barbariemq; locum.

EXERCITIUM.

Usus assiduus, indefessus Labor durus, improbus, pertinax, omnia vincens. Membra exercere labore *Claud.* Nec me quid valeat naturâ fortior usus Præterit, & quantum neglectæ defluat arti. Aliquid tractare: aliqua in re versari. Otia detestari. *Claud.* ——— per duros instruxit men bra labores, Et cruda teneras exercuit indole vires. *Ovid. 2. Fast.* Romulus, & frater, pastoralisque juventus. Solibus & campo corpora nuda dabant: Cæstibus, & jaculis, & missi pondere saxi, Brachia per lusus experienda dabant. *Id. 2. de Rem.* ——— finem qui quæris amori, Cedit amor rebus, res age tutus eris. Desidiam puer ille sequi solet; odit agentes: Da vacuæ menti, quo teneatur, opus. *Id. 4. Met.* ——— vel jaculum, vel pictas sume pharetras, Et tua cum dutis venatibus otia misce. *Virg. lib. 3.* Exercent patrias oleo labente palestras,

Nudati socii. NOTA *omnem puerorum ingenuorum exercitationem campestrem quinque olim generibus constitisse; nempe* Iactu disci, cursu, saltu, jaculatione *ac* luctâ: *quas uno vocabulo Græci* Pentathlum, *Latini* Quinquertium *appellant. Finis erat corporis robur: tum ut in Olympico agone, aliisq; certaminibus victores evaderent. Exercebantur autem fere* nudi, *nisi quod ad mediū corpus legi tegumento succincti essent, quod* Campestre *vocat Horat. l. 1. Ep. 11. Hinc* Gymnasium *dictum, ludus sc. ubi exercebantur; à* γυμνὸς, *i. e. nudus, apertus,* Oleo *etiam ungebantur, præcipuè in lucta, parte totius Pentathli præcipuâ ac maximè laboriosâ: quæ Græcis* παλη, *Latinis* Palæstra. *Quanquam hanc Virg. lib. 6. pro ipso loco posuit:* Pars in grami-

gramineis exercent membra palæstris. *Hinc scies, cur Virgilius suprà dixerit* ——oleo labente palæstras: *& Atys puer apud poëtam Veronensem*; Ego gymnasii sui flos, ego eram decus olei. *Scies item, cur Horatius dixerit* vitare olium, *pro abstinere exercitatione campestri sive* Campo Martio, *ubi Romani pueri corpora ad militiam præparabant, l. 1. Od. 8.*

Cur timet flavum Tiberim tangere; cur OLIVUM Sanguine viperino

Cautius VITAT? neque jam livida gestat armis Brachia, sæpe DISCO.

Sæpe trans finem JACULO nobilis expedito?

EXERCITUS.

Acies *Agmen.* *Turmæ* Acies *Ep.* horrida, belligera, sæva, armisona, armata, ærata, Martia, sanguinea, &c. *Agmen* stipatum, densum, armatum, hastatum, clypeatum, terrificum, hostile, inimicum, &c. *Turmæ* vel *cohortes* armigeræ, armatæ, belligeræ, æratæ, validæ, audaces, fortes, minaces, sanguineæ, *&c.* Varius exercitus armis Fervet cristatis exercitus undique turmis. Campo stetit agmen aperto. Florentes ære catervæ, Densis acies stipata catervis. Seges clypeata virorum. Fulgentes ære cohortes. Clypeataque totis agmina densatur campis Plenis acies densata maniplis. *Virg l. 11.* At manus interea muris Trojana propinquat, Etruscique duces, equitũq; exercitus omnis, Compositi numero in turmas. Jam galeis densisque virûm seges horruit armis, Directæque *Cohortes.* acies, & latè fluctuat omnis Ære renidenti tellus. *Sen. Theb.* ——tota nudatis stetit Acies in armis, æra jam bellum ciet: Septena reges bella depositi parant. NOTA Aciem *pro-* *Catervæ.* *priè esse exercitum in procinctu stantem, & ad confligendum paratum*: Agmen *verò exercitum esse ambulantem & iter facientem. Sed poetæ hæc licenter confundunt. Virg. l. 9.*

Jamque omnis campis exercitus ibat apertis.
Messapus primas acies, postrema coercent
Tyrrhydæ pueri, medio dux agmine Turnus.

Exercitum conscribere:

Militem *vel* cohortes undique cogere, convocare. Cogere ad arma viros, in arma hortari, concitare, vocare: secum in bella rapere, trahere, Arma parare. Agmina armare. *Virg* ——residesque movebit Tullus in arma viros, & jam desueta triumphis Agmina. Classica jamque sonant: Pars pedis ire parat campis, pars arduus altis Pulverulentus equis furit: omnes arma requirunt. Signaque ferre juvat, sonitusque

usque audire tubarum. *V. supra* BELLI APPARATUS *fol.* 319. AUXILIARI IN BELLO *fol* 114. *& infra* MILES.

EXERCITUS MEMBRA.

quæ interdum pro toto corpore usurpari, interdum inter se confundi, interdum propriis notis distingui reperias

LEGIO. *Virg. 2. Georg.* Ut sæpe ingenti bello, cùm longa cohortes Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto. *Id. 1. Æn:* Procedit legio Ausonidûm, pilataque plenis Agmina se fundunt portis *Lucan. l. 9.* —— stetit ordine certo Infelix acies: cornu tibi cura sinistri Lentule, cum prima (quæ nunc fuit optima bello) Et quartâ legione datur.

PHALANX. *Virg. l. 12.* —— circum hos utrimque phalanges Stant densæ, strictisque seges mucronibus horret Ferrea. *Ib.* Thuscorumque phalans, Euandrique Arcadis alæ.

COHORS. *Virg.* —— cum longa cohortes Explicuit legio. *Silius de Germanis l. 15.* Proceræ stabant, Celtarum signa, cohortes.

MANIPULUS *Turnus apud Virg* 11. Tu Volusi, armari Volschorum edice maniplis; Duc, ait, & Rutulos equites Messapus in armis. *Lucan l. 7.* At medii robur belli fortissima densant Agmina, quæ Cilicum terris deducta tenebat: Exeat ut plenis acies non sparsa maniplis. *Vbi veram imaginem habes Phalangis Macedoniæ.* Phalangem *enim dicebant Macedones, peditum stabile agmen ex octo hominum millibus, ubi viro vir, arma armis conserta sunt.* Legio *Romanorum erat à* Legendo *milite dicta, liberior Phalange ac magis sparsa complectens tam equestres copias, quàm pedestres, ad sena summum millia.* Pedestres *copiæ in Cohortes & Manipulos;* Equestres *in Turmas ac Decurias dividebantur.* Cohors *à similitudine cortis rusticæ (de qua supra fol. 96.) dicta, continebat Manipulos tres.* Manipulus *autem multitudo est idem sequentium signum, unde* Manipulares, *eiusdem signi milites: à manipulo fœni, quo primi Romani loco signorum usi, teste inter alios Ovidio 3. Fast.*

Pertica suspensos portabat longa maniplos,
Unde MANIPLARIS nomina miles habet.

CUNEUS *vocatur Latinis multitudo militum in formam cunei densata, ad irrumpendum. Poetæ, pro milite in quamcumque formam conferto, usurpant. Virg 12. Æn.*

Talis in adversos ductor Rhœteius hostes
Agmen agit: densi cuneis se quisque coactis
Agglomerant——

TURMA. *Ep.* Ærata, armata, cristata, pugnax, rapida, ali- *Ala.*
pes,

pēs,audax, &c. V. Exercitus. *Sil.* ——alipedes rapit ad certamina turmas. *Virg.* Tres equitum numero turmæ, terníque vagantur Ductores. *Camilla apud eundem lib.* 10. —— ——Æneadum promitto occurrere turmæ, Solaque Tyrrhenos equites ire obvia contrà. *Ibid.* Prima levis, dominâ amissa, fugit ala Camillæ. *Papin.* 5. *Silv.* Quisnam frenigeræ signum dare dignior alæ ? i.e. *Ordines equestres ducere, qui alæ Latinis : quòd alarum vice copias pedestr es utrimque obtegant.* Turma *dicta est quasi* Terna : *quòd, cùm primùm Roma tres tantùm essent tribus, Romulus ex unaquaque denos equites elegit, eisque tres præfecit auctores, inde* Decuriones *dictos.* Turma *igitur est equitum.* Caterva *de peditatu dicitur, maximè Barbarico. Virgilius tamen l.* 11. *ad equites transtulit de Camilla* : Agmen agens equitum, & florentes ære catervas, i. e. *Cataphractas sive totas are vestitas, de quibus Claudianus:* ———credas simulachra moveri Ferrea, cognatoque viros spirare metallo, *unde illa populi admiratio, apud eumdem* 6. *Honorii conf.*

Ut chalybe indutos equites, & in ære latentes
Vidit cornipedes, quânam de gente rogabat
Ferrati venere viri? quæ terra metallo
Nascentes informat equos, simulachraque belli
Viva dedit? ———

Exercitus consistens,

Castra *Ep.* horrida, dūra, sæva, hostilia, &c. V. Bellum. *Nam sæpe pro bello accipitur, ut, cùm dicimus* Castra sequi, *i.e. militare, ita Lucan.* Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur *Tib.* Castra Macer sequitur, tenero quid fiet Amori? Sit comes, & collo fortiter arma gerat, *imò pereat potius, aut in Morboniam abeat. Molles aut fugaces castra non amant: à quibus Romani etiam legitimas militum conjuges abesse voluerunt. Vnde* castra *quasi* casta *quidem appellata existimant. Priscilla apud Papin, marito peregrè milit ante:*

Et si castra darent vellet gestare pharetras,
Vellet Amazonia latus intercludere pelta.

Castra figere, ponere, disponere, Tuto figere castra loco: campis *vel* summis jugis disponere : collibus *aut* plano ponere, *Tib. de castrametatione*: Quemve locum ducto melius sit claudere vallo, ut facilisque tuis aditus sit, & arduus hosti. *Id:* Quà deceat tutam castris præducere fossam. *Sil.* ———huc acies ducit, Romanaque circum Castra locat, parvumque levi struit aggere vallum. Nota *Romana castra*

castra semper vallo munita fuisse, etiam noctibus singulis, si iter facerent: Hinc dixit Lucanus castris decimis *pro decimo die itineris militaris. Idem lib.* 1. *Pharſ.*

Et ſubitus rapti munimine ceſpitis agger.
Præbet ſecuros intra tentoria ſomnos.

EXHORTARI.

Verbis, vocibus, dictis, hortatibus, hortando animos, virtutem, corda incendere, attollere, acuere; inſtigare, inflammare, impellere, exacuere, movere. Dare animos. Hortatibus implere. Stimulis acuere, incitare: monitu increpare: animis implere. Stimulos ſub pectore vertere. His acuit ſtimulis, ſubjicitque haud mollia dicta. Corda virum fovet hortando, revocatque vigorem. Hortari in prælia: facta ad Mavortia flammare. At juvenem ſtimulis immanibus æmula virtus Exacuit, ſuſcitat. His dictis incenſum animum inflammavit amore. Jubere fortem eſſe. Suadere: hortatorem fieri. *Lucan.* —— non magno hortamine miles In prædam ducendus erit. *Ovid.* Acer, & ad palmæ per ſe curſurus honores, Si tamen admoneas, fortior ibit equus. *Hortari* *Accendere.* *Stimulare.* *Incitare* *Animare, &c.*

Exhortandi formulæ.

Ergo agite. Quare agite, ô tectis juvenes ſuccedite noſtris Eja age, rumpe moras. Nunc animis opus Ænea. Nunc pectore firmo Nunc nunc inſurgite remis Hectorei ſocii. Quò fugitis ſocii? per vos, & fortia facta; Fidite ne pedibus, *&c.*

EXPERIRI.

Nil intentatum, inexpertum, inauſum relinquere: Quid tentare nocebit? Tentare. Tethin ratibus Spectamus in ignibus aurum. Per varios uſus artem experientia fecit. Omnem movere lapidem. Animum alicujus tentare precando. Cuncta priùs tentanda. Vires ſuas experiri, explorare, probare, *Claud. de Aquila:* Natorum vires, ingeniumque probat, *ſcilicet ad ſolem.* *Tentare*

EXUL.

Ep. Vāgus, mĭſĕrandus, incertus, infēlix. Profugus. Erro. Relegatus. Patria carere juſſus Finibus extorris Patriis oris, ſedibus, finibus pulſus, expulſus, ejectus, diſcedere juſſus Exul inops erat, alienáque limina luſtrat. Ignotis exulat oris. Ignota conſtitit exul homo. Pulſus patria, terræque extrema ſecutus. *Sen.* —— per urbes erret ignotas, egens,

Exul, pavens, invisus, alieni laris. *Papin.* —— ignota per oppida tristes Exul agit casus. *Sen.* Ut profugus errem semper, ut patria arceat: Opemque gentis hospes externæ sequar *Ovid.* 3. *Trist. El.* 14.

Est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis;
Qui domini pœnam non meruêre sui.
Sæpe per extremas profugus pater exulat oras;
Urbe tamen, natis exulis esse licet.

EXULARE & IN EXILIUM MITTI.

EXILIUM. *Epit.* triste, flebile, miserum, infandum, acerbum, durum, infelix pati. patriâ *vel* patriis laribus pelli, fugari. In extremas oras relegari. Exilio domos & dulcia limina mutare Per urbes ignotas vagari. Diversa exilia, & diversas quærere terras: terras visere alio sub sole calentes. *Ovid.* Peregrinum ducere cœlum. *Id.* Exulet, & toto quærat in orbe fugam. ——— regnoque domoque Pellimur, ejectas ultimus orbis habet. Vita, procul patriâ, peragenda sub axe Boreo est. *Id. de se ad Cæsarem*: Arva relegatum jussisti visere Ponti, Et Scythicum profugâ visere puppe fretum. *Mart. ad amicum*: Si jubeat patriâ damnatum excedere terrâ, Per freta], per scopulos exulis ibo comes. *Sed in hac re nihil addi potest ad versus Ovidii, quos uxori exilium suum comitari optanti attribuit* 1. *Trist. El.* 3.

Tunc verò conjux humeris abeuntis inhærens
Miscuit hæc lacrymis tristia dicta meis:
Non potes avelli: simul hinc, simul ibimus ambo.
Te sequar, & conjux exulis exul ero.
Et mihi facta via est, & me capit ultima tellus:
Accedam profugæ sarcina parva rati.
Te jubet à patria discedere Cæsaris ira:
Me pietas. Pietas hæc mihi Cæsar erit.

F.

FABER.

sive

ARS FABRILIS ET HUC SPECTANTIA.

FERRUM fornacibus coquere, fornace *vel* igne molli re. Ferrum exercere. Gladios excudere, fornacibus recoquere, incude novare. *Virg.* Quinque adeò magnæ positis incudibus urbes Tela novant. Curvæ rigidum falces conflantur in ensem. *Tib.* —— non ira fuit, non bella: nec ensem Immitti sævus duxerat arte faber. Antra tonant, validis

inc

Incudibus ictus Auditi referunt gemitum. *Claud.* Quæ non incudes streperent? quæ flamma vacaret fabrilis? quæ sufficerent fornacibus æra? *Ovid.* ——— ferrum igne rubens, quod forcipe curâ Cum faber eduxit, lacubus demittit: at illud Stridet, & in tepida submersum sibilat unda, &c.

Dignus est observatione locus Virgilii 4. Georg. Ubi in Cyclopibus illis omnes artis fabrilis numeros implet:

Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis
Cum properant, alii taurinis follibus auras
Accipiunt, redduntque: alii stridentia tingunt
Æra lacu: gemit impositis incudibus Ætna.
Illi inter sese magnâ vi brachia tollunt
In numerum, versantque tenaci forcipe ferrum.

2. FORNAX.

Epit. Ardens, călĭda, ignea, fervens, căva, curva, vasta, picea, fūmōsa, *&c.* Fornacibus ignis anhelat. Recoquunt patrios fornacibus enses —auriq; metallum, Vulnificusque chalybs, vasta fornace liquescit. *Sen. de Vulcano:* Et qui furentes semper Ætnæis jugis Versas caminos. *Juven.*——— —majoraque fiunt Incude assiduâ, semperque ardente camino. *Caminus.*

3. INCUS.

Epit. Dūra, vălĭda, rigĭda, sŏnōra, horrisŏna, *&c.* Impositi duris crepitant incudibus enses. —validisque incudibus ictus Auditi referunt gemitum, stridentque cavernis Stricturæ chalybum. — gemit impositis incudibus antrum. *Pap.* Non tam grande sonat motis incudibus Ætna, Cum Brontes Steropesque ferit.

4. FOLLES.

Epit. Ventōsī, tumĭdi, căvi, taurinī, hircinī, *&c.* Motis follibus auras captare, accipere & reddere, ignem exercere. *Hor.* At tu conclusas hircinis follibus auras. Usque laborantes dum ferrum molliat ignis Ut mavis, imitare. *Ubi notat hominem inflatum ac turgidum, miraque ac magna promittentem. Quod vitium à Cornuto suo removet Persius sat. 5. eidem allegoriæ insistens:*

Tu neque anhelanti coquitur dum massa camino,
Folle premis ventos: neque, *&c.*

FABRI DEORUM,

Quorum opera Iovis fulmen ac ceterorum Deorum & Heroum arma fieri perhibentur.

I. VULCANUS.

Mulciber. *Ep.* Claudus, sardĭpēs, nĭgĕr, flammeus, igneus, &c. *Faber:* Ætnæus, Sĭcŭlus, Lĭpăreus, Lemnius, *&c.* Deus loripes. Claudus Veneris maritus: nigrâ fuligine tinctus. Lemnius pater, quem fumida Lemnos exercet. *Virg.* 8. Hæc pater Æoliis properat dum Lemnius antris. *Ib.* Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. *Id. l.* 12 Ensem, quem Dauno ignipotens Deus ipse parenti Fecerat, & Stygiâ candentem tinxerat undâ. *Catull.* Scripta tardipedi Deo daturum, Infelicibus ustulanda lignis. *Papin.* ——— nec major ab antris Lemniacis fragor est, ubi flammeus Ægida cælat Mulciber. VULCANUS *Iove & Iunone genitus, obque id Ovidio* 4. *Met.* Iunonigena *dictus, à parentibus ob deformitatem è cælo dejectus, eâ ruinâ* claudus *factus creditur.* MULCIBER *dicitur à mulcendo ferro. Officinam ejus alii in* Lemno *insula constituunt: alii in* Ætna *monte, alii in Lipara insula, una ex Æoliis: Virgilius in ea, quæ Græcis* Hiera, i. e. *sacra dicitur: quòd eâ præcipuè inter septem alias Vulcano dicata propter igneam soli naturam:* *Ignipotens.*

Insula Sicanium juxta latus, Æoliamque
Erigitur Liparen fumantibus ardua saxis:
Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis.
Antra Ætnæa tonant. *Non quòd hic sit Ætna, sed antra Ætneis illis apud Siculos paria.*

2. CYCLOPES.

Ep. Vastī, infandī, ærĭsŏnī, Ætnæī, Sĭcŭlī, *&c.* Fĕrī, fĕrōcēs, cruentī, immansuētī, *&c.* Ætnæi fratres, lumine torvo cælo capita alta ferentes. Immania corpora Nudi membra Cyclopes. *Sil l.* 4 *de Marte:* ——— multoque labore Cyclopum Sudatum thoraca capit. *Id.* Cyclopum rapta caminis Fulmina Tyrrhenas Thrasimeni misit in undas. *Ovid. Met.* Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum, i e. *Fulmen.* CYCLOPES *Ætnæ incolæ ac primi Siciliæ cultores, homines feri atque inhospitales, ferrariam primi artem reperisse perhibentur. Hinc eos poëta Vulcano ministrare fingunt, ponuntque congrua operi nomina:* Brontes ἀπὸ τῆς βροντῆς, *à tonitru;* Steropes ἀπὸ τῆς στεροπῆς, *à fulgetro:* Pyracmo ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ἄκμονος, *ab igne & incude. De quibus Virgil. lib* 8. *Æneid. in Vulcani officina;*

Fer-

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro.
BRONTESQUE, STEROPESQUE, & nudus membra PYRACMON.

FABULA

1. FABULA *sive* POPULI SERMO.

Fabula fieri. Per ora vulgi ambulare. Mensarum oblectamentum fieri. *Tibull. ad Amor.* Parce puer quæso, ne turpis fabula fiam. *Ovid.* Nomine sub nostro fabula nulla fuit. Fabula narratur toto lepidissima cælo. *Prop.* Fabula nulla tuas de nobis concitet aures. *Ovid.* Nequitiam vinosa tuam convivia narrant, *&c.*

2. FABULA *sive* RES FABULOSA.

Fabula ficta, mendax. Poëtarum commenta. *Tib.* Non est in vanum fabula ficta jocum. *Id. de Vlyssis erroribus:* Atque hæc seu nostras inter sint cognita terras, Fabula sive novum dedit his erroribus orbem. *Prop.* An ficta in miseras devenit fabula gentes. *Prudent.* Dices Poëtas hæc licenter fingere, *&c.*

FALLAX.

Multa malus simulans. Astu fallax, dolis aptissimus. Doctus fallendi. *Virgil. de Sinone:* —— dolis instructus, & arte Pelasgâ. Astu præditus. Fraudium architectus: mendaciorum Dædalus. Instructus compositis mendaciis, atque, *ut Plautus loquitur,* conscius dolis. Doctus falsa loqui, ac lætam speciem prætendere fraudi. *Claud. de voluptate:* Blanda quidem vultu, sed quâ non tetrior ulla Interius; fucata genas, & amicta dolosis Illecebris. *Mart. lib. 4.* Decipies alios verbis, vultuque benigno, Nam mihi jam notus dissimulator eris. *Vide supra* BLANDIRI *fol.* 128. *&* *infra* MENTIRI. *Subdolus. Fictus.*

Fallere.

Imponere. Dare verba. Blandis verbis capere. Vanâ spe lusit amantem. Eludere. *Virg. de agricolis* —— sed illos Exspectata seges vanis elusit aristis. *Æneas apud eund.* Quid natum toties crudelis tu quoque falsis Ludis imaginibus? —— animum delusit Apollo. Heu quibus insidiis, quâ me circumdedit arte! Dolis capere. Agere in fraudes. *Mart.* Sic avidis fallax indulget piscibus hamus, Callida sic stultas decipit esca feras. *Vide infrà* FRAUS. *Decipere. Ludere. Eludere.*

iam fama volans tanti prænuncia luctûs, domos & mœnia complet: Innumeras solvit falsa in præconia linguas.

Jamque ferebatur vicina per oppida rumor. Totâ rumor in urbe sonat Rumor, ut est velox, agitatis pervolat alis, *&c.* *Rumor*
FAMAM *poëtæ fabulantur Titanis & Terræ filiam, editamque à matre, Gigantum suorum excidio, irritatâ, ut Deorum facta toti orbi patefaceret. Ejus domum describit Ovid. Met. l. 12. Naturam verò ac totius corporis habitum Virg. l. 4. Æneid. cui nihil addi potest;*

——— —magnas it fama per urbes,
FAMA malum, quo non aliud velocius ullum
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.
Parva metu primo, mox sese attollit in auras,
Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.
Illam Terra parens irâ irritata Deorum
Extremam (ut perhibent) Cæo, Enceladoque sororem
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis:
Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi subter (mirabile dictu)
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot surrigit aures,
Nocte volat cœli medio terræque per umbram
Stridens: nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis aut magnas territat urbes:
Jam ficti, pravique tenax, quàm nuntia veri.
Hæc tum multiplici populos sermone replebat
Gaudens, & pariter facta atque infecta canebat.

FAMES, FAMELICUS.

Epit. Răbĭda, vēsāna, dīrā, dūra, mĭsĕra, sæva, insāna, obscœna, ăvĭda, urgens, tristis, grăvis, ăcerba, impăcāta, ægra, lenta, pallĭda. Rabies edendi. Improba ventris rabies. Ardor edendi implacatus. Famesque mœsta rabidos rictus pandens. Esuries vorat rix. Latrans stomachus. *Horat.* Cum sale panis latrantem stomachum bene leniet, Vacuis jejunia venis. Pallida jejuno sæviat ore fames; Pallor & atra fames. Malesuada fames, & turpis egestas. Suadet enim vesana fames. Pallida semper ora fame. Tristi morientia torpent membra fame. Rabidi jejunia ventris Insolitis adigunt vesci. *Ovid. de Erisichtone;* —— furit ardor edendi, Perque avidas fauces immensaque viscera regnat: Jamque fame patrias altique voragine ventris Attenuarat opes; sed inattenuata manebat Tum quoque dira fames, implacataque vigebat Flammâ gulæ, *&c.* *Esuries.*

FAMIS DESCRIPTIO
ex Ovid. Met. lib. 8.

Quæsitámque Famem lapidoso vidit in agro,
Unguibus, & raris vellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis, cava lumina, pallor in ore.
Labra incana situ, scabri rubigine dentes.
Dura cutis, per quam spectare viscera possent:
Ossa sub incurvis exstabant arida lumbis.
Ventris erat pro ventre locus: pendere putares
Pectus, & à spinæ tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies, genuumque tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.

FAMULUS.

Minister. Puer. *Epith.* Promptus, cĕlĕr, fīdus, succinctus, gnāvus, *&c.* Famulorum turba: ad arbitrium domini parata: nutus observans heriles. Non una ministri turba gregis. *Virg.* 11. *Æn* Circum omnes famulumque manus, Trojanaque turba. *Ovid.* Da mihi thura puer. Longus ministrorum ordo. Famulæ numerus turbæ. Famularis turba, Ordine certo Ad sua compositi descendunt munera servi.

FATIGATUS.

Fessus. Lassus. Æstu *vel* labore lassus; fessus, fractus. Membra labore exhausta, confecta, languida, sudantia. Plurimus in lasso corpore languor erat *Ovid.* Venator defessa toro cum membra reponit Ille caput viridi fessum summisit in herba. Fessa labore sitim conceperat: fessa resedit. Studio venandi lassus & æstu. Lassus bellique viæque. *Horat.* Sit modus lasso maris, & viarum, militiæque. *Lucan.* ——— sed fessa labat mihi pondere cervix, Et tremefacta cadunt summisso poplite membra. *Vide* JACERE, ONUS, *&c.*

FATUM.

Epith. ĭnexōrābĭlĕ, ĭnēluctābĭlĕ, crūdēlĕ, dūrum, immīte, insŭpĕrābĭlĕ, invĭdum, immōtum, crūdum, ferreum, *&c.* Fatorum ferreus ordo. Nulli mutabile fatum, Fatalis lex Tenor fati. Fati æternus ordo Divûm decreta, Immotæ cœli leges, atque aspera fata. Quæ nulli movere, flectere, mollire precando, exorare fas est. Ferrea decreta sororum. *Horat.* Sororum jussa trium, Nentes fatalia Parcæ stamina. *Sen.* Non prece ullá mobilis ordo. Fata invicta. Duræ peragunt fata sorores,

Nec

Nec ſua retrò fila revolvunt. FATUM *à fando dictum (quaſi Deorum* effatum *ſive decretum) vocabant olim Ethnici inevitabilem rerum omnium Neceſſitatem; cui Deum ipſum ſubjiciebant, actiones item internas & noſtræ voluntatis. Impiè. Poëtæ verò huic fato* Parcas *præficiebant, quæ è colis & ſtaminibus ſuis educerent, quid cuique in vita neceſſariò eventurum eſſet; unde apud illos* Fatum *interdum varios vitæ caſus, interdum mortem ſive immotum vitæ terminum ſignificat* Ovid. ep. 1.

Reſpice Laërten: ut jam ſua lumina condas,
Extremum fati ſuſtinet ille diem.

FAVERE.

Adeſſe. Adſpirare cœptis: annuere votis. Dare ſe placidum, facilem. Dexter ades. Sis bonus ô felixque tuis. Da facilem, atque audacibus annue cœptis. En ades cœptis favens. *Virg.* Quiſquis es, ô faveas, noſtriſque laboribus adſis. Adſis ô placiduſque juves. Adſpirat primo Fortuna labori. Ferte viam vento facilem, & ſpirate ſecundi. *Sen.* Votum ſecundet, qui poteſt, noſtrum Deus, Rebuſq; laſſis adſit. *Ov. libros Faſt. Cæſari dedicans*: Accipe pacato, Cæſar Germanice, vultu Hoc opus, & timidæ dirige navis iter: Officioque levem non averſatus honorem, Huic tibi devoto, numine dexter ades Da mihi te placidum, dederis in carmina vires. *V.* AUXILIARI *fol.* 114. DEO FAVENTE *fol.* 197.

FELIX.

O nimium! O térque quatérque beati! O fortunatos nimium, ſua ſi bona nôrint, Agricolas! Felices ter & amplius. Quo nihil eſt magis beatum. Quo non felicior Heſperiæ dominator oræ. *Horat.* Perſarum vigui rege beatior. Cui nihil optandum relinquitur. *Sen.* —— O me cælitum excelſiſſimum, Regnúmque Regem! vota tranſcendi mea. *Cat.* O quid ſolutis eſt beatius curis? *Fortunatus.* *Beatus.*

Deos habens faventes. Fortunâ ſecundâ, dextrâ, proſperâ, blandâ utens. Cui vultu ridet fortuna ſereno. Cui Dii omnem horam fortunant. Ab omni parte beatus. Rebus ſecundis exultans: rebus lætis elatus. Cui ad nutum Fortuna ſævit. *Iuven.* Fortunæ filius albæ.—Cui vultum ſervat fortuna benignum. omnia vota ſecundat, *&c.*

Ventis ſecundis, proſpero flatu uti *Ovid.* Si tamen hæc navis vento ferretur amico. Donec eram felix. Dum mea per placidas cymba cucurrit aquas. Dum ſtetimus. Cùm venti ſecundi mea vela implebant. Dum mea puppis erat validâ fundata carinâ. Dum flaret velis aura ſecunda meis. *Ovid.* 3. *Tr.*

Nave meâ vento forsan eunte suo, i.e. *feliciter navigante. Ubi* OBSERVA meus, tuus, suus *à poetis sæpeu surpari pro favente ac propitio. Ita Virg* ——ferunt sua flamina classem. *Tibullus in re appositâ:* Audiit aversa non meus aure Deus.

Feliciter.

Omine læto. Ave *vel* Alite dextrâ. Auspicio fausto, felici. Lætis successibus. Læto cursu, ventis secundis. Diis auspicibus, &c. *Vide* AUGURALES AVES *fol.* 92.

FERRE.

Tollere. Tollere in humeros: vertice fulcire, sustinere: humeris subire, Atlas axem humero torquens. Oneri cervicem subjicere, humeros supponere. *Æneas apud Virg.* Hæc fatus, latos humeros, subjectaque colla Veste super fulvique insternor pelle leonis, Succedoque oneri——sublato montem genitore petivi *Sen. de Hercule* : —subdidit mundo caput: Nec flexit humeros molis immensæ labor. Immota cervix sidera & polum tulit. Arma *vel* etia collo ferre. Humeris gestare pharetram, &c. *Vide infrà* ONUS.

Portare.

Gestare.

FERTILIS.

Ferax. *Facundus.* Terra frugibus felix: ditissima frugum: potens ubere glebæ, ubere læto: Semina data multo cum fœnore reddens. Arva beata; colonis respondentia; solo opulenta. Pinguissima tellus; Cereri Bacchoque amica: Cereris & Bacchi ferax. Aspice curvatos pomorum pondere ramos, Ut sua quod peperit, vix ferat arbor onus. Terræ hilares Baccho, frugumque feraces Frugiferis nobilis arvis; Fertilis ubere campus. Terra benigna: fertilis frugum pecorisque tellus. *Horat.* Hic tibi copia manabit ad plenum beato, Ruris honorum opulenta, Cornu.

Properare. STERILIS Malè fœcunda. Nulla pignora reddens. Triste solum: sterilis sine fruge, sine arbore tellus. *Ovid.* Non sterilis locus ullus ita est, ut non sit in illo Mista fere duris utilis herba rubis Sæpe etiam steriles incendere profuit agros. Sic dominum sterilis sæpe fefellit ager.

FESTINARE.

Segnes pellere moras; rumpere moras, tollere, Haud mora festinant jussi, rapidisque feruntur Passibus, Gradum celerare: accelerare: celerem gradum concitare: ire properante pede: viam celerare: Præcipitare moras. En age segnes rumpe moras, Maturate fugam. Jam jam nulla mora est,

Accelerare.

est Haud mora:continuò,extemplo: jussa Deæ celeres peragunt. Nec mora,nec requies. —— ocyus omnes Imperio læti parent,ac jussa facessunt. Tum verò incumbunt Teucri, Finibus omnes,haud mora,prosiluere suis. Sed propera,nec te venturas differ in horas. *Plaut.* I. Pegaseo gradu,& volans viam redi. *Vide supra* CURRERE *fol.* 183.

FESTUS DIES.

Festiva dies. Lux festa: Lux sacra: Festum solenne. Annua sacra: annua solennia. Dies anno redeunte festus. Anno festas referente luces. Annua jam festis veniunt sacra diebus: Sol festam lucem reduxit. Salve festa dies, meliorque revertere semper.

Diem festum celebrare.

Festivum celebrare diem. Solennem Divis honorem ferre, celebrare. Indicta servare sacra. *Tib.* Luce sacra requiescat humus,requiescat arator, Et grave suspenso vomere cesset opus. *Virg.* Delubra Deûm sacra velamus fronde per urbem. Jam nunc solennes ducere pompas ad delubra juvat. *Ovid.* Da mihi thura puer pingues facientia flammas, Quodque piò fusum stridat in igne merum. *Vida:* Thura pii date thura,velet vapor omnis ad auras; Suppliciter genibus nixi advolvamur ad aram. Annua sacra ferunt cives pulchroque paratu Intendúntque vias,& textis compita inumbrant: Hostia quà festam ducenda est sancta per urbem. Ordine flammarum longo,pompâque frequenti Nos quoque solennem læti comitemur honorem; Flore novo spargamus humum, fundamus odores, Veris opes varias, interque canamus eundum Lætitiam ingentem,& sacræ mysteria lucis.

FIDES

I. FIDES *sive* FIDELITAS.

Ep. Pura, sincera, solida, tenax, constans, Thesea, intemerata, *&c.* Pacta, jurata, sacra, sancta, *&c.* Incorrupta fides longos intemerata per annos: Et stetit ad finem longa tenaxq; fides. Fidei jura sacrosancta: nullo die solvenda, violanda. Juratam fallere nolle fidem. Servasti pactam tempus in omne fidē. *Mart. l.* 10. Præstiteris charo,quis non hoc laudet,amico, Ut potior vitâ sit tibi sancta fides. *Ov.* 2. *Pont. ad Max.* Rem facis,afflictum non aversatus amicum, Quâ non est ævo RARIOR ulla tuo. Turpe putas abjici,quia sit miserandus,amicum; Quodque sit infelix,desinere esse tuum. *Ib.* Scilicet indignum,juvenis RARISSIME, ducis, Te fieri comitē stan-

ſtantis in orbe deæ. Firmus es, & quoniam non ſunt hæc, qualia velles; Vela regis quaſſæ qualiacumq; ratis. *Id.* 3. *Tr.* Te mihi cum PAUCIS memini manſiſſe fidelem. *Rara enim avis, verus & certus Amicus, ac pene prodigio ſimilis. Neſcio, an primis ſeculis magis uſitata fuerit; atque ideo à Virg.* Fides cana *dicatur Servius rationem adfert, quia in canis hominibus reperitur Ego ad ſolam puritatem & integritatem (cujus ſymbolum eſt albus color) reſpectum exiſtimo. Quam ob cauſam & manu albo panno velatâ olim* Fidei *ſacrificari ſolitum. Vnde Hor. l.* 1. *Od* 35. Te ſpes, & albo rara fides colit Velata panno. *En, ut iterum* rara. *Quod etiam Mart. ævo obtinuit, præcipuè inter ejusdem muneris ſocios: ut apparet ex Epitaphio de duobus primipilis ſive primorum ordinum ductoribus, l.* 1. *Ep.* 94.

Fabricio junctus fido requieſcit Aquinas.
Qui prior Elyſias gaudet adiſſe domos.
Ara duplex primi teſtatur munera pili:
Plus tamen eſt titulo quod breviore legis.
Functus uterque ſacro laudato fœdere vitæ:
Famaque quod RARO novit, AMICUS ERAT.

Fidere.

Confidere. Deſinat elatis quiſquam confidere rebus. O formoſe puer nimium ne crede colori. *Sen.* Nunquam rebus credere lætis.

Credere *Ovid* Credidimus blandis, quorum tibi copia, verbis. *Idem:* Ne dubites, adſitque tuæ fiducia formæ. *Virg.* Omnis ſpes Danaûm, & cœpti fiducia belli, Palladis auxilio ſemper ſtetit. *Prop* — nulla viro juranti femina fidat. Nulla viri ſperet ſermones eſſe fideles, Fretus, confiſus. *Virg.* Freti armis: medium freti pietate per ignem. *Id. ad Palinurum*: O nimium cœlo, & pelago confiſe ſereno *Sen. Troad.* Quicumque regno fidit; & magnâ potens Dominatur aulâ; Animúmque lætis credulum rebus dedit: Me videat, & te Troja, &c. *Vide* SPERARE.

2. FIDES THEOLOGICA.

Sancta fides, indubitata, Dei ex ipſius vocibus orta: quæ animo, pulſa caligine, monſtrat, quod non oculi ſenſuſque capeſſunt obtuſi. Donum cœli, lumenque inſigne paternum. Quæ populum antiqua ſub relligione tuetur. Omnem, quæ nunc obducta tuenti Mortales hebetat viſus tibi, & humida circum Caligat, nubem eripiens, Solemque reducens. *Hier Vid* Ergo age priſca fides, noſtro ſuccurre labori: Quod renuunt ſenſus, ratio quod noſtra refutat, Ipſa doce, in tenebriſque tua nos erige luce.

FIN-

FINDERE.

Quercum cuneis scindere: secando findere: Altè finditur in solidum cuneis via. Caput ense diffindere. *Virg.* Sublatum altè consurgit in ensem, & mediam ferro gemina inter tempora frontem Dividit, *&c.*

FINIS, FINIRE.

Ad metam *vel* finem deducere. Optatam contingere metam. *Virg.* Et jam tempus æquum spumantia solvere colla. Bello *vel* cœptis, supremam *vel* summam imponere manum. *Virg.* Hic finis Priami fatorum, hic exitus illum Sorte tulit. Hic stabit civilibus exitus armis. *Sen.* Jam statue tandem gravibus ærumnis modum, finémque cladi. Portum contingere. *Ovid.* Hoc opus exegi, fessæ date serta carinæ: Contigimus portum, quo mihi cursus erat. *Sen. de morte*: Extremus ille portus ærumnis adest, NOTA, *ad explicandum operis alicujus vel etiam vitæ nostræ finem, poëtas sæpe uti Metaphoris à Navigatione aut cursu desumptis. Navigatio in Portu finitur, cursus ad* metam. Metæ *erant formæ saxeæ in extremo Circo positæ, ante quarum usum simplex* linea, calce *ducta, cursum terminabat. Vnde locutiones*: Ad calcem perducere, ad metam pervenire. *Ovid. ad mortem transtulit*: ——— metam properamus ad unam. *Et Horat. in Epist.* *Meta.* *Exitus.* *Portus.*

——— mors ultima linea rerum.

Facere finem: facere modum, ponere, imponere: finem imponere curis. *Virg.* Imposuit finem pugnæ, fessumque Dareta Eripuit. Annus exiit emeritis cursibus. Littora defesso pollice sistit opus. Finis adest. Immensum spatiis confecimus æquor. Finem dedit ore loquendi. Quis scelerum modus est? Perficere est animus, finemque imponere. Addere summa. *Ovid.* Pierides cœptis addite summa meis.

FLECTERE.

Inflectere, curvare, incurvare, recurvare, sinuare, torquere, detorquere, intorquere, movere, impellere, *&c.* Colla inflectere: ramos arboris curvare: sinuare arcum: movere animum precibus, &c. *Vide* ARCUS *suprà fol.* 75. *& infra* PRECIBUS FLECTERE.

Flectere genua.

Genua inclinare, sinuare, *&c.* Flexo procubuisse genu. Submisso poplite terram petere. Flexum genu submittere. Terram genibus submissa petebat. Supplex volvitur ante pedes.

des *Ovid*, Suppliciter posito procubuêre genu. Humi genu pressus utroque jacet. Nec moror ante tuos procubuisse pedes. Et genibus pronis supplex. Procumbere templis: advolvi aris, *&c.*

Victorem *vel* Dominum summisso genu salutare: inflexo genu, curvato poplite adorare. *Sen.* Victorem posito suspiciens genu. Quem genu nixæ tremuêre gentes.

FLOS.

Epit Vernus, hālans, pictus, mĭcans, blandus, dulcis, suāvis, mollis, rūtĭlus, lætus, apricus, tĕnĕr, pulcher, ŏdōrus, ŏdōrātus, ŏdōrĭfĕr, nĭtĭdus, candĭdus, candĭdŭlus, nĭveus, purpureus, *&c.* Pandens nitidam comam: in grammine vernans: gramineum suavi mulcens odore solum. Dulciter pictis in hortis halans, odorato in gramine ridens, gemmans, vernans. Tellurem, prata, solum; vario colore, amictu ornans, pingens, circumdans, illustrans, *&c.* Late per prata odorem diffundens: oculis blanda præbens spectacula: auras odore mulcens. Bene olentis pignora Floræ. *Catull.* Quæcunque ferunt campi, quos ardua montium gignunt juga, quos propter fluminis undas Aura parit flores tepidi fœcunda Favoni; Hos indistinctos plexis tulit ille corollis. *Id.* Ut flos in septis secretus nascitur hortis, Quem mulcent auræ, firmat Sol, educat imber, *&c.*

FLORES PRÆ CÆTERIS NOBILES

I. Rosa,

Epit. Pūnĭcea, verna, rŭbens, picta, mollis, formōsa, Păphĭa, Idălia, *&c.* Vide *flos.* Regina florum. Formosæ flos Veneris. Idalio sanguine tincta, Spinis vallata. Spinarum tutæ sub statione rosæ. Dum Rosa flore novo foliisque recentibus halat. Invida spinoso cortice tecta latet. *Maml.* Sanguineo splendore micans, rubicundo sanguine vernans, Pæstani gloria ruris. *Virg.* —hic & Acanthus, Et rosa purpureo crescit rubicunda colore. *Claud.* Flore sub uno, Ceu geminæ Pæstana rosæ per jugera r[illegible]nant: Hæc largo matura die, saturataque vernis Roribus, indulget spatio latet altera nodo, Nec teneris audet foliis admittere Soles. *Tibull.* Floret odoratis terra benigna rosis.

Rosa *Veneri sacra est: quæ, dum Adonidi aprum excipienti succurrere vellet, obvii Rosarii spinis cruentata Rosas sanguine suo infecisse fertur; & ex candidis fecisse purpureas.* Brevem recte dixit Horat. *quippe quæ brevissimo tempore auret. Laudatissimæ olim procultu Pæstum oppidum Lucaniæ. Ovid* 1. *de Pont. inter cetera impossibilia,* Cal-

Calthaque Pæstanas vincet odore rosas.

2. LILIUM.

Epit. Cānum, cānens, candĭdum, album, argenteum, lacteum, vernans, ridens, *&c.* Multo fragrans odore. Hinc violæ florent; hinc roscida lilia canent. *Prop.* Et circum irriguo surgebant lilia prato, Candida purpureis mista papaveribus. Lilia virgineos lucida per calathos. *Ovid,* —— fulvis hærentia linguis, Albaque purpureis lilia mixta rosis.

3. VIOLÆ.

Epit. Mollēs, pallentēs, purpureæ, suāvēs, *&c* Pallentes violas, & summa papavera carpens, Narcissum, & florem jungit bene olentis anethi *Claud.* Sanguineo splendore rosas, vaccinia nigro Induit, & dulci violas ferrugine pinxit *Id.* Pratorum spoliatur honos: hæc lilia fuscis intexit violis hanc mollis amaracus ornat.

NOTA *Violarum non unum esse genus, & coloribus maximè distingui, Plinius l. 21. agnoscit* albas, luteas *&* purpureas. *Quos omnes colores in præmissis Auctorum locis advertere potes. Meritò igitur Iuven sat.* 12.

——Laribusque paternis
Thura dabo, atque omnes violæ jactabo colores.

4. HYACINTHUS.

Epit. Rŭbens, nĭveus, cærŭleus, purpŭreus, ferrūgĭneus, blandus, pulcher, lūteŏlus, OEbălius, *&c.* Suave rubens hyacinthus: olim Phœbo dilectus puer. Flos OEbalius. Pallentes violas, & purpureos hyacinthos. Aprico crescens hyacinthus in horto. *Angerian. per Metathesim:* Narcissi, atque tuæ pulcre Hyacinthe, comæ.

5. NARCISSUS.

Epit. Mollis, hians, cŏmans, purpureus, formōsus, *&c.* Pro molli viola, pro purpureo Narcisso. *Ovid.* Tu quoque nomen habes cultos, Narcisse per agros. *Id.* — Croceum pro corpore florem Inveniunt, foliis medium cingentibus albis.

NARCISSUM *&* HYACINTHUM *formosos olim pueros in florem sui nominis mutatos esse fabulantur poetæ: atque hunc quidem, cùm ab Apolline, inter ludendum, disco exanimatus est: illum verò, postquam sui ipsius in fonte conspecti amore contabuit. Claud. 1 de Rapt hos flores alloquitur:*

Præstantes olim pueros: tu natus Amyclis,
Hunc Helicon genuit: te disci perculit error,
Hunc fontis decepit amor——

ADDE his *mollem* Amaracum, *croceum* & *semper frondentem* Achantum, *immortalem* Amaranthum, *redolentem* Nardum, *alba* Ligustra, *regalem* Pœoniam, *fœcundum* & *soporiferum* papaver, *multicolorem* Iridem, *pulchram* Anemonem, *amœnam* Bellin, *caruleum* Cyanum, *Phœbi sequax* Heliotropium, *olentem* Rosmarin, &c. *Plures ex his nominat Ovid. l. 4. Fast. describens Proserpina comites in legendis floribus occupatas.*

Hæc implet lento calathos è vimine nexos,
Hæc gremium, laxos degravat illa sinus.
Illa legit *calthas*, huic sunt *violaria*, curæ,
Illa *papavereas* subsecat ungue comas.
Has *Hyacinthe* tenes, illas *Amaranthe*, moraris,
Pars *thyma*, pars *rorem*, pars *melilothon* amant,
Plurima lecta *rosa* est, sunt & sine nomine flores:
Ipsa *crocos* tenues, *liliaque* alba legit.

Flores carpere.

Flores manu legere, colligere, tondere: pollice *vel* ungue carpere, decerpere, metere. *Virg.* Qualem virgineo demessum pollice florem Non jam mater alit tellus *Prop.* Nunc violas tondere manu, nunc mixta referre Lilia. *Ovid.* Illa papavereas subsecat ungue comas. *Id.* ——— quo dum Proserpina luco Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit: Dumque puellari studio calathosque, sinumque Implet, & æquales certat superare legendo, *&c.*

FLUVIUS.

Epith. Sŏnans, nĭtens, algens, flexĭvăgus, hūmens, curvus, herbōsus, cĭtātus, ūdus, oblīquus, răpĭd', præceps, strĕpĭtans, currens. Fluvialis unda. Aqua currens. Liquor facilis: per virides herbas sinuoso tramite currens: lymphis arida prata fovens. molles irritans murmure somnos: crepitanti murmure cadens: murmure rauco strepitans: per prata virentia fluens. Rivus lene fluentis aquæ: jucundo murmure labens: Exiguo sonitu per levia saxa fluens, fugiens: Irrorans mollia gramina Murmure tranquillos somnos inducens. Propter aquæ rivum. Læta susurrantes saliunt per gramina rivi. Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo. Queruli per gramina rivi. Riguæ ductile flumen aquæ.

Flumen. *Epith.* Oblīquum, sŏnōrum, torrens, lābens, magnum, răpĭdum, vălĭdum, spūmans, concĭtum, flexum, vĭtreum, *&c.* Sub magna labentia flumina terrā: ripis obliquis clausa: vol-

Rivus.

ven-

ventia arenas : herboso margine cincta: sulcantia terram: ripis viridantia. *Sil.* Nimboso spumantia flumina rictu. Fluminis undæ Spumeus amnis. Dant sonitum spumosi amnes, & in æquora currunt. Turgidus amnis aquis : gurgite cæruleo lætus. Vadum flumineum. *Lucan.* Fluminėis vix tuta vadis. *Auson.* Cùm vada lene meant, liquidarum & lapsus aquarum Prodit cærulea dispersas luce figuras. *Id.* —arcaniq; patet penetrale fluenti Flumineus gurges. Fluminei gurgitis unda. *Mart l 4.* Raptus flumineo venit de gurgite piscis. *Papin.* Cessit adhuc ripis animosus gurges anhelis. *Claud. de Erid.* —Ille caput placidis sublime fluentis Extulit & totis lucē spargentia ripis Aurea roranti micuerunt cornua vultu. *Virg. de Tyb.* Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarū. Amnis. Vadum. Gurges. Fluentum.

OBSERVA. Fluvios *tum à poëtis, tum à pictoribus exprimi* cornigeros *&* tauriformes *ob varias & obliquas eorum flexiones & mugitum, quem, si rapidi sint, edere solent, iisdem attribuunt arundines circum caput, &* urnam, *unde gurgitem suum profundant. Papin.*

—— patet ipse bicornis
In lævum, prona nixus sedet Inachus URNA.

TORRENS *Ep.* Tūrbĭdus, rāpĭdus, sŭbĭtus, vertĭcōsus, rāpax Ripis capacibus effusus. Undis pluvialibus auctus. *Virg.* —Rapidus montano flumine torrens Sternit agros, sternit sata læta, boūmque labores. *Sen* —— —hic rapax torrens cadit, Partesque lapsi montis excisas rotat. *Ovid torrentem alloquens:* Parvus eras (memini) nec te transire refugi; Summáque vix talos contigit ora meos: Nunc ruis apposito nivibus de monte solutis. Et turpi crassas gurgite volvis aquas *Est enim propriè* torrens *fluvius fontem non habens, sed subitis imbribus concitatus, qui alioquin siccitate exarescit. Hinc Ovid. ad eundem.*

Nomen habes nullum, nivibus collecte caducis:
Nec tibi sunt fontes, nec tibi certa domus.

Fluere.

Labi, manare, ferri agmine aquarum, cursu placido, *&c.* Sinuosis flexibus errare, volvi: in mare decurrere. Agere consuetos cursus. Tenuis fugit per gramina rivus: humectat arva, pinguia culta. Exspatiata ruunt per apertos flumina campos: citato cursu feruntur, aquas concitant, volvunt, &c. *Vide supra* FLUVIUS.

FOEDUS.

Epith. Stābĭle, dulce, firmum, ămīcum, concors, sŏcĭale

perpetuum, legitimum. Pacis inviolabile pignus. Socio fœdere juncta manus. Concordi fœdere juncti. Hi conjurato moverunt fœdere bella. Composito jungebant fœdere curas. Dulcia tranquillæ fœdera pacis amo.

Fœdus inire, componere, Dextræ conjungere dextram. Pangere fœdus. Æterna in fœdera gentes mittere. Dare dextram: jungere fœdere dextram. Firmare inter se fœdera dictis. Coëunt in fœdera dextræ. Æterno jungere fœdere pacem. Firmare animum sociali fœdere. Placidum læti componite fœdus. Pacem hanc æterno fœdere jungas. *Vide* PAX.

Fœdus violare.

Conceptum excutere fœdus. Fallere dextras; Fœdera turbare, Confundere fœdus. Rumpere fœdera *Virg.* Disice compositam pacem, & sere semina belli. Ter placidam suasit temerando rumpere pacem. ——— nam vos & fœdera, & omnem Spem pacis violasse palam est. *Vide* PERFIDUS.

FOENUS.

Ep. avidum, grande, ingens, cōpiōsum, fœcundum, occultum Exitiale bonis. Publica depascens commoda. Multis occulto crescit res fœnore *Lucan.* Usura vorax, avidúmq; in tempore fœnus. *Mart.* Debitor usuras pariter, sortémque negabit.

FOENERATOR.

Ep. avidus, avarus, injustus, impius, *&c.* Divitias injusto fœnore querens. Tantùm sua commoda spectans. Illicitis quæstibus *vel* positis in fœnore nummis opes augere studens. *Plaut.* Lucripeta fœnus fœnerator postulans, Impiger, assiduus, lucro turpi inhians: ephimeridas, & Kalendarum paginas assiduè revolvens. *Horat. ode* 1 *Ep.* — fœnerator Alphius Omnem relegit Idibus pecuniam, Quærit Kalendis ponere. *Ne scilicet diutius otiosa sit, ut vocant: perisse rati nisi in hora singulas domino lucrum faciat. Vnde* Lucripetam *vocat Comicus fœneratorem. Qualis ille, cujus extant verba apud eundem in Mostell.*

Scelestiorem ego annum argento fœnori
Nunquam ullum vidi.
A mane ad noctem usque in foro dego diem:
Locare argenti nemini nummum queo.

FONS.

ALIAQUE HUC SPECTANTIA.

Ep. Liquidus, irriguus, gelidus, frigidus, largus, fœcun-

fœcundus, vivus, &c. Placidus, saliens, sonans, crepitans, murmurans, &c. Purus, limpidus, nitidus, illimis, vitreus, pellucidus, perspicuus, &c. Muscosus, gramineus, umbrosus, amœnus, &c. Lene fluens Splendidior vitro. Vitro magis pellucidus. Largus aquæ: citas undas diffundens: lymphis manantibus obstrepens: placido murmure per prata fugiens: molles invitans murmure somnos, &c. Fons gelidæ aquæ. Fontis aqua. Aqua fontana. *Ovid.* Oráque fontanâ fervida spargit aquâ. Gelidi fontes. *Claud* —niveo de pumice fontes Roscida mobilibus lambebant gramina rivis, &c.

VENA. *Ep.* Larga, dives. fecunda, fluens saliens, &c. *Ovid.3.Fast* —— muscóque adoperta virenti Manabat saxo vena perennis aquæ.

Muscus. *Ep.* Viridis, virens. mollis, tenax, madidus, &c. *Virg* At liquidi fontes, & stagna virentia musco. *Calpurn.*—viridis stillanti vellere muscus Dependet &c.

FONTIS *ex Ovid. Descriptio.*

Metam. l. 5. Fons erat illimis nitidis argenteus undis; Quem non pastores, neque pastæ in monte capellæ Contigerant, aliudvé pecus; quem nulla volucris, Nec fera turbarat, nec lapsus ab arbore ramus. Gramen erat circa, quod proximus humor alebat, Silváque Soli locum passura tepescere nullo. *Idem alibi*: Est prope purpureos colles florentis Hymetti Fons sacer, & viridi cespite mollis humus: Silva nemus non alta facit, tegit arbutus herbam, &c.

FRAUS,

Ep. Mala, maligna, dolosa, subdola, mendax, tecta, occulta, latens, tacita, nefanda, turpis, &c. *Astus* solers, prudens, cautus, versutus, fallax, &c. *Dolus* callidus, implexus, compositus, fallax, tectus, &c. Subdolæ artes Tecti doli. Callidus astus. Fraudis ingenium. Tolle insidias, fraudemque dolosam. *Mart.* Odi dolosas munerum & malas artes. *Prop* At mihi fallaces tum patuere doli *Virg.* Talibus insidiis perjuríque arte Sinonis Credita res, captique dolis, lacrymisque coactis. *Senec.* Fraus sublimi regnat in aulâ. *Vide supra* FALLAX *fol.245 & infra* INSIDIÆ. *Astus.* *Dolus.*

Fraudem sive dolos struere.

Dolos nectere. Fraudem *vel* astus pectore versare, agitare, meditari. Dolis captare. *Ovid* Tentabitque iterum fallere fraude Jovem. *Virg.*—— novas artes, nova pectore versat Consilia.— dolos dirumque nefas in pectore versat. Insidias moliri. Tendere laqueos *vel* retia *Sen* —— sed quibus captus dolis, Nostros dabit perductus in laqueos pe-

dem? *Horat.* Sic cautus vitat foveam lupus, accipitérque Suspectos laqueos,& apertum milvius hamum. *Ad foveam quod attinet, quâ lupi decipiuntur, exemplum habes apud Silium l.6 de Annibale Romanos in fraudem illiciente:*

At fraudem nectens,socios ubi concava saxa
Claudebant,linquens,subito in certamine gyris
Vertit equum: simulátque fugam graviore ruina
Et dat terga celer ficta formidine ductor:
Haud secus ac stabulis procurans otia pastor,
In foveam parco tectam velamine frondis
Ducit nocte lupos positæ balatibus agnæ.

FRIGUS.

Ep. iners,pĭgrum,ignāvum,pallĭdum,rĭgĭdum, gĕlĭdum, glăciālĕ,*&c.* Hibernum,brūmāle,ācre,dūrum, sævum, ăcūtum,horrendum,*&c.* Arctōum,Hyperbŏreum,Scўthĭcum, Sarmătĭcum, *&c.* Non tractabile frigus. Frigoris asperitas. Boreæ penetrabile frigus. Concretas duro frigore cernit aquas. *Vide* GELU.

Frigere.

Frigore constringi, morderi, torpere,*&c* Frigore pallens,contractus,concretus,torpens. Gelido torpentia frigore membra. Frigus membra infestat, lædit, pungit,urit, premit,mordet,carpit;ad ossa permanat. *Ovid.* ——— frigúsque perambulat artus Penetrabile frigus adurit. *Sen.* Torpétque vinctus frigido sanguis gelu. *Ovid.* Tristis, & ignavi plenissima frigoris. *Id.* Astrictum gelido frigore pectus erat.*Id. de moribundo*: ——— frigúsque per ungues Labitur,& pallent amisso sanguine venæ,*&c.*

FRUCTUS.

Ep. Dulcēs,ămœnī,suāvēs,grāti, arbŏreī, dītēs, ūbĕrēs, grandēs,lætī,*&c.* Fœtus arborei. Arborea pignora: patulis pendentia ramis;pressos ramos curvantia,*&c.* Fœtus arbore dempti. Felicis arboris proles; pondere ramos curvans, premens. *Ovid.* Pomáque læsissent matrem, nisi subdita ramo Longa laboranti furca tulisset opem. ——arbor quæ prodiga læto Proventu beat agricolam, nec flore caduco Arridens,blanda dominum spe lactat inanem.

Fructus decerpere.

Poma manu carpere: ab arbore vellere,detrahere,legere, carpere.*Ovid.* Est aliquid plenis pomaria carpere ramis. Et tenui primam deligere ungue rosam. *Virg.* Quos rami fructus,quos ipsa volentia rura Sponte tulêre sua,carpsit. *Id.* Ipse

Ipse ego cana legam tenui lanugine mala. *Ovid.2.de corvo Apollinis*:

Stabat adhuc duris ficus densissima pomis,
Tentat eam rostro: non erat apta legi.
Immemor imperii sedisse sub arbore fertur,
Dum fierent tardâ dulcia poma morâ.

FRUCTUUM GENERA:

1. UVA, *Epith.*Pendens,pensĭlis,pampĭnea,răcēmĭfĕra, grăvĭda,tŭmĭda,turgens,*&c.*picta,rŭbens,aurea,nitens,lævis,*&c.* mitis,tĕnĕra,mollis,mădens,stillans,*&c.* Fălerna, Massĭca,Mēthymnæa,Rhætĭca,*&c.* Tumidæ in vitibus uvæ.Pampineas autumnus porrigit uvas : vitibus surgentes uvas detrahit,Ulmos amans:ulmis dependens: purpuræ æmula, certans purpuræ.Liventibus uva racemis.Pampineâ dulcis latet uva sub umbra Plenis tumet uva racemis.*Ovid.* Plenáque purpureo subrubet uva mero.

2. NUX. Pueris grata. Putamine clausa. Cortice duro munita,&c.*Ovid.*Hic nux,hic mixta est rugosis carica palmis.*Virg.*Castaneæque nuces. NUCEM *appellant Latini omnem arboris fructum,qui duro operculo tegitur, ut:*Juglandes, castaneæ,Amygdala *Qui verò lignoso operculo caret,generali nomine* Pomum *dicitur.*

3. POMA.*Ep.*Grāta,dulcia,bĕne ŏlentia,turgĭda,turgentia,rŭbentia,cāna,*&c* Vario distincta colore.—quæ candida parte,Parte rubent.Deducentia ramos pondere : ramis pendentia. *Ovid.* Aspice curvatos pomorum pondere ramos,Ut sua quod peperit vix ferat arbor onus.

4. MALA CYDONIA. *Virg.* Ipse ego cana legam tenui lanugine mala.———ut in arbore sæpe notavi Cærula sub tenerâ lucere Cydonia lanâ.

5. MALA PUNICA. ——— quot multicoloria grana Punica sub lento cortice poma tegunt. *Mart.* Non imitata breves Punica mala rosas.

6. PRUNA. *Ovid.* Prunáque,non solùm nigro liventia succo,Verùm etiam generosa,novásque imitantia ceras.

7. MORA, CORNA,&c. *Ovid.* Cornáque & in duris hærentia mora rubetis.*Prop.*Hic dulces cerasos, hic autumnalia pruna Cernis,& æstivo mora rubere die,*&c.*

FRUSTRA.

Nequicquam. Incassum.Inaniter. Quid prodest? Quid juvat? &c.*Tib.* Quid prodest cælum votis implêsse Neæra? *Virg.*Ter conatus erat collo dare brachia circum ! Ter frustra comprensa manus effugit imago. *Idem.* Successum

Dea dira negat. *Id. l.* 9. —— causas nequicquam noctis inanes. *Id. l.* 7. Tu ne, tot incassum fusos patière labores?

Frustrà laborare.

Studio inani, casso eventu, vanis successibus tentare. Perdere operam. Curam inanem sumere, impendere. Labor hic studio vanescet inani Rapient conamina venti. Sterilem fundum colere. Semina arenæ tradere. Curvo littus proscindere aratro *Ovid. . de Pont.* Sed siccum sterili vomere littus aro *Id Epist* Quid facis, Oenone, quid arenæ semina mandas? Non profecturis littora bobus aras. *Id. 5. Tr.* Plena tot & tantis refereiur gratia factis: Nec finet ille tuos littus arare boves. *Virg. l. 8.* —— nec te, charissime conjux, Incassumvé tuos volui exercere labores.

Frustra docere.

Sterile exercere solum. Docere rectà procedere cancrum. In saxo sementem facere. Belidum urnas replere *Horat* Infelix operam perdas, ut si quis asellum In campum doceat parentum currere frenis.

Frustra rogare vel invocare.

Perdere preces *vel* lacrymas. Lacrymas profundere inanes. In vacuas aures questus effundere. In rapidos jacere irrita verba Notos. *Ovid.* Verba miser frustra nil proficientia perdo Surdo canere. Mortuo *vel* littori verba facere. *Ovid.* Surdior ille freto, clamantem nomen Orestis, Traxit inornatis in sua tecta comis *Papin.* Irrita ventosæ rapiebant verba procellæ. *Ovid.* Terribilisque Notus jactat mea verba, precésque, Ad quos mittuntur, non finit ire Deos. *Idem l. 1. Fast. preces, quæ à surdis Deorum auribus non excipiuntur, aut à ventis prius quàm eò perveniant (quod veteribus creditum) discerpuntur;* caducas *appellat*, id est *irritas, infirmas, vanas.*

Templa patent, auréſque Deûm: nec lingua CADUCAS
Concipit ulla preces, dictáque pondus habent.

FUGA & FUGERE.

Ep Própěra, pernix, cita, cělěr, vŏlucris, răpĭda, *&c.* Tĭmĭda, trĕpĭda, trĕpĭdans, turpis, fœda, fēminea, *&c.* Tăcĭta, fŭrtĭva *&c* Fugam arripere, corripere, capere, carpere. Fugam agitare, moliri Fugam maturare, festinare, celerare. *Virg.* Tum celerare fugam, patriáque excedere suadet. Maturare fugam. Ardet abire fuga: tacitus discedere. —— diversa fugâ petit æquora Turnus. —— ille fuga silvas, saltúsque peragrat. *Vide suprà* EXILIUM *fol.* 242. *& Indice* ABIRE.

Viam fugâ corripere. Celere cursu, sublimi anhelitu fugere. Territus ipse fuit. Pedibus timor addidit alas. *Ovid. de Daphnide:* ——— fugit ocior aurâ Illa levi, neque ad hæc revocantis verba resistit: Nympha precor Peneja mane, non insequor hostis: —— sic agna lupum, sic cerva leonem, Sic aquilam pennâ fugiunt trepidante columbæ. *Sen. de Hippolyto Phædram fugiente:* Fugit insanæ similis procellæ, Ocyor nubes glomeranda Coro, &c. *Vide suprà* CURRERE *fol.* 183. COMPARATIONES *verò habes ibidem fol.* 124. *& infra in* TIMERE.

Terga dare, vertere, convertere. Dare terga fugæ *vel* in fugam. Terga fugæ mandare, præbere. Pedibus salutem quærere. Pedibus se credere. Hosti dare terga sequaci. *Ov. de incredibili:* Mænalius lepori det sua terga canis. *Virg.* Diffugiunt versi trepida formidine Troes. ——— versique vicissim Pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros. —— ——— illa dato vertit vestigia tergo. *Prop.* Atque hostes turpi terga dedisse fugæ. *Sil.* ——— fugam percussa repentè Ad muros trepido convertunt agmina cursu Turbati fugiunt Rutuli. *Fugam exercitus consternati rectè comparaveris cum feris fugientibus, silvâ à venatore incensâ, exemplo Silii l.* 4.

Mox subita ut toto lucent incendia monte;
Fit sonitus: fugêre feræ, fugêre volucres,
Atque imâ longe trepidant in valle juvencæ.

FULGUR *sive* CORUSCATIO.

Epith. Clarum, micans, rutilum, igniteum, ardens, flagrans, micans. Aërem tranans, penetrans. Vibratus ab æthere fulgor. Rumpens obscuras nubes, & terque quaterque tremulum jubar ingeminans. Crebrum dehiscentis poli jubar. Ignis hiante cœlo veniens. Ignis per inane micans. Rapidi cadentes abruptis nubibus ignes. *Fulgor.*

Fulgurare.

Deus rutilas per nubila flammas spargit. Crebris micat ignibus æther. Flammis cœlum miscetur. Ignes ab æthere fulgent. Rapidum jaculari è nubibus ignem. Cœli in nubibus ignes Terrificant animos. Non aliàs cœlo ceciderunt plura sereno Fulgura, nec diri toties arsere Cometæ. Pater omnipotens cœlo ter clarus ab alto Intonuit, radiisq; ardentem lucis, & auro Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem. Cœlum coruscat trisulcis ignibus. Rumpunt aërias fulgura crebra plagas. Aërios secans campos lux flammea transit. Micant ruptis è nubibus ignes. Latè micat igni-

bus æther. NOTA Fulgur & fulmen *interdum à poëtis confundi. Quid autem inter illa intersit, docet Seneca 2 Quæst. natural. Summa doctrina hæc est*: Fulguratio *est latè ignis explicitus*; Fulmen, *ignis coactus & impetu jactus*. Fulguratio *ostendit ignem*; Fulminatio *emittit. Illa, ut ita dicam, comminatio est, & conatus sine ictu: ista jaculatio cum ictu*. Fulgur, *quia vires non habet, tantùm splendet*: Fulmen *non apparet tantùm, sed decidit.*

FULMEN.

Epith. Cădūcum, cŏruscum, infestum, trĭfidum, vibrātum, horrendum, mĭcans, tortum, horrĭdum, răpĭdum, horrĭfĭcum, rŭtĭlum, viŏlentum, triste, igneum, trĭsulcum. Trisulcum Jovis telum: trisulcus ignis. Jovis arma. Cyclopea tela. Fulminis alæ. Vis corusca fulminis. *Iuven.* Sacrum sulphur. Hortendi fulminis ignes, ictus. Elisi nubibus ignes. Ignes fulminei, terrifici. Fulmina missa polo; ætherea domo, *&c.* Jovis irati missa manu: summos ferientia montes, celsas turres, &c. *Lucan* Qualiter expressum ventis per nubila fulmen, Ætheris impulsum sonitu mundíque fragore Emicuit, rupitque diem, populósque paventes Terruit, obliquâ præstinguens lumina flammâ *Sen. Thyest.* Quem non concutiet cadens Obliqui via fulminis. NOTA *omnes ignes cœlestes maxima ex parte* in obliquum *ferri, præcipuè fulmen: cui poetæ etiam* alas *tribuunt ob ejus pernicitatem; deinde fœtorem* sulphuris, *quòd ejus materia maximè sulphurea. Virg. 2. Æn. de fulmine in terram cadente.*

——— tum longo limite sulcus
Dat lucem, & latè circum loca sulphure fumant.

Fulmine percuti.

Afflari fulminis alis. Infesto fulminis igne peti. *Ovid.* Aut rutilo missi fulminis igne cremer. *Virg* Tum pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras. *Idem* : Vel tu quod superest infesto fulmine morti, Si mereor, dimitte, tuáque hic obrue dextrâ. *Ovid.* Aut Jovis infesti telo feriale trisulco. Ætherei vindicis igne cadas, *&c.*

Fulmina mittere.

Fera terribili jaculari fulmina dextra. Excutere dextrâ, torquere, vibrare manu; abrupto mittere cœlo. *Sen.* Qui sæpè terras fulmine infesto quatit, Mentésque nostras ignibus terret sacris. Fulmen in terras spargere, mittere. *Virg.* Ipse pater mediâ nimborum in nocte, coruscâ Fulmina molitur dextrâ, quo maxima motu Terra tremit. Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum Fulmine. *Sil.*

Ac super hæc Divûm genitor terrásque fretúmque Concutiens tonitru, Cyclopum rapta carminis Fulmina Tyrrhenas Trasimeni misit in undas. *Volunt poëtæ fulmen fabricari à Cyclopibus Vulcani ministris: qui, quoniam officinam tum aliis in locis, tum in Ætna monte habere finguntur; hinc fulmen Ovidio* Ætnæum *dicitur*:

Sed tamen Ætnæi fulminis instar habet.

FUR.

Epith. Vigil, nocturnus, callidus, trepidus, astutus, rapax. Tenebris gaudens: opibus alienis insidians Doctus furtorum: Mercurii nepos: furtum ingeniosus ad omne. Milvi habens ungues, viscatásque manus; unde nihil reglutinare possis. Furtificæ manus: rapax Harpyia. Lavernio: crumenimulgus. Corvo rapacior. Fur notæ nimium rapacitatis. *Virg.3. Georg. de canib.* ——— nunquam custodibus illis Nocturnum stabulis furem incursúsque luporum, Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. FUREM *rectè* nocturnum *appellat, quem à* furvo *dictum refert Agellius: quia fures per noctem, quæ furva, faciliùs furantur: unde* nocturnum hostem *alibi vocat Propertius. Furum dea* Laverna *dicta, unde isti* Laverniones: *quorum rapacitatem notans Sidonius lib.5. dat eis* manus Briarei *&* Sphingarum ungues. *Nec minùs bellè describit Euclio apud Comicum*:

——— qui omnes angulos
Furum implevisti in ædibus misero mihi:
Qui mihi intromisisti in ædes quingentos coquos
Cum senis manibus, genere Geryonaceo.
Quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit.
Nunquam servet ———

Ep. Infestus, sævus, immitis, scéleratus, nocturnus, *&c.* Telo accinctus. In silvis subsidens. *Ovid.* Cacus, Aventinæ timor atque infamia silvæ, Non leve finitimis hospitibúsq; malum. *Horat.* Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones: Ut te ipsum serves, non expergisceris? *Iuven.* Cantabit vacuus coram latrone viator. LATRONES, *quasi* laterones *dicti olim, qui cum ferro regibus ad latus erant. Hinc ad raptores & prædones vocabulum devenit. Fur Græcis* κλέπτες *dicitur, unde Latinum* clepere *pro furari. Latro Græcis* λῃσὴς *ac* φιλήτης, *&* Æolicè πιλήτης, *ut notat Lipsius ad Senecæ Epistolam 51. Vnde fortassis non malè deduxeris Gallicam vocem* filou *diu fortassis sepultam, atque ævo nostro resuscitatam (Nam Græcam linguam passim per Gallias divulgatam ex vicinitate Massiliensium, nemini paulùm hu-* Latro.

R 5 *manıori*

maniori ignotum) deinde Latinum pilare & compilare: *quibus etiam Festus Græcam originem tribuit. Horat. sat. 1.* —— nè me Crispini scrinia lippi Compilasse putes, *& paulò ante in ea satyra, quam in divites avaros scripsit:*

An vigilare metu exanimem, noctésque, diésque
Formidare malos fures, incendia, servos,
Nè te compilent fugientes; hoc juvat horum
Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.

Raptor. Rapto vivens. Rapiens stabulis armenta reclusis. *Virg.* ———— sempérque recentes Convectare juvat prædas, & vivere rapto *Prop. de Caco.* Hic ne certa forent manifestæ signa rapinæ Aversos cauda traxit in antra boves. *Virg.* Quatuor à stabulis præstanti corpore tauros Avertit, totidem forma præstante juvencas. Raptas ad littora vertere prædas. *Mart. de Caco* Silvarúmque nemor, tacita qui fraude solebat Ducere nec recta Cacus in antra boves. *Fuit hic Cacus Vulcani filius, qui in Aventino monte subsidens; rapta armenta, versis vestigiis caudâ trahebat in suum montem, ne furtum agnosceretur Hunc Hercules occidit, boum mugitu furem deprebendens: ut latè Virg. l. 8 Æn. Frater hunc furtis olim infamis fuit Autolycus, Mercurii filius, qui vicina Parnassi loca insedit, de quo Mart. l. 8.*

Non fuit Autolyci tam piceata manus.

Furto tollere.

Furari. Furto rem abscondere, subducere, sublegere: vi abripere: convectare prædas: tristi rapina spoliare *Ovid.* Auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos, Et quæcumque potest tollere, tollat opes. *Vid.* Nos furto nihil inter nos carpamus avari. Dives quisque suo: pateant noctésque diésque Prædia nostra: domus nullo custode relictæ, Nullos nocturno formident tempore fures. Ipsi jam culmis sint tuti arentibus agri, Prataque, silvæque, & pictis vineta racemis: Surripiant nec justa avidi plus parte coloni, Assuescantque satis domi-norum inhibere juvencos, Sponte sua, pactos nec agro subducere sulcos.

FUROR.

Epith. Cæcus, āmens, viŏlentus, sævus, ardens, igneus, præceps, effrēnus, răbĭdus, dēmens, insānus, impŏtens, vĕcors, lymphatus, indŏmĭtus, infandus, *&c.* Nescius regi furor: impatiens freni: pronus in arma: pectore exundans: Mentis effrenæ furor. *Catull.* Mala mens, furórque vecors. Mens furiata: mens lymphata. Stimuli furoris.

Rabies. Rabies effera, spumans, frendens, fera murmura volvens.

vens. Spumea tunc primùm rabies vesana per ora Effluit. *Ejusdem descriptio:* ——— nigro Rabies armata veneno: Fœda ungues, impexa comas, & dente cruento.

Præceps insania Furor iráque mentem præcipitant. *Virg.* Quid loquor, aut ubi sum, quæ mentem insania mutat? *Insania*

Virg. His agitur furiis; totóque ardentis ab ore Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis. *Id.* ——— mistóque *Furia.* insania luctu, Et furiis agitatus amor.

Rabido mentem correptus ab œstro *Virg.* Fertur, & horribili præceps impellitur œstro. OESTRUM *à poëtis pro furore sive Bacchico, sive poetico, sive etiam quovis alio usurpatur: Metaphorâ ductâ ab insecti genere, quod Latinis* asilus, *Græcis* οἶς ... *dicitur: estque tauris & vaccis inimicissimum, quos ubi percusserit, tantùm non in rabiem adigit. Meminit hujus Virg. 3. Georg.* ——— cui nomen asilo *Oestrũ.*

Romanum est, œstron Graji vertere vocantes;
Asper, acerba sonans, quo tota exterrita silvis
Diffugiunt armenta. ———

Furere.

Furiis agi, agitari. Furore vago rapi, abripi, circumagi. Furiatâ mente ferri. lymphatâ mente furere. Concipere mente furores. *Virg.* Ergò ubi concepit furias. Sævit inops animi, totámque incensa, per urbem Bacchatur. Totâ vagatur urbe furens. *Sen.* Mentem cæcus instigat furor: Ardet furore pectus. Incerta, vecors, mente non sana feror Partes in omnes. *Id. de Medea:* Recursat huc & huc motu effero. Furoris ore signa lymphati gerens: Flammata facies spiritum ex alto citat: Hæret, minatur, æstuat, queritur, gemit.

Furore correptus.

Lymphatus. Malè sanus. Mentis inops. Mente dejectus. Non sanus. Non sana mente. Furiis actus, agitatus, incensus. *Insanus* Furiis accensus pectora. *Cat.* Vagus animi, stimulatus furenti rabie. Percitus œstro, Indomitos gestans in corde furores. ——— amenti cæca furore Exululat, passísque fugit malè sana capillis: Præcipiti lymphata gradu. NOTA *vulgò Vesanus creditum à veteribus, si quis fortè* Nymphæ *speciem in fonte vel aqua conspexisset; ab ea irata perpetuo furore mulctari. Atque hi sunt, qui Græcis* νυμφόληπτοι, *Latinis* Lymphati *dicuntur. quasi* Nympharum spiritu correpti, *litterâ* N *in* L *mutatâ. Quod vocabulum deinde insanis omnibus, & qui de potestate exiissent, tributum est. Virg. l. 7. de amata Latini conjuge:*

Tum

Tum verò infelix, ingentibus excita monstris
Immensam sine more furit lymphata per urbem.

COMPARATIONES.

Comparari potest primò furore correptus, atque huc illucque discurrens cum Oreste, Athamante, Ino, Agave, aliisque apud poëtas hoc nomine celebratis.

2. *Cum Sacerdotibus Cybeles, Bacchi, Phœbi.*

De quibus omnibus Horat. l. 1. Od. 16.

Non Dindymene, non adytis quatit
Mentem Sacerdotum incola Pythius,
Non Liber æquè ———

De Bacchi Sacerdote Ovid. ep. 9.

Aut ego diffusis erravi sola capillis:
Qualis ab Ogygio concita Baccha Deo.

3. *Cum feru vulnere aliavé injuriâ irritatis, puta Tauro, Leone, Tigride, Serpente, &c. Claud.*

Quæ sic Gætuli jaculo percussa Leæna,
Aut Hircana premens raptorem bellua partûs,
Aut serpens calcata furit?

G.

GAUDIUM.

Lætitia *Epith.* Ingens, blandum, dulce, festivum, jūcundum, lætum, insŏlitum, magnum. *Vanum*, brĕvĕ, fŭgĭtīvum, falsum, vāgum, ĭnāne, *&c.* Gaudiorum cumulus. Gaudiorum agmina. Gaudia mentem exhilarantia, frontem serenantia; risus

Voluptas jocósque provocántia, Lætitiæ seges. *Prop.* Quæ mente reporto gaudia? Quanta dulcedo, quanta voluptas animum subit; mentem pertentat? &c. *Virg.* Nescio quâ præter solitum dulcedine læti.

Gaudere.

Frontem exporrigere, serenare. Demere supercilio nu-

Lætari. bem. Lætos vultus sumere, induere, diffundere, pandere, ostendere. *Ovid. 4. Pont.* Quâ tamen inveni vultum diffundere causa Possim, fortunæ nec meminisse meæ. Lætitia gestire, exsilire, exsultare. Gaudia mente capere, concipere, ferre, volvere. Gaudia depositis curis, pulso mœrore, posito luctu agitare. Lætitiâ perfundi, affici. Tristitiam & metus ventis tradere; ultra mare Creticum amandare, &c. *Sen. Th.* Sed jam sævi nubila fati Pelle, ac miseri temporis omnes Dimitte notas: redeant vultus ad læta boni. Gaudio ovare, triumphare. *Prop.* Non ita Dardanio gavisus Atrida triumpho est, Cùm caderent magnæ Laomedontis opes: Nec

sic

sic errore exacto lætatus Ulysses, Cùm tetigit charæ littora Dulichiæ, &c.

Gaudii vel lætitiæ signa dare.

Gaudia non retinere, non cohibere. *Ovid.* Exultátque, & vix animo sua gaudia differt. Gaudia blando vultu, lætis vocibus, geminatis plausibus ostendere, testari, edere, prodere, &c. Plausum edere, ingeminare. Certatim ingenti celebrant nova gaudia plausu. Lætitiâ fremere. *Virg.* Lætitiâ, ludísque viæ, plausúque fremebant. Lætas tollunt ad sidera voces. Dare manibus plausum. Lætitiæ dare signa, & tollere plausus. Ingens lætitiæ fertur ad astra sonus. *Horat.* Nunc est bibendum, nunc pede libero Pulsanda tellus. *Claud.* Nunc pateras libare Deis, nunc solvere multo Nectare corda libet. Arva floribus spargere: Coronas capiti assumere: festum diem celebrare, &c.

Gaudio afficere.

Pectus, mentem, corda, præcordia, animum lætitiâ complere, perfundere, implere, imbuere. Mirâ dulcedine animum mulcere. Tacitum pertentant gaudia pectus. Gaudia mentem pertentant, afficiunt, mulcent. Blanda dulcedine sensus inflectere.

Gaudens.

Lætus. Hilaris. Gaudenti similis. Vultu blando, læto, ridenti. Fronte serena. Exultans animis. Perfusus gaudio. Gaudia læta mente capiens Æquus animi. Non tristis.

GELU,

ALIAQUE HUC SPECTANTIA.

Ep. Hybernum, brūmāle, rĭgĭdum, horrens, ăcūtum, adstrictum, acre, concrētum, gĕlĭdum, sævum, dūrum, marmŏreum, frĭgĭdum, nĭvāle, cānens, horrendum, trĕmŭlum, pĭgrum, iners, &c. Flumina, aquas, undas sistens, constringens, tenens, vinciens, ligans, adstringens, frenans glacie, frigore, glaciali compede, &c. Terras *vel* arva stringens, adimens, corpore ligans, nive operiens, &c. *Ovid.* Ipse vides gelido stantia vina gelu. Stabant jam flumina duro Incrustata gelu. Concrescunt subitæ currenti flumine crustæ. Adstricto jam coit unda gelu: glacie cursus frenantur aquarum. Hyems dum nivali cuncta constrinxit gelu. *Ovid.* Marmoreo tellus pallet adusta gelu. *Id.* Glebáque canenti semper obusta gelu. Arctoo frigida bruma gelu. ARCTOS *sive* SEPTENTRIO *pars orbis frigidissima, à qua flat Boreas. Hinc gelu* Arctoum & Bo-

& Boreale pro accerrimo & maximè urente : *quibus addo* Rhyphæum & Scythicum, *à Rhyphæis montibus in Scythia*: Caucaseum *denique* & Sithonium, *à frigidissimis item montibus*, *& perpetuâ nive tectis*, Caucaso *nempe in Scythia*. Sithone *autem in Thracia*. NOTA *verò verbum* urere *frigori & calori esse commune propter similes utriusque in multis effectus. Unde & nivibus dedit Lucan. l.4.*

Urebant montana nives, campósque jacentes
Non duraturæ conspecto sole pruinæ.

2. GLACIES.

Epith. Astricta, gĕlĭda, frīgĭda, concrēta, hiĕmālis, aspĕra, cærŭlea, vĭtrea, *&c.* Arctōa, Sithŏnia, Rhīphæa, *&c.* Flumina stringens, vinciens, ligans, frenans, *&c.* Vento glacies adstricta pependit. Pendula tectis diriguit glacies. *Virg.* Stiriaque impexis induruit horrida barbis. *Sil.* —— durati concreto frigore collis Lubrica canenti frustratur semita clivo. *Ovid. de frigore Pontico*: Sæpe sonant moti glacie pendente capilli, Et nitet inducto candida barba gelu; Nudáque consistunt formam servantia teste Vina: nec hausta meri, sed data, frusta bibunt. Quid loquar, ut cuncti concrescant frigore rivi? Déque lacu fragiles effodiantur aquæ? Vidimus ingentem glacie consistere pontum, Lubricaque immotas testa premebat aquas. *Idem*: Inclusæque gelu stabant ut marmore puppes. Nec poterat rigidas scindere remus aquas. *Idem*: Quáque rates ierant, pedibus nunc itur, & undas Frigore concretas ungula pulsat equi: Perque novos pontes, subter labentibus undis, Ducunt Sarmatici barbara plaustra boves. *Pulchrè, bellè. Nec minùs scitè tragica Musa in Hercule Fur.*

Et quà plena rates carbasa tenderant,
Intonsis teritur semita Sarmatis:
Stat Pontus vicibus mobilis annuis,
Navem nunc facilis, nunc equitem pati.

3. GRANDO.

Epith. Brūmālis, crĕpĭtans, sāliens, sŏnōra, concrēta, sæva, horrĭda, horrĭsŏna. Grandinis procella. Lapidosæ grandinis imber. Saxosæ grandinis ictus, illisa tectis grando sonore magno, fraude nullâ *Ovid.* Cum saliente graves ceciderunt grandine nimbi. Ut grandine tecta Innocua percussa sonant. *Virg.* Effusa si quando grandine nimbi Præcipitant. Tectis crepitans salit horrida grando. Cum multa grandine nimbi culminibus crepitant. Verberatæ grandine vineæ. Grandine læsa seges, *&c.*

4. NIX.

Ep. Gĕlĭda, frĭgĭda, algĭda, alta, profunda, cădūca, tĕnĕra, dūra, hĭberna, alba, cāna, nivea, montāna, *&c.* Caucăsea, Scythĭca, Sithŏnia, Rhīphæa, *&c.* Nix cælo delapsa: terras albo vellere tegens, vestiens, induens. Nivei flocci. Nix æmula lanæ. *Ovid.* Tectáque brumali sub nive terra latet. *Horat.* Vides ut altâ stet nive candidum Soracte? *Ovid.* Fert ubi perpetuas obruta terra nives. Rura nivibus albentia, canentia, per jactas candida facta nives. *Virg de partib. Septentrionalibus*: ———— —neque ullæ Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes; Sed jacet aggeribus niveis informis & alto Terra gelu latè, septémque assurgit in ulnas. *Non hæc mira videbuntur ei, qui Olai Magni scripta perlegerit, Oculatus testis est Ovidius in solo Ponto (qui longè ab ultimo Septentrione distat) nivem ad duos annos immobilem durare, novâ semper priore supervenienle ita lib 3 Trist el. 10.*

Nix jacet, & jactam non Sol, pluviæque resolvunt:
Indurat Boreas, PERPETUAMQUE facit.
Ergò ubi delicuit nondum prior, altera venit:
Sic solet in multis BIMA manere locis.

5. PRUINA.

Ep. Cāna, alba, roscĭda, vitrea, noctŭrna, gĕlĭda, *&c.* Hiberna, glăciālis, algens, læva, rĭgĭda, ūrens, *&c.* Arctŏa, Scythica, Hyperbŏrea, Sīthŏnia, *&c.* Jam sol nocturnas cœpit siccare pruinas. *Ovid* Tempus erat, vitreâ cum primùm terra pruinâ Spargitur, *&c.*

Virgil Arvaque Rhiphæis nunquam viduata pruinis. Cum brumale gelu Borealibus arva pruinis Urit. Terra riget glacialibus usta pruinis, *&c.* PRUINA *ros est congelatus & spargitúrque per terram instar raræ cujusdam nivis, interdum capillamin arboribus dependet, aut itinerantium barbis implicata, Stirias sive glaciales pyramides tectorum suggrundiis pendulas imitatur. Unde est illud Virgilii 3 Georg.*

Stiriaque impexis induruit horrida barbis.

GEMMA.

Ep. Lūcĭda, tĕrēs, divĕs, fulgens, radians, nĭtĭda, fulgĭda, clāra, micant, pūra, cŏlŏrata. *Eoa*, Indica, Hydaspæa, Gangĕtica, *&c.* Rub. Hippolium maris Rubri munera ponti Indici donum maris, Peregrina rubentis. *Sen* Nec gemmiferas detrahit aures Lapis Eoa lectus in unda Lapilli Erythræi. *Ovid,* ——— caris aures onerate lapillis, Quos legit in viridi decolor Indus aqua Quæ legitur rubris gemma sub æquoribus. Gemmarum fulgor, nitor, pretium, lux, Lapis. L. pilli. Bacca.

ignis,

ignis,*&c.*Bacca rotunda,fulgens.nitido fulgore corufcans. *Aufon.*Albentes,concharum germina,baccæ.*Boët.*;Oneretque baccis colla rubri littoris.

Gemmis ornari.

Gemmis aures onerare,gravare,ornare.Gemmas auribus *vel* digitis gerere,geftare,inferere,committere,&c.*Sil.*Pendet in aure lapis rubris advectus ab undis.Gemmas *vel* gemmatum monile collo circumdare, collo fufpendere. Eois pectus variare lapillis;*Ovid.* —— ornabant aurata monilia collum. Dat digitis gemmas , dat longa monilia collo. *Claud.* Subftringitque comam gemmis ; & colla monili Circuit,& baccis onerat candentibus aures.

LOCA GEMMARUM FERACIA.

Commendatur in primis à gemmarum copia,generali nomine INDIA,*ceteraque partes Orientales Hinc gemma* Indica *&* Eoa.*Lucan.l 9.*

—————— nec Eois fplendet donaria gemmis.

Celebrantur fingulariter hoc nomine GANGES *fluvius Indiæ,&* HYDASPES *Medorum fluvius in Indiam ufque excurrens,de quo Sen.in Med.*

Tepidis Hydafpes gemmifer currens aquis.

Invenies apud eundem inter fluvios gemmiferos etiam ISTRUM.*Herc.OEt.* Nec tamen omnis plaga gemmifera, Sufficit Iftri.

Nihil verò in hoc genere MARI ERYTHRÆO *notius ; fic dicto ab* Erythræo*Rege,Perfei filio,cujus ibi monumentum vifitur.Latini* MARE RUBRUM *vocant:cujus caufam alii ad aquæ ipfius naturam,alii ad arenæ terræque colorem,alii deniq; ad radiorum folarium reflexionem referunt.Cùm interim conftet teftibus oculatis & Q. Curtii auctoritate aquas illas nihil à ceteris colore abhorrere. Decipi potuerunt Latini etymo vocis Gracanicæ* ἐρυθρὸς, *quæ* rubeum *fignificat: exiftimantes hoc mare Græcis Erythræum à rubedine aquarum appellari. Secuti funt hanc opinionem poëtæ paffim,atque inter eos Tib.l 2.*

———— gemmarum quidquid felicibus undis
Nafcitur,Eoi quà maris unda rubet.

GEMMARUM ET LAPIDUM ALIQUOT PRETIOSORUM NOMINA:

1.SMARAGDUS *Gemma eft eximio virore oculos mirum in modum recreans:* unde *ab Horat.*viridis lapis *appellatur.* Viridanti luce Smaragdus. Lux herbida Smaragdi. Grandes viri-

viridi cum luce Smaragdi. *Claud.*—cingula baccis Aspera, gemmatasque rogas, viridesque Smaragdos. *Ouid.* In solio claris lucente Smaragdis.

2. BERYLLUS *Gemma Indica, communis cum Smaragdo naturæ, ut Solino videtur: nisi quòd Beryllus sit colore surdo, qui tamen ab artificum ingeniis figura sexangula repercussu excitatur: à qua forma Iuvenali* inæqualis *dicitur sat.* 5.

Heliadum crustas, & inæquales Beryllos.

3. ONYX *nomen habet ab ungue humano, cujus colorem exprimit. Huic affinis est* Sardonyx *mixtum habens ex* Onyche *&* Sardio *nomen Lucan lib.* 10. Purpureusque lapis, totaque effusus in aula Calcabatur Onyx. *Mart. l* 5. Sardonychas, Smaragdos, Adamantes, jaspidas uno Portat in articulo Stella, Severe, meus. *Id.* Cujus & hinc lucet Sardonichata manus. *Iuven. sat.* 13.——gemmaque princeps Sardonichus loculis quæ custoditur eburnis.

4. ADAMAS *invictâ duritie lapis, adeò ut nec ferro nec igne dometur. Vnde* durus, æternus, perennis *ab auctoribus dicitur. Creditur tamen jam inde ab antiquorum ævo, hircino sanguine rumpi posse. Verùm fides penes auctores sit.* Non adamas flammis, nec dura incude domatur. Flammis ferroque invictus. Lux adamantina. Fulgor adamantinus. Claro nitore micans. lucidus. *&c.*

5. CHRYSOLITUS *aureo colore relucet, unde à Prop* flavus *dicitur,* flavo lumine Chrysolithus: auream vomens lucem. *Prud* Nativo interlitus auro. *Ouid. de curru Solis*: Per juga Chrysolithi, positæque ex ordine gemmæ, Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.

6. PYROPUS *ex carbunculorum genere nomen habet ab igneo flammeovè rubore.* Igni rutilante Pyropus. Flammigeri lux ignea Pyropi. Chrysolithus, nitidulsque Adamas flamansque Pyropus *Ouid de solis Regia*: Clara micante auro, flammasq; imitante pyropo.

Adde his viridem JASPIDEM, *purpureum* AMETHISTHUM, CYANUM, ACHATEM, *& si quos alios videbis bonis auctoribus usurpatos. Claud. de Nupt Honor.*

Beryllo paries, & jaspide lubrica surgunt
Limina, despectusque solo calcatur Achates.

GENUS.

Generis gradus. *Virg.*—Et mi genus ab Iove summo Nasceretur pulcrâ Romanus origine Cæsar. Præclarâ stirpe creatus. *Ouid.* Sed neque materno quòd sim generosior ortu. *Virg.* Domus Æneæ cunctis dominabitur oris. *Ovid.* Or *Origo. Stirps. Progenies.*

S ta do-

ta domo parvâ. Genus *vel* progeniem ducere ab aliquo, generis primordia, principium, *&c*. Ab Jove principium generis: hic sanguinis auctor. Gentis cunabula nostræ. Propago clara: sanguis illustris, &c. *Vide* NEPOTES *supra fol* 165.

Sanguis *Propago* *Domus.*

GIGAS.

Epit. Vastus, arduus, immānis, prōcērus, altus. Vastâ se mole movens Frater Cyclopum Nil Polyphemo minor. Ingenti corpore, truci vultu: vasta membrorum mole; cœlo caput efferens. *Virg. de Polyph.* Monstrum horrendum, informe, ingens Ipse arduus, altaque pulsans sidera: oculis mirabile monstrum. Trunca manum pinus tegit, & vestigia firmat. *Ovid. de eod.* Gradiens ingenti littora passu degravat, —— coma plurima torvos Prominet in vultus, humerosque, ut lucus, inumbrat. Jam rigidos pectis rastris, Polypheme, capillos: Jam libet hirsutam tibi falce recidere barbam. *Præter hæc, ad vastitatem hujus Cyclopis adornandum, addit Virgilius, illi per mare gradienti necdum fluctus latera ardua tinxisse. Cui consonat alius ejusdem locus l.* 10 *de Mezentio.*

——— —quàm magnus Orion,
Cùm pedes incedit medii per maxima Nerêi
Stagna, viam scindens humero supereminet undas:
Aut summus referens annosam montibus ornum,
Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.

GIGANTES *sive* TITANES.

Epit. Audācēs, impii, terrigĕnæ, tŭmĭdī, vastī, sævī, superbī, cēntĭmănī, anguĭpĕdēs, serpentĭgĕrī, Phlēgræī, monstrĭfĕrī. Ausi cœlum affectare Gigantes, Conjurati cœlum rescindere fratres Cohors impia Gigantum: cœloque irata juventus. Terrigenæ fratres. *Virg.* Genus antiquum terræ. *Horat.* Telluris juvenes. Quos tellus in cœlum furibunda tulit: Quos partu terra nefando edidit. Magnum illa terrorum intulerat Jovi, Fidens juventus horrida brachiis, Fratresque tendentes opaco Pelion imposuisse Olympo. *Ovid.* Affectasse ferunt regnum cœleste Gigantes, Altaque congestos struxisse ad sidera montes.

Terrigenæ.

Titania pubes: terra edita cohors. *Horat.* Impii Titanes, immanisque turba. Irata tellure creati Discordes vultu, permistaque corpora, fœtus. Centimani fratres: immania monstra Gigantes. Tentavere humeris monti super addere montem, Per vius ut fieret congestis molibus æther. *Virg.* Ter sunt conati imponere Pelio Ossam, Scilicet atque Ossæ frondosum involvere Olympum: Ter pater exstructos disjecit fulmine montes. *Idem. l.* 10. *de Ægæone gigante*; —— centum

Titanes.

tum cui brachia dicunt, Centenasque manus', quinquaginta oribus ignem Pectoribusque arsisse, Jovis cùm fulmina contra Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.

GIGANTES *sive* TITANES QUI? QUÆQUE EORUM NOMINA?

1. TITANES (*quatenus elici ex Fabulis potest, quæ hic mirum quantum variant*) *filii fuerunt Titanis fratris Saturni, ad quos Cœli regnum hære ditario jure pertinebat: quod cùm frustra armis repetiissent, victique sub Tartarum missi essent, irata Tellus in eorum ultionem* Gigantes *protulit: qui in Phlegræis campis Thessaliæ, collatis ejusdem terræ montibus gradû in cœlum struxisse feruntur, atq; cum Diis depugnasse, tandem fulmine dejecti, suis ipsorum moribus oppressi sunt De quo* Ov 5. *Fast.*

Exstruere hi montes ad sidera summa parabant,
Et magnum bello sollicitare Jovem.
Fulmina de cœli jaculatus Jupiter arce,
Vertit in auctores pondera vasta suos.

2 *Inter* Gigantes *sive* Titanes (*quando poëtæ hos sæpe inter se confundunt*) *censentur à Virgilio lib.* 4. *Æn* COEUS & ENCELADAS: *l.* 6. BRIAREUS *quem quidam eundem censent cum* ÆGEONE, *de quo suprà l.* 1. *Georg* JAPETUS & TYPHÆUS, *qui & aliis* TYPHON. *His adduntur ab Horat. lib.* 3. *Od* 4 MIMAS, PORPHYRION, RHOECUS *vel, ut aliis placet*, ROETUS, & *l.* 2 *Od.* 17. GYGES *sive* (*quod Mureto & Lamb. videtur*) GYAS. *Atque hæc pueris sufficere nomina existimo: quibus in Gigantomachia aliave re describenda loco Appellativorum uti poterunt, unumvé aliquem pro omnibus substituere more poëtis usitato.* Ovid,

Ausus eram, memini, cœlestia dicere bella.
Centimanumque Gygen: & satis oris erat.

3. *Nec prætereundum Gigantes passim dici* Centimanos sive (*quod de Briareo Virg l.* 6.) Centumgeminos *à centum nempe brachiis manibusque. Sive omnes tales fuisse putentur, sive aliqui inter omnes. Finguntur præterea pedibus in draconum volumina desinere; unde* anguipedes & serpentigeri *poëtis appellantur. Tales enim à Terra editi putantur; testante inter ceteros Ovid* 5. *Fast.*

Terra feros partus, immania monstra, Gigantes
Edidit, ausuros in Jovis ire domum.
Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues:
Atque ait, in magnos arma movete Deos.

GRATIÆ.

Charites. *Ep.*Blandæ,lætæ,suāvēs, vēnustæ,dēcentēs, tergēmīnæ, rīdentēs,pulchræ. Veneris comites. Trijuges sorores Acidaliæ. Jovis suaves filiæ, triplici jugatæ nexu.*Claud.* Triplex vicissim nexa Gratia. *Hor.* Segnesque nodum solvere Gratiæ,*i.e.quæ planè insolubiles sunt.*Par tribus est facies,qualem decet esse sororum, Par tribus est ætas. *Mantuan.*—
—tu primum Aglaja decoro Lætitiam præ te oreferens; tecumque Thalia, Cincta sacram viridi strophio caput;Euphrosyneque Læta genas,læta os roseum, vaga lumina læta.*Poëtæ tres* GRATIAS *finxerunt, quæ Græcis* χάριτες *dicuntur,Iovis & Eurynomes sive,ut alii, Liberi patris & Veneris filias.Hæ primùm describuntur* juvenes: *quia non debet beneficiorum memoria senescere.Deinde* implexis manibus: *quia ordo beneficii per manus transeuntis interruptus esse debet,& ad dantem reverti. Præterea* nudæ *aut* tunicis pellucidis, *quia beneficia sincera esse decet sine fuco aut pallio. Vna demum* aversa *pingitur,duæ ad nos* conversæ: *quòd duplicem pro accepto beneficio gratiam rependere deceat.*

Prima ab Hesiodo AGLAJA *dicitur, ab hilaritate sive lætitia: Altera* EUPHROSYNE, *à gaudio sive oblectatione; quòd beneficia sicuti cum gaudio accipiuntur,ita hilari vultu ea dari conveniat.Tertiam verò appellavit* THALIAM,*à viriditate quòd beneficii memoria semper virere debeat: vel* (*ut ad Ben. de Benef.colligit Lipsius*) germinare, & fructificare ad referendum,

NOTA. *Homerum Iliad* ξ *unam ex Gratiis vocare* PASITHEAM: *quam quidam eandem esse cum Euphrosyne existimant.Homerum secutus est deinde Papin l 2.Theb.*

Non hoc Pasithea blandarum prima sororum,
Non decor,Idaliusque puer,*&c.*

GRATIAS REFERRE.

Grates dignas persolvere:Grates meritas rependere,reddere.*Ovid* Meritisne hæc gratia tantis redditur? *Virg.* Dî tibi persolvant grates dignas,&præmia reddant Debita. Reddere vicem meritis: Meritis respondere, pretium rependere, gratiam referre,reddere.*Ovid.* Et levis hæc meritis referatur gratia tantis: Si minus,invito te quoque gratus ero.

GRATIAS GENERE.

Grates dicere,solvere,persolvere,referre, agere, concinere. *Ovid.* Huic igitur meritas grates, quascumque licebit, Pro tam mansueto pectore, semper agam. *Id.*—vestri

ſtri non immemor unquam. Qui mala ſollicitè noſtra levatis, ero. Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti. Non mihi ſi linguæ centum ſint oraque centum; grates tibi ſolvere dignas potero. Verba ſunt officiis cuncta minora tuis.

GRATIAS AGENDI FORMULÆ
ex Ovidii Elegiacis potiſſimùm deſumptæ.

O referant grates (quoniam non poſſumus ipſi) Dii tibi! qui referent, ſi pia facta vident. *lib.1.de Pont.* Pro quibus ut meritis referatur gratia; juratSe fore mancipium tempus in omne tuum: Nam prius umbroſa carituros arbore montes, Et freta velivolas non habitura rates: Fluminaque in fontes curſu reditura ſupino! Gratia quàm meriti poſſit abire tui. *lib.1.Triſt.* Spiritus hic vacuas priùs extenuandus in auras Ibit, & in tepido deſeret oſſa rogo: Quàm ſubeant animo meritorum oblivia noſtro, Et longâ pietas excidat iſta die *lib.de Pont.* Nominis antè mei venient oblivia nobis, Pectore, quàm pietas ſit tua pulſa meo. Et priùs hanc animam vacuas reddemus in auras, Quàm meriti fiat gratia vana tui *Vel:* Quàm quiſquam veſtrum, Arguat ingratum non meminiſſe ſui *Ibidem libro.4.* Parva quidem fateor pro magnis munera reddi, Quum pro conceſſa verba ſalute damus: Sed qui, quàm potuit, dat maxima; gratus abundè eſt, Et finem pietas contigit illa ſuum. *Ibid.* Fortuna eſt impar animo, *&c.* Semper inoblita repetam tua munera mente *lib.1. Triſt.* Hæc mihi ſemper erunt imis infixa medullis: Perpetuuſque animæ debitor hujus ero. ——dum lumen vitale videbo, Spiritus officio ſerviet iſte tuo. *Triſt.l.5.* Pro quibus affirmat fore ſe memoremque, piumque: Sive diem videat, ſive tegatur humo. *Virg l.1.Æn.* Grates perſolvere dignis non opis eſt noſtræ, Dii tibi (ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid Uſquam juſtitiæ eſt & mens ſibi conſcia recti) Præmia digna ferant. *Papin.* Nec laudare ſatis, dignaſque rependere grates Sufficiam, referent Superi, *&c.*

Ingratus.

Male gratus. Officii, muneris accepti immemor. Oblitus meritorum. Merita contemnens, non tanti faciens, ventis mandans. Ingratum caput. Veteris cui gratia facti excidit. *Medea apud. Sen.* Vadis oblitus mei, Et tot meorum facinorum? excidimus tibi? *Ovid.* Cunctané in æquoreos abierunt irrita ventos, cunctané lethæis merſa feruntur aquis? Tanta né te fallax cœpére oblivia noſtri: Deſine de quoquam quicquam jam velle mereri, Aut aliquem fieri poſſe putare tuum. *Vide infra* OBLIVISCI.

GRAVIDA.

Ferens uterum Exactis gravida jam mensibus. *Virg.* Marte gravis, geminam partu dabit Ilia prolem. Ferre gravem maturo pondere ventrem. Ægraque maturum membra gravabat onus. *Ovid.* —— Jam scilicet intra Viscera Romanæ conditor urbis erat. Gravida celatur in alvo. *Papin de Deidamia*: Sui gentemque uterum, atque ægros in pondere menses Occuluit, plenis donec stata tempora metis Attulit, & partus inde x Lucina resolvit. *Sannaz. de Elisabet.* ———— jam segnibus annis Fœcunda, sexrique gravis sub pondere mensis. *Claud. sive qui alius de Virgine Deipara*: Virginei tumere sinus, innuptaque mater Arcano stupuit compleri viscera partu. Auctorem paritura suum. Stupet innuba tensos virgo sinus. *Vida de eadem*: Tu rerum auctorem ractus ignara virilis Concipies gravis ætherea divinitus aurâ; Solaque Virgineum servabis fœta pudorem.

GRAVITAS MORUM.

Majestas. *Ep.* Mātūra, dĕcōra, dĕcens, sĕnīlis, sĕvēra. Pondus morum majestas, senium. *Sen. de Hippol* Ubi vultus ille, & ficta majestas viri, Morumque senium triste, & aspectu grave? *Sil.* Læta viro gravitas, & mentis amabile pondus. Et sine tristitia Virtus: non ille rigoris Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat. *Claud* —— rigidi sed plena pudoris Elucet gravitas, fastu jucunda remoto. Pondus adest verbis. Plenus gravitate serenâ vultus: habitus gravitate decorus. Fons majestate nitens. In tenero gravitas ore senilis erat.

Supercilium. Mores rigidi, tristes, tetrici. Frontis nubes Triste supercilium. Mores Catoniani. *Mart* Triste supercilium, durique severa Catonis Frons *Id.* Sis gravior Curio Fabricioque licet.

• CATO, CURIUS, FABRICIUS *notæ gravitatis homines apud Romanos.* Supercilium *verò pro majestate aut fastu, non Latinis modo, verùm & Græcis usurpatum est: quod* Supercilia *cùm alius animi affectiones, tum maximè fastum indicet, teste Plin l 11. c. 7. Hinc* attollere supercilium *pro arrogantiam præ se ferre: cui opponitur* ponere supercilium, *vel, ut Cic.* remittere. *Pro majestate ac fronte severa seriaque usurpat Mart. l. 1. lusibus suis ac jocis veniam præfatus*:

Contigerit nostros, Cæsar, si forte libellos;
Terrarum dominum pone supercilium;
Qua Thymelen spectas, derisorem que Latinum,
Illa fronte, precor, carmina nostra legas.

GULA.

Epith. Turpis, vŏrax, răbida, implācāta, immŏdĕrāta, damno-

damnosa, deses, prodiga, profunda. Improba ventris ingluvies. Prodiga rerum Luxuries, nunquam parvo contenta paratu. Harpyis gula digna rapacibus. Et quæsitorum terrâ pelagoque ciborum Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ. Edax rerum, nunquam satura, patrimonii hostis ingluvies. *Iuven* ——gustus elementa per omnia quærens, Nunquam animo precii obstantibus. Hebetans caligine sensus; ventri dedita, indulgens, obsequiosa. *Ingluvies.*

Gulæ obsequens.

Gulæ deditus. Luxu dapibusque gaudens. Sectans lautæ fercula mensæ. Rem patrias atque matris dilapidans: patrias opes abliguriens. Ære paterno, Ac rebus mersis in ventrem, fœnoris atque Argenti gravis: Dapibus vinoque addictus, indulgens genio: nunquam non Bacchanalia vivens Hesterno semper à mero fœtens. Cui in solo vivendi, cura palato est. Luxu Salios & Bacchanalia dicens. Perpetuis dapibus unctæque popinæ affixus. *Lucil.* Vivite lurcones, comedones, vivite ventres. *Helluo. Lurco.*

GURGES.

Epit. Tōtus, răpĭdus, sĭnuātus, spūmeus, contortus, căvus, profundus. Sinuati gurgitis orbes. Turbidus hic spumis multaque voragine gurges. Intorto vortice gurges. Spumeas rotans aquas. *Ovid.* Corpora turbineo juvenilia vortice mersit. Involvens contorto vortice gurges. *Vortex.*

GYRUS.

Epit Sĭnuātus, curvus, oblīquus, lūnātus, flexus, Vivit edax vultur, ducitque per aera gyros. In gyrum equi luctantia flectere colla. Glomerare in orbem. In orbem volvere, flectere, convertere, sinuare. *Ovid. de serpente:* Ille volubilibus squamosos nexibus orbes Torquet, & immenso saltu sinuatur in arcus. *Virg* ———adytis cùm lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, septena volumina traxit. *Orbis.*

H.

HABITARE.

Habitare urbes, silvas, humiles casas, sordida rura, &c. Nulli certa domus, lucis habitamus opacis: & prata recentia rivis Incolimus. Quæ regio Anchisen, quis habet locus? Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere puellæ? Pallas quas condidit arces, Ipsa colat, nobis placeant ante omnia silvæ. Habitare silvis, vallibus, &c. *Vide supra* ESSE ALICUBI *fol.* 233. *Incolere, Colere.*

HÆRESIS.

Epit atrox, detestanda, feralis, pestilens, dira, horrida, effrenis, superba, impia, *&c.* Noctis filia. Orco edita: Cœlo timendum pariter ac terris malum. Quarta Erynnis: —— cui Pluton pater Vibrare sævas dextera indulsit faces: Serpentibusque vinxit, & collum dedit atris draconum pullulare nexibus. Errorum mater: ruina mentis; gentium gurges. Sanguine gaudens: hostis jurata bonorum: scelerum repertrix. Bellua Lernæ Bellua multorum capitum: sibi dissona: pacem exosa. Novitatis amans: antiquis infesta sacris: scelerum luxuriosa parens. Subdola Siren: incauto insidians popello Jugi impatiens. Cui ludus est majorum cineres revellere. Divum templa expilare rapinis, aras evertere, &c. *Max. Vrient.*

Hac duce, vastatos luget Germania campos,
Omnibus ubi sparsis ossibus albet ager.
Hac duce, civili maduerunt sanguine rivi,
Anglia sive tui, Gallia sive tui.

Hæretici.

Devia turba: Hæreseos lethali afflata venena: Hæretica lue infecta: Romanis infensa sacris. Multa super sanctis blasphemans: multa Papam damnans. Contemptrix Divûm & pietatis avitæ. Turba Novatorum: Sectariorum cohors. Qui procul à caulis abducti & ovilibus almi Pastoris, novos ritus, nova sacra per urbes Instituunt, priscasque audent rescindere leges. Mores ritusque Latinos exosi, *&c.*

HALITUS.

Epit. Gravis, æger, suavis. Bene *vel* malè olens. *Pluut ac* *Spiritus* *Ter.* comprimere animam. *Sen. ex mente Epicuri:* —— cùm profugo spiritus halitu Immistus nebulis cesset in aëra. *Virg. de moribundo:* —— extremus si quis super halitus erret. *Ovid.* *anima.* Nec malè odorati si tristis anhelitus oris.

Halitus sive *vapor.*

Ep. Fumans, humid?, tepidus, ater, crassus, *&c.* Volas ad auras; tenues evanescens in auras. Tetros exhalat terra vapores.

HARPYJÆ.

Stymphalides *Epit.* Truces, rapaces, avidæ, diræ, fœdæ, immundæ, Stymphalia monstra. Tartareæ sævo clangore volucres. Immundæ Phinei volucres: Phineæ aves. Diræ obscœnæque volucres: Phineis additæ mensis. *Lucret.* —— —— uncisque timendæ Unguibus Arcadiæ volucres. Stymphala colentes. *Describit Virg. lib.* 3. Virginei volucrum vultus: fœdissima ven-

ventris Proluvies, uncæque manus, ac pallida semper. Ora fame. HARPYIÆ. *sic Græcis à rapina dictæ, tres numero perhibentur* AELLO, OCYPETE *&* CELÆNO, *Morabantur in* Stymphali *Arcadiæ lacu. A Diis immissæ creduntur ad polluendas dapes* Phinei *regis Arcadiæ, qui filios suos suasu superinductæ novercæ interfecit. Donec Zethes & Calais Argonautæ, Boreæ filii, eas à Phineo fugârunt, gladiisque persecuti sunt usque ad Plotas insulas, quæ deinde ab eorum reditu* Strophades, *dictæ sunt. Virg l. 3. Æn.*

———Strophades Grajo stant nomine dictæ
Insulæ Ionio in magno: quas dira Cæleno
Harpyja que colunt aliæ, Phineja postquam
Clausa domus, mensasqué metu liquére priores.

HERBA.

Epit. Vĭrĭdis, læta, flōrĭda, tĕnĕra, mollis, suāvis, gemmans pūbens, vĭrĭdans hālans, virens, frondens: picta, jūcunda. Graminis herba. Viridis camporum nitor Innumeris distinctæ floribus herbæ. *Virg* ——nec graminis attigit herbam. *Ovid* Collis erat, collemqué super planissima campi Area, quam viridem faciebant graminis herbæ. Lenibus impulsæ Zephyris auraque salubri. Tot generum frondes, herbaqué summa tremit. *Lucret.* Invitant herbæ gemmantes rore recenti. Tenero cespite terra viret. Et ros in tenera pecori gratissimus herba est. Circum colles, camposqué per omnes Florida fulserunt viridanti prata colore.

Aspice tondentes fertile gramen oves. Muscus ubi, & viridissima gramine ripa Pubescunt gramina campis. Virides frondenti gramine colles. *Gramen*

HEROS.

Epit. Magnănĭmus, invictus, illustris, inclytus, nōbĭlis, fortissimus, *&c* Flos virorum. Sanguis Deorum. Sata sanguine Divum progenies. Viribus invictus: Virtute clarus: nobilis armis: fama super æthera notus Heroum fortissimus Vir maximus. Ingentes Heroum animæ. Magnanimi proceres. Principum decus. Patriæ lumen. Vincens morum nobilitate genus, *&c.*

HOMO.

Epit. Frăgĭlis, cădūcus, imbēcillis, mĭsĕr, *&c.* Adæ propago Mortale genus: mortali semine cretum. Terrigenæ. Gens humana. Japeti nepotes. Adamidæ. Adæ nepotes. Progenies lutea, & pulveris uma. Fortunæ ludus: pulvis, umbra, somnium. Gens caduca mortalium. Mortalia pectora. Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ. Natum in curas hominum genus. *Mortalis*

Divinæ mentis imago. Quem,ille opifex rerum, mundi melioris origo Finxit ad effigiem moderantum cunctaDeorum:Pronaque cum ſpectent animalia cetera terram.Os homini ſublime dedit,cælumque tueri Juſſit,& erectos ad ſidera tollere vultus.Sanctum animal, mentiſque capacius altæ cæleſti ſemine cretum. *Claud.* Quid mentem traxiſſe polo,quid profuit altum Erexiſſe caput ; pecudum ſi more, &c.*Iuven.* ——— —ſeparat hoc nos A grege mutorum,atque ideo venerabile Soli Sortiti ingenium , divinorumque capaces,Senſum à cœleſti demiſſum traximus arce.

Omnes homines.

Quotquot habet ſpatioſi machina mundi.Quotquot terram incolunt:ætheriâ veſcuntur aurâ. Gentes axe ſub utroque jacentes.QuoſcumquePhœbus face uſâ illuſtrat.Quoſcumque Phœbus aſpicit,undis currum ſeu tollit Eois Flammiferum,emenſo ſeu jam decedit Olympo,*&c.*

HONOS.

Ep,ēgrēgius.clārus,magnĭſĭcus, conſpĭcuus , nōbĭlis,rārus,cĕlēbris,exĭmius,*&c.*Vānus,lĕvis, ambĭtiōſus , ĭnānis, tūmĭdus,*&c* Honoris apex.Honoris tituli. Honoris.aura , fucus,ſtimuli,*&c.*Ad cælum euehens.Divos attigens. Cupidas mentes exiſtimulans,incendens,inflammans: Virtutis calcar.*Ovid.*Immenſum gloria calcar habet.

Decus. Decus ſuperbum, immortale. Armis decus immortale *Laus.* mereri.Decora alta parentum *Virg.*—Eximiæ laudis *Gloria* ſucceſus amore.Non laudis amor,nec gloria ceſſit Pulſa me- *Adorea* tu.Si te nulla movet tantarum gloria rerum *Id.lib.*11. Haud ignarus eram quantum nova gloria in armis , Et prædulce decus primo certamine poſſet.Hortatrix gloria lethi.Nobilis adorea.*Horat l* 4.Ille dies,Qui primus almâ riſit adorea. NOTA Far(*quòd olim* ador *&* adoreum *vocabant*) *frumenti genus apud Romanos antiquiſſimum fuit: atque eodem abundare gloria ducebatur:adeò ut ipſis Imperatoribus,re fortiter geſtâ,velut ampliſſimum donarium à populo conferretur. Hinc gloriam ſive laudem,ac præcipuè illam , quæ ex rebus bellicis comparatur,atque ipſam demum victoriam* Adoream *vocarunt.Vtitur inter alios hâc voce Claud.de laud.Stil.*

Hæc omnes veterum revocavit adorea lauros:
Reſtituit cunctos Stilico tibi,Roma,triumphos.

Nomen Titulus. Nomen ingens.ſublime. Nominis gloria , decus. *Ovid. ad Muſam ſuam:* Tu mihi,quod rarum eſt, vivo ſublime dediſti Nomen , ab exſequiis quod dare fama ſolet. *Id.* Donec eram ſoſpes, tituli tangebar amore. Quæ tendique

mihi nominis ardor erat Famaque post cineres major venit Tua terris didita fama, &c. *Fama.*

Honoris cupiditas.

Laudis titulique cupido, Quærendi nominis ardor. Laudis amor. Famæ sitis imperiosa : ardor inquies : ingenuas mentes exacuens, ad ardua impellens, stimulos sub pectore versans. *Virg* —exustantiaque haurit Corda pavor pulsans, laudumque arrecta cupido. *V supra* CUPIDO *fol.*192.

Honoris cupidus.

Laudis amore perculsus, captus, tactus, accensus, flagrans, æstuans, &c Quem laudis amor incendit, raptat, agitat, ducit, titillat, percellit, excitat, impellit Quem premit, tenet, habet laudis anhela sitis. Cujus pectus, mentem, animum, laudis amor stimulis exagitat. Æternæ quærens præconia famæ: victuri nominis decus ambiens : pectore toto appetens, &c. *Vide* CUPERE *fol* 193.

Honore prosequi.

Honore miro colere, decorare: Honoribus extollere : *Horat.* Tergeminis tollere honoribus. Honores alicui reddere, referre, persolvere. Cœlo extollere. Carmine celebrare. Læto celebrare honore. *Vide* LAUDARE, ADORARE.

HORA.

Ep Præceps, fugiens, velox, brevis, celer, fugax. Pede levi, celeri volatu, præcipiti cursu elabens, volans. Freno non remorante, immissis habenis fugiens, præcipitans, properans. Volat ambiguis mobilis alis Hora. Citatis passibus horæ præcipites. *Vide* TEMPUS.

HORROR.

Ep. Frigidus, tremulus, gelidus, sævus, exsanguis, luridus, ingens. Obstupui, gelidusque comas erexerat horror. Me luridus occupat horror. Conscia terrificus præcordia concutit horror. *Virg* At vero Æneas aspectu obmutuit amens, Arrectæque horrore comæ & vox faucibus hæsit. Mihi frigidus horror Membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis.

Tremere omnia visa repente, Liminaque laurusque Dei. Tremulo ramos horrore moveri aspicio *Sen.* Vagus per artus errat excussos tremor. *Virg.* Gelidus Teucris per dura cucurrit Ossa tremor. *Vide* TERROR. *Tremor.*

Dictu vel auditu horridum.

Visu & auditu horridum. Horresco referens. Torpor insedit per artus, frigidus sanguis coit. *Sen.* Effera, ignora, hor-

horrida, tremenda cœlo pariter ac terris mala. *Id.* Refugit loqui mens ægra, tantis atque inhorrescit malis. *Virg.* Quis talia fando Temperet à lacrymis! *Id.l.2. Æn.* Dii prohibete minas, Dii talem avertite casum, Et placidi servare pios *lib.2.* Sed si tantus amor casus cognoscere nostros (Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit) Incipiam, *Sen.* Acceiba fatu poscis. Immane, dirum, horribile. Fari horreo: Et ossa & artus gelidus invasit tremor.

Visu horridum.

Terribiles visu formæ. Tristis imago. Horrendum ac dictu video mirabile monstrum. *Virg.* Hic aliud majus miseris multoque tremendum Objicitur magis, atque improvida pectora turbat. Obstupuit visu Æneas: aspectu obmutuit amens, Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus hæsit. Monstrum horrendum, informe, ingens; Terribile, dirum, pestilens, atrox, ferum. Cor pepulit horror, membra torpescunt metu. *Sen. Troad.* Pavet animus, artus horridus quassat tremor. Majora veris monstra vix capiunt fidem: Vidi ipse vidi, *&c.* Movere silvæ capita, & excelsum nemus Fragore vasto tonuit, *&c.*

HORTUS.

Epit. Fertilis, ferax, lætus, felix, fœcundus, *&c.* Floridus, florifer, halans, flagrans, odoratus, redolens, riguus, irriguus, cultus, amœnus, hilaris, placidus, mollis, speciosus, viridis, viridans, florens, apricus, *&c.* Floribus halans. Arboribus consitus. Floribus *vel* herbis odoratis excultus, instructus, dives, *&c.* Floribus gemmans, vernans, halans, *&c.* Horti nitor. Horto umsepta. Hortulus exspirans suaves odores: molli flagrans odore: florum gemmis collucens. *Ovid.* Hortus odoratis suberat cultissimus herbis, Sectus humum rivo lene sonantis aquæ.—Pomona fuit, quâ nulla Latinas Inter Hamadryades coluit sollertius hortos. *Virg.* Invitant croceis halantes floribus horti. *Catull.* Ut flos in septis secretus nascitur hortis. FLORES, *quibus Horti instrui solent, Vide supra fol* 25;. OLERA *verò, quæ in hortis subnasci solent, ex Virgilii Moreto petere potes, unde sunt hæc sequentia:*

Hic OLUS, hic latè fundentes brachia BETÆ,
Fœcundusq; RUMEX, MALVÆQUE, INULÆQUE virebant.
Hic CICER, & capiti nomen debentia CÆPE:
Hic etiam nocuum capiti, gelidumque PAPAVER:
Grataque nobilium requies LACTUCA ciborum,
Et gravis in latum demissa CUCURBITA ventrem, *&c.*

HOSPI-

HOSPITARE,

Uti hoſpitio *vel* domo alicujus. Hoſpitium, larem, domum adire, ſubire. Sociâ domo frui. Tecto ſubire, ſuccedere, *Virg.* —Noſtris ſuccede penatibus hoſpes. Jungimus hoſpitio dextras, ac tecta ſubimus. Hic tamen hanc mecum poteris requieſcere noctem. Per patris hoſpitium, & menſas quas hoſpes adiſti. *Prop.* Pandite defeſſis hoſpita tecta viris.

Hoſpitio excipere.

Hoſpitio, tectis, lare, menſa aliquem accipere, recipere, excipere. Hoſpitium præbere, dare. Hoſpitem admittere. Hoſpitibus janua noſtra patet. *Virg.* Novæ pateant Carthaginis arces Hoſpitio Teucris. Ducere in tecta. Indulgere hoſpitio. Domo, menſa ſociare. *Virg.* Omnibus exhauſtos jam caſibus, omnium egenos Urbe, domo ſocias. Huc feror: hæ feſſos tuto placidiſſima portu Excipit. *Ovid.* —— ——longis erroribus acto Threicios portus, hoſpitiumque dedi. Tectoque animoque recepi. Jungere dextras: blando vultu, hilari fronte accipere. *Ovid. de Baucide & Philem.* —— —ſuper omnia vultus Acceſſere boni, nec iners pauperque voluntas.

Hoſpitium negare.

Hoſpitio prohibere: domo, finibus arcere. Hoſpitio prohibemur arenæ; primâque vetant conſiſtere terrâ. *Ovid.* Mille domos adière, locum requiemque petentes; Mille domos clauſere feræ: tamen una recepit, Parva quidem, ſtipulis & cannâ recta paluſtri. *Prop.* Parce oculis hoſpes, lucoque abſcede verendo: Cede agedum, & tuta limina linque fuga: Dii tibi dent alios fontes, *&c.*

HOSTIS.

Epit. Infeſtus, adverſus, ſævus, fĕrus, trux, viŏlentus, pugnax, cruentus, fĕrox, mĕtuendus, lēthĭfĕr, crūdēlis, tĭmendus. Hoſtile agmen, caterva. Inimica phalanx. Hoſtilis manus *Ovid.* Pallet, & hoſtiles credit adeſſe manus. Viri oppoſiti. Arma cape Æacidæ, Et preme turbator. Mare favente viros, Hoſtis cæde nocens: ferro metuendus: Violentus in armis. Flecti neſcius, durus, barbarus. Denſos prorumpit in hoſtes. Medios moriturus in hoſtes irruit. Hoſtis habet muros. — ——date tela, ſcandite muros, Hoſtis adeſt.

HYPOCRITA.

Ep Fallax, mendax, fūcātus, fictus. Decipiens ſpecie tecti. Ficta pietate fallens. Obſtipo capite, & figentes lumine terram. Ficto vultu virtutem ſimulans. *Perſ.* Pelliculam vete-

veterem retines, & fronte politus Astutam vapido servas sub pectore vulpem. Animi sub vulpe latentes. Fallaxque modestia vultûs, Quæ tegit innumeras sub ovillo vellere fraudes. Falso sub nomine mendax Simplicitas. *Vide* FALLAX *fol.* 245.

I.

JACERE.

Recumbere. Cubare. Incubare. Procumbere, ponere corpus. Ponere membra, deponere latus. Corpore premere terram, lectum, *&c.* Fusus humi, extensus, reclinatus, resolutus, resupinus, stratus, *Virg. de Cerbero:*—Immania tergo resolvit Fusus humi, totoque ingens extenditur antro.

Jacere per herbam.

Opacâ fusus in herba. Ille caput viridi fessum summisit in herba. Cubare sub platani virentis umbra; in graminea ponere corpus humo Procubuit, teneraque latus summisit in herba Mistaque cum foliis præbuit herba torum. Prostrati in gramine molli, Propter aquæ rivum sub ramis arboris altæ Corpora sub ramis deponunt arboris altæ. *Horat.* Nunc viridi membra sub arbuto stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ. Viridante toto consederat herbæ. *Claud.* Passim, quo quemque vocavit umbra, jacent. Viridi projectus in antro.

Cubare humi.

In dura corpore fusus humo. Gramineos dedit herba toros. Datq; torum cespes. *Sen* —juvat aut amnis vagi Pressisse ripas, cespite aut nudo leves Duxisse somnos *Ovid.* Proq; toro, terræ non semper gramen habenti Incubat infelix. Et caput in dura ponere jussus humo. *Virg.* Ergo omni curâ vires exercet, & inter Dura jacet pernox in strato saxa cubili.

JEJUNIUM JEJUNARE.

Jejunia dura. Inopi jejunia victu. Abstinere victu. Ventri indicere bellum. Corpus inopi victu atterere, conficere: membra domare. *Ovid.* Perque novem luces expers undæque, cibique, Rore mero lacrymisque suis jejunia pavit. Nullos cibos ore contingere. Famem tolerari. Ventri solitas negare dapes. Victu tenui latrantem stomachum lenire. Nunquam jejuni infringere leges, Aut vetitos premere ore cibos.

IGNIS.

ALIAQUE HUC SPECTANTIA.

Ep. ĕdax, vŏrax, ăvărus, ăvĭdus; cŏruſcus, rŭtĭlus, infeſtus, fervĭdus, răpidus, fūmĭfĭcus, fūmĭfĕr, văgus, torrĭdus, flammātus, cĕlĕr, trĕmŭlus, mĭcans, Vulcānius, *&c.* Vires ignis: Igneus fervor. Ignea vis. Summa petens, in altum exſurgens: contrarius undis. Magno fragore furens. Amplexu quæque rapaci corripiens. *Virg* Scilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento Volvitur, *&c.*

Vulcania peſtis. *Virg.* Dedit ampla ruinam Vulcano ſuperante domus. Totis Vulcanum ſpargere tectis — virgulta, faceſquê conjiciunt, furit immiſſis. Vulcanus habenis. *Ovid. de tauris ignivomis* : ——adamantæis Vulcanum naribus efflant. *Vulcanus.*

Ep. Răpĭda, fervĭda, vŏrax, pŏpŭlātrix, răpax, torrĭda, cŏruſca, mĭcans, rŭtĭla, lŭcĭda, lūcens, crĕpĭtans, ſtrĭdŭla tremŭla, mōbĭlis, &c. *V.* IGNIS. Agilis altas flamma percurrit trabes: Tremulum ſpargit jubar: Horribili ſtridet ſono. —flammæque furentes Culmina perque hominum volvuntur, perque Deorum Flamma propiore caleſcit. Eſt mollis flamma medullas, Accenſoque rogo ſtriduia flamma furit, *&c.* *Flamma*

Dant clara incendia lucem. Sed non idcirco flammæ atq; incendia vires Indomitas poſuere. *Sil* Rapiduſque incendia flatus Ventilat. *Papin.* Fumidus atra validis Phlegeton incendia volvit. *Incendia*

Virgil 4 Æn. —— Lentusque carinas Eſt vapor, & toto deſcendit corpore peſtis, i.e. *Ignis vapidus ſine flamma.* *Vapor.*

Prop. Cum me ſuppoſitus cinerem jam fecerit ardor. *Sil*— increpitans latè circumvolat ardor. *Ardor.*

2. SCINTILLA. *Epit.* Ignĕa, ignĭta, clāra, rŭbens, ardens, &c. *Virg.*—Silicis ſcintillam excudit Achates. *Ovid. Met.* Ut ſolet à ventis alimenta reſumere, quæque Parva ſub inductâ latuit ſcintilla favillâ Creſcere, & in veteres agitata reſurgere vires. *Hoc eſt, quod Q. Curtius alibi dixit.* Parva ſcintilla contempta magnum ſæpe excitavit incendium. *Virg.* Scintillas *tranſtulit ad iratorum oculos: qui & aliis auctoribus* flagrare, ardere, micare *dicuntur. Maronis verſus habes l.* 11. *Æn. de Turno:*

His agitur furiis, totoque ardentis ab ore
Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acribus ignis.

3 FAVILLA. *Ep* Fervens, călens, călĭda, lĕvis, tĕnuis, văga, cāna, albĭcans, *&c.* Canâ prunam velante favillâ. Cuncta jacent flammis, triſti merſa favilla. Volucres per inane

inane favillæ. *Virg.* Respiciunt atram in nimbo volitare favillam. *Id.de Ætna:* —atra prorumpit ad æthera nubem Turbine fumantem piceo, & candente favilla. *Prop. allegoricos.* Hæc est venturi prima favilla mali. FAVILLA (*inquit Servius*) *est deserta igne scintilla. Propertius suprà, pro scintilla usurpavit, Mart. pro* pruna *l. 1. de Portia Catonis filia, Bruti, qui Cæsarem occidit, uxore: quæ accepto de morte mariti nuntio, cùm ferri copia negaretur, ardentes ore carbones hauriens; animoso vitæ exitu probavit.*

Dixit, & ardentes avido bibit ore favillas.
I nunc, & ferrum turba molesta nega.

4. CINIS. *Epit.* Fervĭdus, fervens, tĕpĭdus, ācĕr, *&c.* Et cinis obductæ velabat lumina prunæ. *Horat proverbiali formâ:* Incedis per ignes suppositos cineri doloso, *quos Virgilius* Sopitos *dixit. l. 5.* —— —cinerem, & sopitos suscitat ignes. *Sen. Troad.* Sic malè relictus igne de magno cinis Vires resumit. In cinerem vertere. Cùmque suis totas populis incendia gentes In cinerem vertunt. *Prop.* Cùm me suppositus cinerem jam fecerit ardor, i.e *cùm mortuus ero. Nam mortuos antiqui cremabant, atque collectos cineres sepulchro inserebant, qui tum* muti *dicuntur. Propertius l. 2.*

—— mutæ jace verba favillæ.

5. FUMUS. *Epit.* Nĭger, ātĕr, pĭceus, spissus, densus, sublīmis, *Vapor.* vŏlūcĕr, tĕnuis, călĭdus, pinguis, undans, ĭnānis, sordĭdus, lăcrymōsus. Nigri spatiosa volumina fumi. Ater vapor. Piceus vortex. Undans picea caligine nubes. *Sil.* Nigranti piceus *Caligo.* sensim caligni vortex Volvitur, & pingui contorquet nubila fumo Volat vapor ater ad auras Crassa caligine fumus Cœlum prætexit. Aterque ad sidera fumus Erigitur. Atram prorumpit ad æthera nubem. *Virg. de Caco:* Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu) Evomit, involvitq; domum caligine cæcâ. Volvitur ater odor, vacuas it fumus ad auras.

Ignem saxo elicere.

Quærere semina flammæ abstrusa in venis silicis. Silicis venis abstrusum ignem excudere. Ignem à silice eruere. *Virg. l. 3. Æn.* Ac primum silicis scintillam excudit Achates; Suscepitque ignem foliis, atque arida circùm Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam. *Ovid. 4. Fast.* —— —— pastores cùm saxis saxa feribant, Scintillam subitò prosiluisse ferunt.

Ignem suscitare.

Flammam irritare, excitare admoto fomite; cortice sicco,

ſicco, arenti ſtuppâ, admoto ſulphure. *Ovid.* Ut pene extinctum cinerem ſi ſulphure tangas, Vivet, & ex minimo maximus ignis erit. Inde foco tepidum cinerem dimovit, & ignes Suſcitat heſternos, foliiſque & cortice ſicco Nutrit, & ad flammas animâ perducit anili. *Virg.* Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes. Bucca intenſa, ventoſo folle, mota aura foculum excitare. Excitat & crebris languentem flatibus ignem.

Ignem ſtruere.

Ligna foco addere, ſubdere. Largo igne domum ſerenare, exhilarare. Ligna ſuper foco reponere. Facere, ut claro luceat igne focus. Ingerere ardenti grandia ligna foco. *Ovid.* Multifidaſque faces, ramaliaque arida tecto Detulit, & minuit; parvoque admovit aheno. Ligna ſenex minuit, conſciſſaq; conſtruit altè. *Virg.* —— magno veluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni, *&c.*

Ignem extinguere.

Ignem *vel* flammam reſtinguere; fontibus obruere, lymphâ injectâ domare. Vulcanum unda ſuperare, compeſcere. Subducto ſtipite flammam exanimare *Ovid.* Nutritur vento, ventoque extinguitur ignis: Lenis alit flammas, grandior aura necat.

Igni tradere.

Mittere in ignes. Ignibus injicere. Dare flammis. Vulcano mandare *vel* Veneris marito. *Cat.* Jurat tardipedi Deo daturam, Infelicibus uſtulanda lignis. Igne *vel* fumoſis focis urere. *Ovid.* Det tua ſuccenſæ membra cremanda pyræ. *Id de ſcriptis amatoriis:* Omnia mitte feros, quamvis invitus, in ignes. Et dic, Ardoris ſit rogus iſte mei. *Vide infrà* INCENDERE. *Cremare.*

ILLUSTRIS.

Nulli non cognita virtus. Cunctis famâ memoratus in oris. Famam aſtris terminans Laude inclytus. Titulis inſignis. Pietate inſignis & armis. *Virg.* —— Quo juſtior alter. Nec pietate fuit nec bello major, & armis. *Vide plura* V. HEROS, BELLICOSUS, *&c.*

IGNORARE.

Ignarum eſſe. Mens hominum ignara futuri. *Claud.* Mens cæca futuri. Multa nos fugiunt; latent: nobis obſcura ſunt. Scire nefas homini, quid craſtinus afferat ortus. *Horat.* Prudens futuri temporis exitum Caliginoſa nocte pre- *Neſcire.*

premit Deus. Quis scit, an adjicient hodiernæ crastina summæ Tempora Dii superi?

IMITARI.

Æmulari, sequi, insequi, sectari, adumbrare. Vestigiis insistere, hærere, inhærere. Vestigia sequi, legere. *Lucret.* Te sequor, ô Grajæ gentis decus, inque tuis nunc Fixa pedum pono pressis vestigia signis. *Horat.* Pindarum quisquis studet æmulari; Ille ceratis ope Dædaleâ nititur pennis vitreo daturus Nomina ponto. *Claud.* Regis, ad exemplum totus componitur orbis. *Iuven.* Sed reliquos fugienda patrum vestigia ducunt, Et monstrata diu veteris vestigia culpæ. *Vide* SEQUI.

IMMORTALIS.

Æternus, Inconsumptus. Immunis fati. Æternum manens, Semper florens, durans, vigens. Nihil edacem temporis dentem metuens. Fato major. In quem nil juris habet Libitina. Mortis expers Nullo perituros ævo. Nullo interitura die. *Ovid.* Solaque non norunt hæc monumenta mori. *Idem de scriptis suis*: Cùm volet illa dies, quæ nil nisi corporis hujus Jus habet, incerti spacium mihi finiat ævi: Parte tamen meliore mei super alta perennis Astra ferar, nomenque erit incredibile nostrum. *Claud.* ——— non stamina Parcæ In te dura legunt, nec jus habuêre nocendi. *Ovid.* Nunc opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignis, Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas. *Virg.* Quo vitam dedit æternam? cur mortis adempta est Conditio? *Vide* DIU DURARE *fol.* 215. FAMA SUPERSTES *fol.* 246.

IMPEDIRE.

Obstare Fata obstant. Inhibere, prohibere. Nam pabula venti ferre domum prohibent. Dii prohibere minas. Dii talem avertite casum. Vetare. Quippe vetor fatis. Obesse. Votis obstat obestque meis. Arcere aditu? obsistere venienti. Hospitio prohibemur arenæ: primaque vetant consistere terrâ Obstare eunti: injicere moram. Infandos prohibere à navibus ignes.

IMPATIENS, MOLLIS.

Impar dolori, fortunæ &c. Ferre recusans. Nescius pati. Indocilis pati. Rebus angustis dejectus, tristis. Victus adversis, Fortunæ cedens Mollis Molli animo. *Ovid.* Mollior est animo femina nulla meo.

IMPERIUM.

Ep. Nōbĭle, pŏtens, æquum, plācĭdum, dūrum, viŏlentum, sævum, cruentum, superbum, *&c.* Sceptrum. Moderamina rerum *Ovid.* Sceptra loci, rerumque capit moderamen Erichteus. Habenæ. *Papin.* Maneas hominum contentus habenis. Rerum habenæ. Imperii frena. *Virg.* Pater omnipotens, rerum cui summa potestas. *Lucan.* Omnisque potestas Impatiens consortis erit. Tradere habenas. Regis imperium, jussa, leges timere, pati, vereri, *&c.* Imperia excelsa Fortunæ objacent. *Lucan.* Pacificas sævus tremuit Catilina secures, id est, *togatum Ciceronis imperium sive potestatem Consularem. Signum pro re signata. Regibus enim Romanorum, & post illos exactos, Consulibus, Lictores 12. totidem* Fasces *praferebant*, i. e. *bacillos aliquot teretes in modum fascis colligatos: quibus inserta* securis, *injiciebat obviis quibusque terrorem permissa Consulibus potestatis in civium corpus ac vitam. Silius de Vetulonia Etruria urbe (unde hic mos primùm Romam traductus est.)* Sceptrum. Moderamen. Habena. Potestas. Securis.

Bissenos prima illa dedit præcedere fasces:
Et junxit totidem tacito terrore secures.

Imperare.

Regere: Imperio regere, tenere, premere: Ditione tenere. Per populos dare jura: leges scribere. *Virg.* Jura dabat legesque viris. Cunctis dominarier oris: magnas regnare per urbes. Sceptris potiri. Cuncta moderari: imperio occupare: ditione premere, *Virg.* Decus imperiumque Latini Te penes. Te regia tanta sub domino est. Virtute, sceptro, legibus populos regere. Imperii moderari habenas: imperii frena tenere. Undarum terræque potens. Totaque sub regno terra futura tuo est.

Imperium propagare.

Imperium proferre: nobili accessione ditare: novis accessibus augere. Imperii fines extendere, portendere, *&c.* Imperio *vel* sceptro adjungere, addere, adjicere novos populos. Nova subdere regna. Nullis capi finibus *Virgilius.* —illa inclyta Roma Imperium terris animos æquabit Olympo. super & Garamantas & Indos Proferet imperium. Omnia sub pedibus, quà Sol utrumque recurrens Aspicit Oceanum, vertique regique videbit. *Vide* DEBELLARE *fol.* 19. Dominari. Regnare.

IMPOSSIBILE.

Omnes fieri quod posse negant. Fieri nulla quod ra-

tentare: Curam inanem impendere. Vanis successibus optare. *Plaut.* Operam ludere. *Papin.* Citius fugientia ripas Flumina devincas. *Prop.l.1.* Hoc si quis vitium poterit mihi demere; solus Tantaleæ poterit tradere poma manu; Dolia virgineis idem ille repleverit urnis, Ne tenera assidua colla graventur aqua: Idem Caucasea solvet de rupe Promethei Brachia, & à medio pectore pellet avem. *Sen. Thyest.*—— ——antè cum flammis aquæ, Cum morte vita, cum mari ventus fidē Fœdusque jungent. *Vide* FRUSTRA LABORARE, *&* NUNQUAM. *Plura sedulus puer in probatis Auctoribus observare poterit; aut ex his adjunctis conficere. Ad hunc fere modum*: Quid operam inanem sumis? Jungentur ante sideribus freta. Et ignis undæ. Quàm, *&c.*

Prius {
Hispanus Gangem bibet, Indus Rhenum
Flumina ad caput redibunt.
Flamma injectis aristis sedabitur.
Syrtes placidum portum præbebunt.
Malea fida erit navibus.
Columba milvio adulabitur.
Lupus oves timebit.
Canis terga dabit lepo.
Delphin assuescet silvis.
Aper amabit aquas.
Cœlum aratro findetur.
Phœbus nocte fulgebit.
Columbæ vitabunt turres.
Mergus aquas spernet.
Sol ab occasu nascetur.
Cervi in cœlo pascentur.
Damæ errabunt per flumina.
Phœbus fessos equos mari Eoo abluet, *&c.*

Vel ad eum modum, quo suprà Propertius negabat possibile esse, ut quisquam Amorem ab eo tolleret. E G.

Hoc quicumque præstare poterit, idem

Poterit {
Danaidum urnas implere.
Prometheum Caucaso solvere.
Herculeis manibus clavam extorquere.
Manu cœlum attingere.
Mare exhaurire.
Bobus leporem venari.
Isthmum perfodere.
Sisyphi saxum sistere.
Cribro aquam haurire.

Jovi

Poterit { Jovi fulmen eripere.
Pontum exurere.
Siciliam Italiæ adjungere.
Apenninum in Græciam transferre, *&c.*

Alius insuper modus est, nō rarò poëtis usitatus, quo significant, si quid jam factum feratur, quod prius numquam futurum existimaverant; nihil caussa esse, cur non & alia sexcenta consequantur, quæ & ipsa inter adynata sive impossibilia numeraverant. Exemplum habes apud *Ovid. l. 1. Trist. Eleg.*

In caput alta suum labentur ab æquore retrò
 Fulmina, conversis Solque recurret equis.
Terra feret stellas, cœlum findetur aratro,
 Unda dabit flammas, & dabit ignis equas.
Omnia naturæ præpostera legibus ibunt,
 Parsque suum mundi nulla tenebit iter.
Omnia jam fient, fieri quæ posse negabam:
 Et nihil est, de quo non sit habenda fides.
Hæc ego vaticinor, quia sum deceptus ab illo,
 Laturum misero quem mihi rebar opem

IMPRECARI.

Se *vel* alium devovere: Diris onerare: Diris agere. Capiti alicujus dira carmina canere: Mala precari, imprecari, vocari, vovere, optare, in caput alterius vertere. *Horat.* Thyesteas preces mittere.

Imprecandi formulæ.

Ah! pereat, si quis, *&c.* Dii tibi dent, *&c.* Illi post mortem fiant mala multa puellæ, *&c* At tibi pro scelere hoc, inquit, pro talibus ausis, Dii tibi (si qua est cœlo pietas, quæ talia curet) Persolvant grates dignas, & præmia reddant Debita. *Tib.* Sanguineas edat ille dapes, atque ore cruento Tristia cum multo pocula felle bibat. *Prop* Terra tuum spinis obducat, lena, sepulchrum, &c. *Ovid. in Ibin.* Terra tibi fruges, amnes tibi deneget undas, Exul inops erres, alienaque limina lustres: Exiguumque petas ore tremente cibum. Sisque miser semper, nec sis miserabilis ulli: Gaudeat adversis femina, virque tuis. Accedat lacrymis odium: dignusque pateris. Quis mala cum tuleris plurima, plura feras. *Medea apud Sen.* Mihi pejus aliquod quod precer sponso malum? Vivat: per urbes erret ignotas egens, Exul, pavens, invisus incerti laris, *&c.*

Seipsum more Gentilium devovere.

Suo ipsius capiti mala imprecari: se Diris devovere.

Theseus apud Sen. Hipp. Pellidi fauces Averni, vosque Tenarei specus, Impium rapite, atque mersum premite perpetuis malis. *Dido apud Virg.* Sed mihi vel tellus, optem, prius ima dehiscat, Vel Pater omnipotēs adigat in fulmine ad umbras; Antè pudor, quam te violem, &c. *Ovid* Devoret ante priùs subito telluris hiatu. Aut rutilo missi fulminis igne cremer. *Vide* FULMINE PERCUTI *fol.* 164. VORARE *fol.* 154.

INCENDIUM.

I. INCENDERE.

Cremare. Exurere. Ignem injicere *vel* admovere. Subdere faces, Subjectis urere flammis. *Prop* Nec nos sacrilegos templis admovimus ignes. *Virg.* Fer stabulis inimicum ignem, Flammis succendere, abolere, extinguere, delere, perdere, exurere. Permittere flammæ. Spargere incendia. Totis Vulcanum spargere tectis *Sil.* — Tarpeiis infert incendia tectis. *Virg.* —— victorque Sinon incendia miscet *Hecuba apud Sen* Non cautus ignes Ithacus, aut Ithaci comes nocturnus in vos sparsit aut fallax Sinon : Meus ignis iste est, facibus ardetis meis. *Progne apud Ovid.* Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo, Artificem mediis immittam Terea flammis. *Virg.* Sæpe etiam steriles incendere profuit agros, atque levem stipulam crepitantibus urere flammis. *Ovid.* Ut si quis canis ignem supponat aristis, Aut frondes positasque cremet fœnilibus herbas Exurere classem. —— faces in castra tulissem, Implêssemque foros flammis. *Incendium navibus immissum habes apud Lucanum l.* 3. *&* 10. *Daturque hic latus ingenio campus ex oppositione aquæ & ignis: misera deinde naufragantium fato, mortis remedium à morte petentium, Merguntur, dū timent cremari, cremantur, dum mergi verētur,*

Nec flammas superant undæ, sparsisque per æquor
Jam ratibus, fragmenta ferus sibi vindicat ignis,
Hic recipit fluctus, extinguat ut æquore flammas:
Hi, nè mergantur, tabulis ardentibus hærent.

2. INCENDI.

Cremari. Flammas concipere. Flammis crepitare, sonare, Ignibus incandescere. Considere in ignes. Flammis perire, absumi. *Ovid.* —— postquam alta cremata est Ilion & Danaas paverunt Pergama flammas. *Sen* Urbs concremetur, primus à thalamis meis Incipiat ignis *Virgilius:* —— ardentem conjecit lampada Turnus, & flammam affixit lateri, quæ plurima vento Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis. *Lucan.* —— rapiensque incendia ventus Per

Roma-

Romana tulit celeri munimina cursu. *Ovid* Prosternet patrios impia flamma lares. Ne gemat exustas igne furente domos. *Id. 2. Met. de Phaëtontis incendio*: Tum verò Phaëton cunctis è patribus orbem Aspicit accensum, nec tantos sustinet æstus: Ferventesqué auras velut è fornace profundâ Ore trahit, currusqué suos candescere sentit. Et neque jam cineres, ejectatamqué favillam Ferre potest, calidoquè involvitur undique fumo. *Sen.* —— conjugem & totum gregem Consumat unus igne subjecto rogus. *Ovid.* —— rogumque parari Vidit, & arsuros supremis ignibus artus. *Sulpitia poetria de P. Virgilii Æneide, quam is ultimis tabulis Vulcano tradi, ut imperfectam, constituerat.*

Jusserat hæc rapidis mandari carmina flammis
Et pene est alio Troja cremata rogo.

INCENDIUM CASTRORUM

Describente Silio Ital. l. 17.

Inde ubi collecti rapidam diffundere pestem
Cæperunt ignes, & se per pinguia magno
Pabula ferre sono; clarè exspatiantur in aures,
Et frenos volucri propellunt lumine flammæ,
It totis inimica lues cum turbine castris.
Atque alimenta vorat strepitu Vulcanus anhelo
Arida, & ex omni manant incendia tecto.
Sentitur plerisque priùs, quàm cernitur ignis
Excitis somno, multorumque ora vocantum
Auxilium invadunt flammæ: fluit undique victor
Mulciber, & rapidis amplexibus arma, virosqúe
Corripit: exundat pestis, semiustaqúe castra
Ardenti volitant, per nubila summa favilla.
Ipsius ingenti Regis tentoria saltu
Lugubre increpitans latè circumvolat ardor:
Hausissetqúe virum; trepidus ni clade satelles
Et somno, ac stratis rapuisset multa precantem.

NEMORIS INCENSI DESCRIPTIO

Stylo Maroniano l. 2. Georg.

Nàm sæpe incautis pastoribus excidit ignis,
Qui furtim pingui (*de Oleastro loquitur*) primùm sub cortice tectus
Robora comprendit, frondesqué elapsus in altas
Ingentem cœlo sonitum dedit: inde secutus
Per ramos victor, perque alta cacumina regnat,
Et totum involvit flammis nemus, & ruit atram
Ad cœlum piceâ crassus caligine nubem.

INCENDIUM ÆTNÆ MONTIS

Musâ Maronianâ l.3. An quam cæteri poetæ in suis descriptionibus sibi pro exemplo sumpserunt.

——— ——horrificis juxta tonat ÆTNA ruinis,
Interdumque atram protumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo,& candente favilla,
Attollitque globus flammarum,& sidera lambit.
Interdum scopulos, avulsaque viscera montis
Erigit eructans,liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat,fundoqúe exæstuat imo.
FAMA est, Enceladi semustum fulmine corpus
Urgeri mole hâc,ingentemqúe insuper Ætnam
Impositam ruptis flammam exspirare caminis;
Et fessum quoties mutat latus; intremere omnem
Murmure Trinacriam,& cœlum subtexere fumo,

IMPVDENS.

Effrons. Pudoris expers Fronte carens Fronte ferreâ: Fronte nullâ Frontis perfrictæ *Mart.* Aut cùm perfricuit frontem, posuitq; pudorem, Cujus exulat ore pudor; fûgit ab ore pudor; nullus in ore pudor. Qui mente pudorem expulit, fugavit, ejecit Nihil erubescens. Nihil habens pudoris, *Inverecundus* rubo- ris. *Ovid.* Nil tua, Cydippe, facta roboris habent. Oculi canini: Titanius aspectus. Os impudens. NOTA Frontem (*quam Cic. ad Qu fratrem* animi januam *vocat*) *ab antiquis* pudori *consecratam fuisse*: *quod ille hic proprium quasi sedem elegerit,& in fronte ac vicinis oculis maximè se prodat. Hinc qui pudore carent*, & fronte carere *dicuntur*: *aut fronte esse* perfricta *sive* dura; *quasi sc. a deò occalluit, ut eam nullus subjectus rubor pervincere possit.*

Invenies in eadem significatione tam apud poetas quàm Oratores Os durum. Os ferreum *pro impudente*: *atque* Os *simpliciter, tum pro impudentia* (*ut apud Cicer* & *Mart.* Os hominis) *tam pro ipso pudore, ut apud* Ovid. *Epist.* 16. *ubi Helena objicit Paridi illum cæteros procos non tam amoris ingenio vicisse quàm impudentiâ,*

Non tu plus cernis, sed plus temerarius audet:
Nec tibi plus cordis, sed minùs oris adest.

INCANTATIO, VENEFICIUM.

Carmen. CARMEN *Epit.* magicum, dirum, horrendum, Colchicum, Circæum, Thessalicum, Thessalum, Ææum, &c. Noxia verba. Cātus magici, Vis magicæ linguæ. Magicus stridor. Vox Thessala. Medeæ artes, Magicæ artes. *Horat.* Veneficæ scien-

tioris carmen. Magici carminis murmur. Magæ artes. *Ovid.* Illa magas artes, Æææque carmina vovit.

Herbæ nocentes, diræ, nimium potentes. Noxia gramina: Thessala venena: diri succi. Mortifera gramina, falce cantata succisa: fruges infaustæ, Stygiæ, ungue cruento decerptæ. *&c.*

VENEFICA, EJUSQUE ARTES.

Epith. abominanda, impia, dira, docta, verbosa, mala, *&c.* Saga. Thessala anus. Magico saga ministerio pollens: carmine diro instructa, Thessalis venenis armata Carmen magico demurmurat ore. *Hypsipyle apud Ovid. de Nellaa:* Per tumulos errat passis discincta capillis. Certaque de tepidis colligit ossa rogis: Devovet absentes, simulacraque cerea fingit, Et miserum tenues in jecur urget acus *Sen de eadem:* Mortifera carpit gramina, ac serpentium saniem exprimit; miscetque & obscœnas aves, Mœstique cor bubonis, & raucæ strigis Exsecta vivæ viscera. His gelida pigri frigoris glacies inest. Addit venenis verba, non istis minus metuenda. —sonuit ecce vesano gradu, Canitque: mundus vocibus primis tremit. *Virg. Ecl 8. de herbis, quibus Mœris insignis magus utebatur:* His ego sæpe lupum fieri, & se condere sylvis Mœrim, sæpe animas imis excire sepulchris, Atque satas alio vidi traducere messes. *Idem l 4 Æneid de magna quadam è Massylorum gente:* Stant aræ circum: & crines effusa sacerdos Tercentum tonat ore Deos, Erebumque, Chaosque Tergeminamque Hecatem, *&c.* Hæc se carminibus promittit solvere (*sc. amore*) mentes Quas velit, ast aliis duras immittere curas: Sistere aquam fluviis, & vertere sidera retro. Nocturnosque ciet Manes: mugire videbis Sub pedibus terram; descendere montibus Ornos. NOTA *Latinis* Carmen *dici quamlibet orationem, quæ certis ac præscriptis verbis atque in metricum modum anxiè constructis constat: quales fere olim omnes formulæ Deos precandi, evocandi, imprecandi,* &c. *Hinc* Carmen *nunc pro* precibus, *nunc pro* imprecatione, *ac sæpissimè pro* magica omni incantatione *sumitur Virg. in Bucol.*

Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam;
Carminibus Circe socios mutavit Ulyssis;
Frigidus in campis cantando rumpitur anguis.

VALDE *verò decepti sunt, & Ethnici olim, & si qui modo eorum opinionem sequuntur; existimantes incantatorum verbis sive carminibus ullam vim inesse ad stupendos illos & prodigiosos effectus: qui non inani verborum sono, sed arti diabolicæ imputandi sunt, Christianis omnibus abominanda.*

INCANTATIONIS
(ut olim veteribus creditum)
VIRES *sive* EFFECTUS
ex variis Ovidii locis concinnati.

Carmine læsa Ceres sterilem vanescit in herbam.
Deficiunt læsi carmine fontis aquæ.
Ilicibus glandes, cantataquê vitibus uva
Decidit, & nullo poma movente fluunt
Illa magas artes Ææaquê carmina novit,
Inque caput liquidas arte recurvat aquas,
Cum voluit toto glomerantur nubila cœlo;
Cum voluit, puro fulget in ore dies.
Sanguine (si qua fides) stillantia sidera vidi:
Purpureus Lunæ sanguine vultus erat.
Hanc ego nocturnas vivam volitare per umbras
Suspicor, & plumâ corpus anile tegi.
Evocat antiquis proavos, atavosquê sepulchris,
Et solidam longo carmine findit humum.
Illa reluctantem cursu diducere lunam
Nititur, & tenebris abdere Solis equos.
Illa refrenat aquas, obliquaquê flumina sistit,
Illa loco silvas vivaquê saxa movet.

INCANTATIONIBUS AC VENEFICIIS OLIM INFAMES.

1. MEDEA, *Æetæ Colchorum regis filia, à qua venena, & carmina magica Ææa, & Colchica dicuntur: quaquê artibus suis tauros flammivomos, & Draconem pervigilem, aureo Velleri præpositos sopivisse, & Æsonem Iasonis patrem jam senio confectum juvenili ætati ac robori restituisse perhibetur. De quo vide Ovid Met l 7. Tibull l. 2.*

Quidquid habet Circe, quidquid Medea veneni,
Quidquid & herbarum Thessala terra gerit.

2. CIRCE, *solis & Persa Nymphæ filia, sedem habuit in Italia, non procul à Cajeta Campaniæ urbe: creditaquê est à poetis Vlyssis socios eò adnavigantis, in variorum animalium formas commutasse. Vide. Virg. l. 7. ubi ab Ænea sociis è mari procul exaudiuntur voces & ululatus ursorum, luporum, &c.*

Quos hominum ex facie Dea sæva potentibus herbis
Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

3. MARSI, *in Italia, à Marso Circes filio edocti, unde Horat. l. Epod.* Marsis vocibus *dixit, pro incantatione sive veneficio: &*

THESSA-

THESSALI *in Græcia à Medea malis artibus atq; omni superstitione imbuti: unde* Mulier Thessala *in proverbium abiit, pro incantatrice aut malarum artium perita. Horat. l.1.Od.27.*

Quæ saga, quis te solvere Thessalis
Magus venenis, quis poterit Deus?

INCIPERE.

Accingi. *Virg.* Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas. *Ingredi. Idem:*—tibi res antiquæ laudis & artis Ingrediar, sanctos ausus recludere fontes. Aliquo duce, auspice *vel* auctore incipere, inchoare. *Virg. ad Mæcen.* Te sine nil altum mens inchoat, en age segnes Rumpe moras. Incipit effari. Talibus orsa modis. *Prov.* Ordiri *vel* exordiri telam. Solvere oram. Solvere navem littore, &c. *Ovid.* Dum licet, & spirant flamina, navis eat. *Ordiri* *Inchoare.* *Abradi.*

Initium.

Exordium, primordium, orsa, exorsa, cœpta, incœpta. *Virg.* 1. *Georg.* Da facilem cursum atque audacibus annue cœptis. *Id* Dii nostra incœpta secundent, Rerum primordia gaudere; prima ab origine repetere, dictis expedire, &c. *Ovid*, Illud ab uno corpore, & ex una pendebat origine bellum. *Allegoricè:* A capite, fonte, *&c.* In limine, i.e *in ipso agendi principio.* A carceribus ad metas, i. e. *à principio cursus ad finem usque.* Auspicato *vel* bonis avibus quidquam aggredi, i.e. *feliciter. Ubi* NOTA, *veteres fere nihil egisse nisi* auspicato, i e. *nisi prius Auspice adhibito Deos consuluissent. Hinc* auspicari *sæpe pro* incipere, & Auspex *pro eo, cujus ductu, hortatu vel auctoritate aliquid geritur. Horat lib.* 1 *Od* 7. *Principium.* *Auspicium.* *Origo.*

Nil desperandum Teucro duce, & auspice Teucro.

INCOLUMIS, SANUS.

Sospes & integer. Salvus ac valens, Morbo liber. Talos à vertice sanus ad imos: Cui valetudo constat. *Horat.* Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil Divitiæ poterunt regales addere majus. *Ovid* Sæpe Deos supplex, ut tu scelerate valeres, Sum prece thuricremis devenerata focis. *Horat.* Si me vivere vis sanum, recteque valentem. Arte Apollineâ, aut medicis herbis non indigere. *Plaud*, Valere Pancraticè atque Athleticè.

INCONSTANS.

Animo levi, ambiguo, labanti, incerto, mobili. Animo fluctuans. Quolibet est folio, quavis incertior aurâ. Mobile *Levis.* *Mobilis.*

tetêr, horribilis, tremendus. Janua Ditis: lurida porta: Stygiæ fores: alta ostia Ditis. Averni limen, fauces, specus, nus, Infernæ specus. Tartareum barathrum, antrum: horrendum specus. Immanes Erebi hiatus, profunda vorago, loca, spatia. Tænariæ limen, irremeabile portæ. Tartarei & nigri recessus. *Tartarus. Orcus.*

Stygiæ tenebræ. Noctis æternæ chaos. Cimmerii lacus. Chaos ingens, vastique silentia regni. Silentes nocte perpetuâ domus. Luce carentia regna, Erebi nox. Tartara nigra. Tristes sine Sole domus.

Umbrarum domus. —descendere ad umbras, Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam. Manes descendere ad imos. Acheronte sub imo, *&c.* Sedes inferorum.

Infernæ paludes, aquæ. Tartari vada. Erebi amnes, Tænarii lacus: Acherontis, Stygis, Cocyti, Lethes flumina, aquæ undæ. Stagna Lethea. Letheæ stagna paludis. Lethei fluminis unda, Pallida ditis aqua. Stygius gurges, &c. *Nam* STYX, LETHE, *aliique fluvii infernales (de quibus infra) à poetis non rarò Synecdochicos pro ipso inferno sumuntur.*

Infernæ sedes. Domus Stygiæ, Tænariæ vacuæ, *&c.* Plutonia regna. Furvæ regna Proserpinæ. Ditis umbrosi domus, aula, regia: Stygii tecta tyranni: Inferno Plutoni subdita regna. Nigri regia cæca Dei. Ditis regnum. Opaca Ditis inferni loca. Tacitæ erebi sedes, pallida regna *Hor.* —habentque Tartara Panthoiden iterum Orco demissum. NOTA ORCUM *vocari nunc ipsum Plutonem, nunc ejus regiam* ab urgendo, *ut quidem Latini volunt; nam Græci aliò referunt. Præterea* TARTARUM *propriè esse interiorem inferni partem, nocentium pœnis destinatam: quam Virg l. 6. ad lævam ponit, uti sedem Beatorum, ad dexterum.*

———partes ubi se via scindit in ambas,
Hac iter Elysium nobis: at læva, malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara.

Iam verò EREBUS *ab aliis fluvius perhibetur infernalis, aliis idem est cū* Tartaro *sive impiorum loco. A poetis crebrò pro toto Inferno usurpatur: sicut &* TÆNARUS *Laconiæ promontorium, in quo fauces esse credebantur ad Inferos deducentes; &* AVERNUS *Campaniæ lacus, similiter ob tetrum odorem inferorum limen creditus. Vide notissimam hujus descriptionem apud Virg. l. 6. De Tænaro subjicio Papinii locum ex 2. Theb:*

Hoc (ut fama) loco pallentes devius umbras
Trames agit, nigrique Jovis vacua atria ditat
Mortibus, Arcadii perhibent si vera coloni,

Sti-

Virg.6.Æn. —quàm vellent æthere in alto (i.e. *inter vivos sive superstites*) Nunc & pauperiem,& duros perferre labores! Fata obstant, tristique palus innabilis undâ Alligat, & novies Styx interfusa coercet. Ergo exercentur pœnis,*&c.* Ignis ibi æternus, semper nova flamma renascens. Pœna immortalis. *Sen.*— certus inclusos habet Locus nocêtes,utq; fert fama,impios Supplicia vinclis sæva PERPETUIS domant Semper coacti vivere,& semper mori. *Hanc damnatorũ æternam vivamq; mortem expressit Virg l 6.in Tityi jecore, quod vultur indefessus rostro obunco rimatur assiduò, vellit, laceratque, nec unquam tamen consumit: unde illud nunc immortale vocat, nunc* fœcunda pœnis viscera, *nunc* fibras renatas. *Cui adde Ov locum in Ibin. auctore Christiano dignum;*

Nec mortis pœnas Mors altera finiet hujus,
Horaqué erit tantis ultima nulla malis.

CRIMINA.

quibus (etiam Ethnicorum sententiâ) pœna æterna debita fuit: Musâ Maronianâ l.6.Æn.

Hic quibus invisi fratres (A) dum vita manebat,
Pulsatúsve parens (B) aut fraus innexa (C) clienti.
Aut qui divitiis soli (D) incubuêre repertis,
Nec partem posuêre suis (quæ maxima turba est)
Quiqúe ob (E) adulterium cæsi,quique arma (F) secuti
Impia,nec veriti dominorum fallere (G) dextras,
Inclusi pœnam expectant————
Saxum ingens volvunt alii,radiisque rotarum
Districti pendent: sedet ÆTERNUMQUE sedebit
Infelix Theseus; Phlegyasqué miserrimus omnes
Admonet,& magna testatur voce per umbras:
DISCITE JUSTITIAM moniti,& non temnere Divos.
(H) Vendidit hic auro patriam, dominumqué potentem
Imposuit: fixit leges pretio (I) atque refixit.
Hic thalamum invasit natæ, veritosqué (K) Hymenæos
Ausi omnes immane nefas,ausoque potiti.
Non mihi si linguæ centum sint,oraqué centum,
Ferrea vox omnes SCELERUM (L) comprendere formas.
Omnia POENARUM percurrere nomina possim.

(A) Qui odia fraterna exercuerunt (B) Qui parentes suos vel manu solum pulsaverunt (C) Patroni, qui clientes suos per fraudem deceperunt (D) Avari sibi unis corradentes, amicis & affinibus, quamvis indigentibus, ne tantillum aspergentes. (E) adulteri: qui manifesti, sæpe morte multati sunt (F) Bellis civilibus: faventes (G) Servi fidem, cujus dexteræ signum est

eſt, dominis debitam violantes (H) patriæ proditores (I) Qui in legibus condendis & abolendis, non Reip. utilitate, ſed preciis corrumpentium ducuntur (K) Inceſti omnes & vetitis nuptiis operam dantes (L) Denique ſcelera alia innumera, quibusſuæ quibusque pœnæ à Judicibus infernalibus decernuntur,

POENÆ APUD INFEROS NOTIORES ET MAXIME CELEBRATÆ:

I. IXIONIS ROTA.

De quâ Tib lib. 1 *El.* 3. Illic, Junonem tentare Ixionis auſi Verſantur celeri noxia membra rotâ. *Sen.* Rapitur volucri tortus Ixion rotâ. Ixionis orbis. Infernæ vincula ſæva rotæ.

2. SISYPHI SAXUM.

Siſyphius labor. *Sen.* Cervice ſaxum grande Siſyphia ſedet *Ovid.* Siſyphus eſt illic, ſaxum volvenſque potenſque Quique agitur rapidæ vinctus ab orbe rotæ, *Hor.* Dammatuſque longi Siſyphus Æolides laboris. *Mart.* —— laſſi marmora Siſyphi. *Sen.* Senis perennis Æolii labor.

3. TITYI VULTUR.

Sen. Præbet volucri Tityus æternas dapes. *Tib.* Porrectuſque novem Tityus per jugera terræ, Aſſiduas atro viſcere paſcit aves. *Virg.* Nec non & Tityon, terræ omnipotentis alumnum Cernere erat, per tota novem cui jugera corpus Porrigitur: roſtroque immanis vultur obunco Immortale jecur tundens, fœcundaque pœnis Viſcera, rimaturque epulas, habitatque ſub alto Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis *Sen. Thy.* ———— Tityi ſemper acreſcens jecur Viſceribus atras paſcit effoſſis aves.

4. TANTALI SITIS.

Phrygii ſenis fallax unda. Garruli ſenis fugax amnis. *Sen. Herc fur.* In amne medio faucibus ſiccis ſenex Sectatur undas: abluit mentū latex: Fidemque cùm jam ſæpe decepto dedit; Petit unda: in ore poma deſtituunt famam *Ovid.* Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit. *Id. in Ibin.* Poma pater Pelopis præſentia quærit, & idem Semper eget liquidis, ſemper abundat aquis. *Tib. l.* 1. — acrem Jam Iam porturi deſerit unda ſitim.

5. BELIDUM URNAE.

Danaidum dolia Pœna ſororum urna. *Prop. l.* 4. ——— —ſi fallo; pœna ſororum infelix humeros urgeat urna meos.

os. *Sen.* Urnasque frustra Danaides plenas ferunt. *Tib. l.* 1. Et Danai proles, Veneris quæ numina læsit, In cava Letheas dolia portat aquas *Ov.* 4. *Met.* Moliriquè suis lethum patruelibus ausæ, Assiduè repetunt quas perdunt, Belides, undas.

TORQUENDIS APUD INFEROS NOXIIS PRÆPOSITI.

1. CACODÆMON. *Epit.* Fallax, subdŏlus, mălignus, pervĭgĭl, fĕrox, sævus, impius, dīrus, mălus, trux, horrendus, noctĭpŏtens, lūcĭfŭga, *&c* Phlegetonthæus anguis, coluber Tartareus draco. Stygius serpens, miseræ deceptor subdolus Evæ. Humani nominis hostis; ——— artes cui mille nocendi ———cui tristia bella, iræque, insidiæque & noxia crimina cordi. Arbiter orci, moderator Averni: umbrarum pater. Tartarei fratres: Stygia agmina: noctipotens manus: tartareo submissa barathro. *Hier Vid.* Lucifugæ pestes; sine corpore vulgus nubivagum. Noctivagi fratres, superi quos ira parentis Cœlo, immane nefas animis excussis adortos, Tartareisque genus miserabile mersit in antris, Quando illos tenuit regnandi tanta cupido. Nunc miseros pœnis manes miseri magis ipsi Exercent, vinctosque tenent nigrantibus oris.
Descriptio eorundem ex ejusdem 1. *Christiados:*

Continuò ruit ad portas gens omnis, & adsunt
Lucifugi cœtus; varia atque bicorpora monstra:
Pube tenus hominum facies, verum hispida in anguem
Desinit ingenti sinuata volumine cauda.
Gorgonas hi, Sphingasque obscœno corpore reddunt,
Centaurosque hydrásque illi, ignivomasque Chimæras:
Centum alii Scyllas, ac fædificas Harpyjas,
Et quæ multa homines simulacra horrentia fingunt.
At centum-geminus flammato vertice supra est
ARBITER ipse EREBI, centenáque brachia jactat
Horrisonus, totidémque eructat faucibus æstus.
Omnes luctificum fumumque, atrosque procaci
Ore oculisque ignes, & vastis naribus efflant.
Omnibus intorti pendent pro crinibus angues
Nexantes nodis sese, ac per colla plicantes.
In manibus rutilæque faces, uncique tridentes,
Queîs sontes animas subigunt, atque ignibus urgent.

2. FURIÆ. *Epit* Tristēs, trŭcēs, cŏlūbrĭfĕræ, fĕræ, fĕrōcēs, fētālēs, ātræ, insānæ, crūdēles, torvæ, sævæ, imprŏbæ, anguĭfĕræ, vipĕreæ, atrōcēs, diræ, luctifĭcæ, fŭrĭbundæ, răbĭdæ, horrendæ, pallĭdæ, furvæ, ultrīcēs, cruentæ, scĕlĕrātæ, Stygiæ, Tartărĕæ, *&c.* Anguicomæ sorores: Nocte editæ, crudeles Erebi Ditisque ministræ. Satæ Nocte virgines: impexæ ferox *Eumenides. Erinnyes. Diræ.*

eſt, dominis debitam violantes (H) patriæ proditores (I) Qui in legibus condendis & abolendis, non Reip. utilitate, ſed preciis corrumpentium ducuntur (K) Inceſti omnes & vetitis nuptiis operam dantes (L) Denique ſcelera alia innumera, quibus ſuæ quibusque pœnæ à Judicibus infernalibus decernuntur,

POENÆ APUD INFEROS NOTIORES ET MAXIME CELEBRATÆ:

1. IXIONIS ROTA.

De quâ Tib lib. 1 *El.* 3. Illic, Junonem tentare Ixionis auſi Verſantur celeri noxia membra rotâ. *Sen.* Rapitur volucri tortus Ixion rotâ. Ixionis orbis. Infernæ vincula ſæva rotæ.

2. SISYPHI SAXUM.

Siſyphius labor. *Sen.* Cervice ſaxum grande Siſyphia ſedet. *Ovid.* Siſyphus eſt illic, ſaxum volvenſque potenſque Quique agitur rapidæ vinctus ab orbe rotæ, *Hor.* Dammatuſque longi Siſyphus Æolides laboris. *Mart.* —laſſi marmora Siſyphi. *Sen.* Senis perennis Æolii labor.

3. TITYI VULTUR.

Sen. Præbet volucri Tityus æternas dapes. *Tib.* Porrectuſque novem Tityus per jugera terræ, Aſſiduas atro viſcere paſcit aves. *Virg.* Nec non & Tityon, terræ omnipotentis alumnum Cernere erat, per tota novem cui jugera corpus Porrigitur: roſtroque immanis vultur obunco Immortale jecur tundens, fœcundaque pœnis Viſcera, rimaturque epulas, habitatque ſub alto Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis *Sen. Thy.* ——— Tityi ſemper accreſcens jecur Viſceribus atras paſcit effoſſis aves.

4. TANTALI SITIS.

Phrygii ſenis fallax unda. Garruli ſenis fugax amnis. *Sen. Herc fur.* In amne medio faucibus ſiccis ſenex Sectatur undas: abluit mentũ latex: Fidemque cùm jam ſæpe decepto dedit; Petit unda: in ore poma deſtituunt famam *Ovid.* Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit. *Id. in Ibin.* Poma pater Pelopis præſentia quærit, & idem Semper eget liquidis, ſemper abundat, aquis. *Tib. l.* 1. —acrem Jam Iam poturi deſerit unda ſitum.

5. BELIDUM URNAE.

Danaidum dolia Pœna ſororum urna. *Prop. l.* 4.——— —ſi fallo; pœna ſororum infelix humeros urgeat urna meos.

os. *Sen.* Urnasque frustra Danaides plenas ferunt. *Tib. l.* 1. Et Danai proles, Veneris quæ numina læsit, In cava Letheas dolia portat aquas *Ov.* 4. *Met.* Molirique suis letum patruelibus ausæ, Assiduè repetunt quas perdunt, Belides, undas.

TORQUENDIS APUD INFEROS NOXIIS PRÆPOSITI.

1. CACODÆMON. *Epit.* Fallax, subdŏlus, mălignus, pervĭgil, fĕrox, sævus, impius, dīrus, mălus, trux, horrendus, noctĭpŏtens, lūcĭfŭga, *&c* Phlegetonthæus anguis, coluber Tartareus draco. Stygius serpens, miseræ deceptor subdolus Evæ. Humani nominis hostis; ——— artes cui mille nocendi ———cui tristia bella, iræque, insidiæque & noxia crimina cordi. Arbiter orci, moderator Averni: umbrarum pater. Tartarei fratres: Stygia agmina: noctipotens manus: tartareo submissa barathro. *Hier Vid* Lucifugæ pestes; sine corpore vulgus nubivagum. Noctivagi fratres, superi quos ira parentis Cœlo, immane nefas animis excussit adortos, Tartareisque genus miserabile mersit in antris. Quando illos tenuit regnandi tanta cupido. Nunc miseros pœnis manes miseri magis ipsi Exercent, vinctosque tenent nigrantibus oris. *Descriptio eorundem ex ejusdem* 1. *Christiados:*

Continuò ruit ad portas gens omnis, & adsunt
Lucifugi cœtus; varia atque bicorpora monstra:
Pube tenus hominum facies, verum hispida in anguem
Desinit ingenti sinuata volumine cauda.
Gorgonas hi, Sphingasque obscœno corpore reddunt,
Centaurosque hydrásque illi, ignivomasque Chimæras:
Centum alii Scyllas, ac fædificas Harpyjas,
Et quæ multa homines simulacra horrentia fingunt.
At centum geminus flammato vertice supra est
ARBITER ipse EREBI, centenáque brachia jactat
Horrisonus, totidémque eructat faucibus æstus.
Omnes luctificum fumumque, atrosque procaci
Ore oculisque ignes, & vastis naribus efflant.
Omnibus intorti pendent pro crinibus angues
Nexantes nodis sese, ac per colla plicantes.
In manibus rutilæque faces, uncique tridentes,
Queis sontes animas subigunt, atque ignibus urgent.

2. FURIÆ. *Epit* Trīstēs, trŭcēs, cŏlŭbrĭfĕræ, fĕræ, fĕrōcēs, fĕrālēs, ātræ, inīānæ, crūdēles, torvæ, sævæ, imprŏbæ, anguĭfĕræ, vipĕreæ, ătrōcēs, diræ, luctĭfĭcæ, fŭrĭbundæ, răbĭdæ, horrendæ, pallidæ, furvæ, ultrīcēs, cruentæ, scĕlĕrātæ, Stygiæ, Tartărĕæ, *&c.* Anguicomæ sorores: Nocte editæ, crudeles Erebi Ditisque ministræ. Satæ Nocte virgines: impexæ ferox *Eumenides. Erinnyes. Diræ.*

pro crinibus angues: pallâ cruentâ fuccinctæ: *Sil.* —— imos agitantes verbere Manes Dira furiarum cohors, brevibus torquata colubris: Stygiam cruentâ præferens dextrâ facem: Gorgoneis infecta venenis. *Sen. Med.* Adeste, adeste sceleris ultrices Deæ, Crinem solutis squallidæ serpentibus, Atram cruentis manibus amplexæ facem. *Ov.* Ferte faces in me, quas fertis Erinnyes atræ *Cat.* —facta virûm multantes vindice pœnâ Eumenides, quibus anguineo redimita capillo Frons, &c. *Claud. 1. Ruff.* — fulgit tristi de sede MEGÆRA, Quam penes insani fremitus, animiq; profanus Error, & undantes spumis furialibus iræ *Iuno apud Virg. 7. Æn.* Luctificâ ALECTO dirarum ab sede sororum Infernisq; ciet tenebris, &c. *Ovid. 4. Met.* TISIPHONE canos, ut erat turbata, capillos Movit, & exstantes dejecit ab ore colubros: Parsq; jacent humeris, pars circum pectora lapsæ Sibila dant, saniemque vomunt, linguisq; coruscant. FURIÆ (*quas Græci* ERINNYES & EUMENIDES, *Latini etiam* Diras *appellant*) *nocte & Erebo, sive ut alii, Acheronte genitæ à poëtis tres esse perhibentur:* ALECTO TISIPHONE & MEGÆRA. *Quas Plutoni deservire volunt, & maleficorum scelera tum in hac vita, tũ apud inferos crudelibus pœnis insectari: tum bella, pestilentiam, morbos, aliaq; mala mortalibus immittere.* Virgines, *etiam proverbio apud Græcos celebrantur, quòd nullo pacto unquã corrumpi possint, qui in pœnas de delinquentibus sumant.* ἀεὶ παρθένοι ἐριννύες, *i. e.* semper Furiæ virgines. *Hinc apud Virg. l. 7.* ALECTO *dicitur* Virgo sata Nocte. *Et apud Ov 4. Metam. omnes simul* implacabiles.

—— — illa sorores
Nocte vocat genitas, grave & implacabile numen.

Habitum earum quod attinet, poëta illis tribuunt alas, & pro crinibus angues: *In manibus vero* facem & flagellum *sive* stimulũ *ad infestandos scilicet improbos. Testimonia passim occurrunt.* Angues & alas *habes apud Virg. l. 2. de Alecto & Tisiph.*

Dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ:
Quas & Tartaream Nox intempesta Megæram
Uno eodémque tulit partu, paribúsque revinxit
Serpentum spiris, ventosásque addidit alas.

INFERORUM REX, EJUSQUE
CONJUX ET MINISTRI.

1. PLUTO. *Ep.* Torvus, fĕrus, ferreus, immĭtis, sævus, dūrus, immānis, ăvĭdus, ăvārus, răpax, implăcātus, ātĕr, nĭgĕr, furvus, ŏpertus, mœstus, tĕtĕr, umbrōsus horrĭdus, Stygius, Tartăreus, infernus, Phlĕgĕthontæus, &c. Arbiter noctis, umbrarumque potens. Ignavi domitor mundi, Tertiæ sortis hæres.

Sty-

Stygius Tyrannus Stygii dominator Averni. Stygius Rex. Jupiter infernus, Stygius, niger. *Sil* Nigro ferre Jovi, cui tertia regna laborant. Rex silentum. Dux Ereb. Æternæ regnator noctis. Dis Phlegethontæus. Furvus Jovis frater. Cereris gener. Proserpinæ raptor; torvus prædo, *&c.* Umbrarum Dominus, inamœna tenens regna. *Sen.* Dominus regni tristis.

Dis pater, Tænariæ moderator aulæ. Carentes luce qui regit domos. *Claud.* Tertius hæres Saturni. *Ovid.* Cui triplicis cessit fortuna novissima regni *Plutonis descriptio ex Sen. Herc. Fur.* Adversa Ditis regia atque ingens domus, umbrante luco tegitur, hic vasto specu Pendent tyranni limina: hoc umbris iter, Hæc porta regni, campus hanc circa jacet. In quo superbo digerit vultu sedens Animas recentus, dira majestas Deo: Frons torva, Fratrum quæ tamen specimen gerat, Gentisque tantæ: vultus est illi Jovis, Sed fulminantis: Magna pars regni trucis. Est ipse dominus, cujus aspectum timet Quidquid timetur. INFERORUM *Principe Græci* PLUTONEM; *Latini* DITEM *appellant. Fuit is, ut fabulæ perhibent, Saturni filius: quo regnis suis dejecto, cum Iove & Neptuno fratribus de eisdem regnis sortitus, Inferos sorte adeptus est. Hinc* Jupiter Stygius *sive* infernus *dictus: atque ipsum Inferorum regnum, nunc* tertiam, *nunc* novissimam sortem *poetæ appellant: quia nempe Iovis (cui cœlum & terra) ac Neptuni (cui maris imperium obtigerat) sorte, longè inferior erat Plutonis portio Tangit Tib. l. 3. El. 5.* Parcite, pallantes umbras quicunque tenetis,

Duraque sortiti tertia regna Dei.

3. PROSERPINA. *Ep.* Sæva, immītis, torva, fĕrox, nīgra, furva, umbrōsa, horrenda, Stygia, Plūtōnia, Tartărea, *&c.* Triformis, tergĕmĭna, Sĭcŭla, Trīnacria, &c. Regina Erebi. Inferni pollens matrona tyranni. *Virg.* Juno inferna *Papin.* Juno Averna. *Claud* Juno profunda. Plutonia conjux. Noctis hera. Nigri Jovis horrida conjux. *Ovid.* Furva Persephone. *Virg* —Domina Ditis *Ov.* 4 *Fast.* Nupta Jovis fratri, tertia regna tenet. *Persephone.*

Cereris nata. Ænea *vel* Ennæa virgo. Rapta Stygio prædoni puella. *Sen.* Quam tot irrita quæsivit Ætna mater. Stygio abducta curru. *Papin.* Elysii sponsa tyranni.

Hecate triformis, triceps, tergemina, nocturna. *Virg.* 6. Voce vocans Hecaten, cœlóque Erebóque potentem PROSERPINA. *Græcis* Persephone, *Iovis & Cereris filia, quam ex Enneis campis in Sicilia à Plutone abductā, cùm mater accensis tædis nequicquam per totum orbem quæsivisset; tandem à Iove impetravit, ut senis quotannis, mensibus secum apud superos esset, reliquos sub terra apud maritū degeret. Quod ideo commen-* *Hecate.*

ti sunt poëtæ, quia Luna æquato temporis spatio & nostrum hunc orbem, & eum, qui pedibus nostris obversus est, illustrat Nam LUNAM (*quæ &* HECATE *vel ob centenas ejus virtutes, vel quod* ἑκὰς, *i. e.* longè *radios emittat, sicut* ἑκατ⊙, Apollo, *i. e. longè jaculans*) DIANAM *&* PROSERPINAM. *Idem esse Numen suprà in* Triviæ *explicatione dictum est fol.* 203. *Quibus adde Prudentii locum lib. contra Symmachum.*

Denique cùm LUNA est, sublustri splendet amictu:
Cùm succincta jacit calamos, LATONIA VIRGO est:
Cùm subnixa sedet solio, PLUTONIA CONJUX
Imperitat Furiis, & dictat jura Megæræ.

3. CHARON. *Ep.* Squallidus, niger, teter, pallidus, tristis, durus, horrendus, horridus, immitis, avarus, Stygius, *&c.* Portitor Orci. Tristis navita Stygiæ remigator undæ, Infernæ navita turpis aquæ. Paludis navita Tartareæ. *Pap.* Umbriferæ sulcator Pallidus undæ. *Prop.* At tu nauta, pias hominum qui trajicis umbras *Luc* Flagrantis portitor undæ Terribili squallore Charon, impexis crinibus, cultu & aspectu horridus. Stygii lurida cymba senis. *Ejus descript. ex Virg l* 6. Portitor has horrendus aquas & flumina servat Terribili squallore CHARON, cui plurima mento Canicies inculta jacet, stant lumina flammâ; Sordidus ex humeris nodo dependet amictus. Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat, Et ferruginea subvectat corpora cymbâ jam senior, sed cruda Deo viridisque senectus. *Sen. OEd.* Quique capaci turbida cymbâ Flumina servat, durus senior, Navita crudus, vix assiduo brachia conto lassata refert, Fessus turbam vectare novam, i. e. *Umbras mortuorum trajicere, quo exortâ Thebis pestilentiâ ingenti numero ad eum confluebant. Nam id* CHARONTIS *munus. Unde poëtæ ad* mortem *vel* mortalitatem *describendam non rarò* Charontis cimbâ *utuntur, ita Prop. significans omnibus semel esse moriendum*: Scandenda est torvi publica cimba senis. *Et Ovidius consolat. ad Liv.*

Fata manent omnes, omnes exspectat avarus
PORTITOR, & turbæ non satis una ratis.

4. CERBERUS *Ep.* Insomnis, pervigil, ingens, impavidus, tristis, asper, horrificus, triceps, trifaux, triformis, Tartareus, *&c.* Canis tergeminus, Stygius, vipereus, *&c.* Tenaria janitor aulæ, Orci tergeminus custos: Stygias observans fores Tria guttura pandens: terna vasto capita concutiens sono. Qui Stygias excubat ante fores; tribus infernum custodit faucibus antrum. Tartareus custos. Insomnis lacrymosæ janitor aulæ. *Papin.* Janitor atriæ impavidus Lethes. *Ovid.* Medusæi monstri guttura: trifaux hiatus. *Virg.* Cerberus hæc

ingens

ingens latratu regna trifauci Personat, adverso recubans immanis in antro: *Sen.* Custos opaci pervigil regni canis. *Horat. ad Orphai testudinem.* Cessit immanis tibi blandienti Janitor Cerberus, quamvis furiale centum Muniant angues caput ejus, atque Spiritus teter saniesque manet Ore trilingui. *Sanazarius Virgilium imitatus:*——— —& non lætabile murmur Tergemini canis, adverso qui carceris antro Excubat insomnis semper, rictuque trifauci Horrendum stimulante fame sub nocte profunda Personat. CERBERUM *Ditis canem fingunt poëtæ ad Orci limina in catena excubare, & janitoris officio fungi Eique non tria solùm capita, sed & jubam anguineam tribuunt: unde* vipereum canem & monstrum Medusæum *Ovidius appellat. Sen in Herc. Fur.*

———sordidum tabo caput
Lambunt colubri, viperis horrent jubæ,
Longúsque tortâ sibilat caudâ draco.

5. JUDICES INFERNALES.

Ep. Immitēs, torvī, inexōrābilēs, rīgĭdi, sĕvērī, dūrī, nīgrī. Orci arbitri. Judices umbrarum: ore torvi: difficiles flectu: urnâ posita tremendi. *Sen. Herc. Fur de Orphei lyra:* Mulcet non solitis vocibus inferos: Et qui fronte nimis crimina tetricâ Quærunt, ac veteres excutiunt reos; Flentes Eurydicem JURIDICI sedent. *Horat* Quàm pœne furvæ regna Proserpinæ, Et judicantem vidimus Æacum? *Virg. lib. 6.* Quæsitor Minos urnam movet, ille silentum Conciliumque vocat, vitásque, & crimina discit. *Ibid.* Gnosius hæc Rhadamantus habet durissima regna: Castigátque, auditque dolos: subigitque fateri, Quæ quis apud superos furto lætatus inani Distulit in seram commissa piacula vitam. JUDICES INFERNALES *poëtis tres esse perhibentur: quos, ob egregiam in terris justitiam & severitatem, assumptos à Plutone volunt, ut in mortuorum anteactam vitam & mores inquirant, déque eis sententiam arbitrio suo ferant. Sunt autem hi:* ÆACUS, *Iovis & Æginæ filius, Ovidio dictus* Asopiades *ab Asopo Bæotiorum rege, Æginæ patre.* RHADAMANTUS, *Cretensis, Iovis ex Europa filius, unde Virgilio suprà* Gnosius *vocatur. Tertius denique* MINOS, *Iove item & Europa Agenoris filiâ genitus (unde Papinio* Judex Agenoreus *dicitur) Cretensium rex: quare à Virgilio* Gortynius, *ab Ovid.* Rex Dictæus *cognominatur. Tribunalia eorum & cujusque forum habes apud Senec. in Herc. Fur. quemlibet adducere.*

Non unas altâ (A) sede quæsitor (B) sedens
Judicia trepidis sera sortitur (C) reis.
Auditur (D) illo Gnossius MINOS foro,

RHADAMANTUS illo, Thetidis hoc audit (E) socer (F)
Quod quisque fecit, patitur: auctorem scelus
Repetit, suóque premitur exemplo nocens.

(A) Tribunali altiori & fixo (B) Judex. Nam apud Rom. qui judiciis publicis præerant, Quæsitores, &, per syncopen, Quæstores dicebantur, quod in crimina inquirerent (C) Quia sc. sortibus sive tabellis (quarum aliæ absolutionis, aliæ condemnationis, aliæ denique ampliationis notas continebant) ex urna apposita eductis, Judices reo vel salutem vel capitis periculum dabant (D) Dum sc. sententiam profert (E) sc. caussas reorum (F) Æacus pater Pelei, cui Thetis Achillem peperit, unde ipse achilles ÆACIDES.

INFERNALES FLUVII.

1. STYX. *Ep.* Pigra, lenta, iners, ignāva, tăcita, ātra, dira, livĭda, tristis, profunda, nigra, horrenda, Tartărea, inferna, *&c.* Inferna palus; inamœna, pigra, *&c.* Ignavæ stagna paludis. Diræ Stygis deformis unda. Atro Styx livida fundo: novem circumflua campis. discretis interflua Manibus obstans Stygius amnis. Stygii lacus. *Sen.* —— neve remeandi amplius Pateat facultas, flexibus multis gravem involvit amnem. *Ovid.* Styx nebulas exhalat iners. Dis jurata palus. *Claud.* —— horrendæ stagna intemerata paludis *Sil. lib.* 12. At magnis semper Divis regique Deorum Jurari dignata palus, picis horrida rivo Fumiferum voluit Styx inter sulphura limum. *Virg. l.* 6. ———— Stygiámque paludem, Dii cujus jurare timent & fallere numen. Timent; *inquit, Et meritò. Nam si pejerare contingat, annum unum & dies novem Nectare & Ambrosiâ, Deorumque mensis carendum est. Hunc autem honorem* Stygi *datum volunt fabulæ, quòd Vis, Robur, Victoria, hujus filiæ, Iovi adversùs Titanas opem tulerint: vel quod* Styx *ipsa patefecerit Iovi Deorum conjurationem, qui ipsum vincire moliebantur. Porrò fingebatur hæc palus novenis flexibus loca inferna circumfluere, & Vmbris omnem spem reditûs præcidere Quod attingit Virg. l.* 6.

———— QUAM vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores:
Fata obstant, tristique palus innabilis unda
Alligat, & novies Styx interfusa coërcet.

2. COCYTUS. *Ep* ātĕr, ĭnāmœnus, ĭners, pĭgĕr, languĭdus, &c. *Vide* STYX. Tarda Cocyti palus, iners vadum, pigra vorago. Cocyti limus niger & deformis arundo *Horat.* Visendus ater flumine languido Cocytus. *Non desunt, qui* COCYTUM *cum* Styge *confundunt, tum propter Epitheta auctorum utrique communia: tum propter Virgil. l.* 6. *qui Charontem nunc in Styge, nunc in Cocyto ponit, ac tandem utrumque amnem conjungit:*

Cocyti stagna alta vides Stygiamque paludem.

3. ACHERON. *Ep.* Răpĭdus, mœstus, ātĕr, pĭceus, fĕrox, tristis, Tartăreus. Sanie crassóq; veneno æstuans: liventes ejectas arenas. Turbidus cœno: vastáque voragine gurges. Acherontis undæ. *Seneca:* At hinc tumultu rapitur ingenti ferox. Et saxa fluctu volvit Acheron invius. *Dictus est* ACHERON ἀπὸ τὸ ἄχηρειν, *quòd doloribus fluat.* Styx *autem* ἀπὸ τῦ στυγέω, *i. e.* odi *vel* exhorresco: *Denique* Cocytus ἀπὸ τῦ κωκύειν, *i. e.* flere, ejulare.

4. PHLEGETHON. *Ep.* Ardens, igneus, flammeus, răpĭdus, viŏlentus, sŏnōrus, fŭrens, sævus, ātĕr, Tartăreus, *&c.* Furens ardentibus undis. Igneus amnis: ruptis volvens incendia flammis. Ardentes Phlegethontis undæ. *Virg. Tartarum describens:* Mœnia lata videt triplici circumdata muro, Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon, volvitq; sonantia saxa. *Sil l* 13. Ardenti Phlegethonte natat; fervoribus atris Fons rapidus furit, atque ustas sub gurgite cautes Egerit, & scopulis pulsat flagrantibus ora. *Papin.* 4 *Th* Fumidus atra vadis Phlegethon incendia volvit. *Vides clarè alludere omnes ad* Phlegethontis *Etymon, quod ab* igne *ducitur. Nam* φλέγω *est* uro, ardeo. *Quid verè Claudiano amœnius? qui nobis hunc fluvium specie humanâ exhibet, atque cum igneis illis notis: libro* 2. *de Raptu.*

———— Dominis intrantibus ingens
Assurgit PHLEGETHON: flagrantibus hispida rivis
Barba madet, totoque fluunt incendia vultu.

5. LETHE. *Ep.* Sēcūra, sŏpōrĭfĕra, somnĭfĕra, tranquilla, crassa, quiēta, torpens, ātra, inferna, Tartărea. Lethæa aqua, unda. Lethæus liquor, amnis Lethæum stagnum, flumen. Obscuræ torpentia flumina Lethes. Stagna tranquillæ marcida Lethes. Lethææ oblivia ripæ. *Sen Hipp.* Unda miseris grata Lethes *Id. Herc. Fur.* Placido quieta labitur Lethe vado, Demitque curas. *Virg. lib.* 6. —animæ, quibus altera fato Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undas Securos latices & longa oblivia portant: *Nempe, ut rerum omnium & totius actæ jam vitæ obliviscantur. Id enim Vmbris præstare* Lethes *aqua potata credebatur: sic dicta* ἀπὸ τῆ λήθης, *id est* ab oblivione: *quæ quia curas omnes & sollicitudinem optimè necat, hinc ipsa* Lethe *poëtis non rarò* secura *dicitur, atq; inter alios Ovidio lib.* 2. *Pont. El.* 4.

Non ego, securæ biberes si pocula Lethes,
Excidere hæc credam pectore posse tuo.

INFERNI ALIA LOCA
ex Catholicorum sententia:

1. PURGATORIUM. Purgantes flammæ. Purgator ignis. Flammæ lustrales, quæ pias animas omni jam labe purgatas cœli ad convexa remittunt, Dantque videre domos superas atque aurea tecta. Christiades umbræ, clausæ tenebris & carcere cæco Non Erebo, nec jam turba recepta polo: Quam tamen & flammæ cingunt, & mille dolorum circumerrant acies. Tenebrosi carceris antrum: ubi Christiades animæ, inclusi Manes, tenues sine corpore vitæ, detinentur: Donec longa dies perfecto temporis orbe Concretam exemit labem, purúmque reliquit Ætherium sensum, atque aurai simplicis ignem. *Plura in hoc genere ex Virg. lib. 6. ad nostram doctrinam accommodari possunt, ac potissimùm hac sequentia:*

Quin & supremo cùm lumine vita reliquit;
Non tamen omne malum miseris, nec funditùs omnes
Corporeæ excedunt pestes: penitúsque necesse est (A)
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt, aliæ (B) panduntur inanes
Suspensæ ad ventos: aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.
QUISQUE suos patimur MANES (C) exinde per amplum
Mittimur Elysium, & pauci læta arva tenemus.

(A) *i. e.* vix fieri potest, ut anima ex diuturna corporis conjunctione non aliquid ab illo sordium contrahat (B) Attingit triplex expiationis genus apud antiquos: quæ fiebat aut aquâ, aut igni & sulphure, aut aëris ventilatione (C) Manes, *i. e.* Deos inferos, Furias vel tortores Tartareos.

2. LIMBUS. *Hunc pulchrè describit Hier. Vida lib. 6. Christiados hunc in modum*:

Innocuæ circum sedes, secretaque longè
Atria circuitu longo; hîc incendia nulla,
Nulli obsunt penitus flammis ultricibus ignes:
Umbrarum sedi iners requies, penitúsque silentis,
Mundi temperies. Secretæ his sedibus ævum
Intontes degunt animæ, quibus haud sua damno
Admissa; at primi scelus exitiale parentis
Detinet hîc clausas, nostri æ nil lucis egentes,
Pœnarum prorsum expertes, nisi luce carerent
Jucunda, qua gens gaudet stellantis Olympi.

INFERNI MANES.

Umbra. *Ep.* Nigri, imi, tristes, mœsti, silentes, surdi, profundi, Lethæi, Stygii, elysii. Animæ exsangues. Umbræ silentes,

tes, graciles, tenues. *Ovid.* Et gracilis structos effugit umbra rogos. Pallentes umbræ. Cœtus silentûm. *Populus levis. Virg.* 4. *Georg.* Umbræ ibant tenues, simulacraque luce carentum. Simulacra modis pallentia miris. *Ovid.* 4 *Met.* Styx nebulas exalat iners: umbræque recentes Descendunt illac, simulacraque functa sepulchris. *Idem:* Errant exsangues sine corpore, & ossibus umbræ. *Prop.* Sunt aliquid Manes, lethum non omnia finit: Luridáque evictos effugit umbra rogos. *Animæ silentes.*

UMBRAS *vocârunt Antiqui animas à corpore separatas: tribuentes iis non quidem corpus, sed quasi corpus. Neque ita, ut veras esse umbras putarent; sed quia instar umbrarum ab intellectu nostro concipi solent: vel, quia instar umbrarum vivis sese offerunt. Ac tunc quidem appellantur poëtis* simulacra, imagines, figuræ *Virgilius*: Morte obitâ quales fama est volitare figuras. *Dicuntur & Latinis* Manes: *vel omnis causâ* (Manum *enim idem est, quod* bonum: *unde vox opposita* immanis) *vel, ut vult Servius per antiphrasin, quia multi scil. ex iis mali: nempe Tartareo, ob scelera peracta, carceri addicti. Nam qui piè sanctéque vixerunt, à primis illis secreti, in campis Elysiis à Virgilio aliisque collocantur: & pii, boni, felices dicuntur.*

Devenêre locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, sedésque beatas.
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi (A)
Quique sacerdotes casti (B) dum vita manebat:
Quique pii vates, & Phœbo digna (C) locuti.
Inventas (D) aut qui vitam excoluêre per artes:
Quique sui memores alios fecêre (E) merendo.
OMNIBUS his niveâ (F) cinguntur tempora vittâ.
Dicite, FELICES ANIMÆ, tuque optime vates,
Quæ regio Anchisen, quis habet locus? ——

(A) Qui fortiter pro patriis legibus (inter quas Dei cultus primas obtinet) mortem oppetierunt (B) Nam sacra castitatem amant. Procul hinc, procul est profani (C) Qui Dei Deorumq; ac præclarorum virorum laudibus decantandis intenti, nullis obscœnis aut amatoriis Musas virgines dehonestârunt; vel: Qui Deorum interpretes constituti, nunquam falsa populos docuerunt, corrupti ac corruptores (D) Qui bonas ac laudabiles artes aut ipsi invenerunt, aut ab aliis inventas piè sanctéque excoluerunt (E) Bene de aliis meriti: benevoli ac benefici. (F) In argumentum castitatis, probitatis, divinitatis: quorum Symbolum color albus.

INGENIUM.

Ep Dives, nobile, capax, uber, docile, egregium, solers, acutum, præstans, divinum, *&c* Ingenii facultas. Ingenii vires, acies, vigor. Ingenii flumen: ingenii dives vena. *Ovid.*

Mutabilis. Instabilis. bile pectus. *Sen.* Fluctuque magis mobile vulgus. *Virg.* Varium ac mutabile semper femina Anceps animi: huc illuc nutans: sibi non constans, *Sen.* Semper impatiens sui. Nil idem dubio placet *Virgil.* Quæ te sententia vertit? Quanam sententia vobis versa retro. *Hypsipyle apud Ovid.* Mobilis Æsonide, vanaque incertior aurâ Cur tua promissi pondere verba carent? *Huc spectant illa Hyperbolica, quibus poeta crebrò utuntur:* Pluma *vel* folio levior: Vento mutabilior. Mari, Syrtibus, Euripo inconstantior, &c. *Ovid. Epist.* 5. & *Prop. l.* 2. *Eleg.* 9.

Tu levior foliis, tunc cum sine pondere succi
Mobilibus ventis arida facta volant.
Et minus est in te, quàm summa pondus aristâ,
Quæ levis assiduis Solibus usta riget.
Non sic incerto motantur flamine Syrtes,
Nec folia hiberno tàm tremefacta Noto!
Quam cito femineâ non constat fœdus in irâ,
Sive ea caussa gravis, sive ea caussa levis.

INCREDIBILE.

Fide majus. Res fide major *vel* excedens fidem. Credibili majus. *Ovid.* Excessitque fidem meritorum summa tuorum *Id.* Multaque credibili tulimus majora, ratamque Quo minùs acciderint non habitura fidem. *Huc spectant particulæ, quas poeta in re aliqua miranda aut incredibili adhibere solent. Vt:* Quis credat? Credere quis possit? Si credere fas est. Si qua fides. Vix ausim credere. Si credere dignum est. Nisi vatibus omnis eripienda fides. *Ovid. Fast.* Orta prior Luna (de se si creditur ipsi) A magno tellus Arcade nomen habet.

INFAMIA.

Dedecus. Probrum. Opprobrium. Pudor. Infamis nota Æternum opprobrium. Turpis ignominia *Horat* O pudor: ô magna Carthago, probrosis Altior Italiæ ruinis! Infamis, famosus, turpis, probrosus, Minor famæ. Stirpis probrum. Generis opprobrium sui, *OEdipus apud Senec.* —seculi crimen vagor, Odium Deorum.

INFERNUS,

ALIAQUE PLURIMA HUC SPECTANTIA.

Erebus. *Ep.* Squallĭdus, squallens, tristis, mœstus, ĭnāmœnus, lūrĭdus, pallĭdus. Profundus, ŏpācus, nĭgĕr, tĕnĕbrōsus, ātĕr, obscūrus, cœcus, ĭnānis, sĭlens, immītis, rĭgĭdus, dūrus,

tē-

tetèr, horribilis, tremendus. Janua Ditis: lurida porta: Stygiæ fores: alta ostia Ditis. Averni limen, fauces, specus, nus, Infernæ specus. Tartareum barathrum, antrum: horrendum specus. Immanes Erebi hiatus, profunda vorago, loca, spatia. Tænariæ limen, irremeabile portæ. Tartarei sinigri recessus. *Tartarus. Orcus.*

Stygiæ tenebræ. Noctis æternæ chaos. Cimmerii lacus. Chaos ingens, vastique silentia regni. Silentes nocte perpetuâ domus. Luce carentia regna, Erebi nox. Tartara nigra, Tristes sine Sole domus.

Umbrarum domus. —descendere ad umbras, Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam. Manes descendere ad imos. Acheronte sub imo, *&c.* Sedes inferorum.

Infernæ paludes, aquæ. Tartari vada. Erebi amnes, Tænarii lacus: Acherontis, Stygis, Cocyti, Lethes flumina, aquæ undæ. Stagna Lethea. Letheæ stagna paludis. Lethei fluminis unda, Pallida ditis aqua. Stygius gurges, &c. *Nam* STYX, LETHE, *aliique fluvii infernales (de quibus infra) à poetis non rarò Synechdochicos pro ipso inferno sumuntur.*

Infernæ sedes. Domus Stygiæ, Tænariæ vacuæ, *&c.* Plutonia regna. Furvæ regna Proserpinæ. Ditis umbrosi domus, aula, regia: Stygii tecta tyranni: Inferno Plutoni subdita regna. Nigri regia cæca Dei. Ditis regnum. Opaca Ditis inferni loca. Tacitæ erebi sedes, pallida regna *Hor.* —habentque Tartara Panthoiden iterum Orco demissum. NOTA ORCUM *vocari nunc ipsum Plutonem, nunc ejus regiam* ab urgendo, *ut quidem Latini volunt; nam Græci aliò referunt. Præterea* TARTARUM *propriè esse interiorem inferni partem, nocentium pœnis destinatam: quam Virg. l. 6. ad lævam ponit, uti sedem Beatorum, ad dexterum.*

——————partes ubi se via scindit in ambas,
Hac iter Elysium nobis: at læva, malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara.

Iam verò EREBUS *ab aliis fluvius perhibetur infernalis, aliis idem est cū* Tartaro *sive impiorum loco. Apoetis crebrò pro toto Inferno usurpatur: sicut &* TÆNARUS *Laconiæ promontorium, in quo fauces esse credebantur ad Inferos deducentes: &* AVERNUS *Campaniæ lacus, similiter ob tetrum odorem inferorum limen creditus. Vide notissimam hujus descriptionem apud Virg. l. 6. De Tænaro subjicio Papinii locum ex 2. Theb:*

Hoc (ut fama) loco pallentes devius umbras
Trames agit, nigrique Jovis vacua atria ditat
Mortibus, Arcadii perhibent si vera coloni,

Stri-

Virg.6.Æn. ——quàm vellent æthere in alto (i.e. *inter vivos sive superstites*) Nunc & pauperiem,& duros perferre labores! Fata obstant, tristique palus innabilis undâ Alligat, & novies Styx interfusa coercet. Ergo exercentur pœnis,*&c.* Ignis ibi æternus, semper nova flamma renascens. Pæna immortalis. *Sen.*—— certus inclusos habet Locus nocẽtes, utq; fert fama, impios Supplicia vinclis sæva PERPETUIS domant Semper coacti vivere,& semper mori. *Hanc damnatorũ æternam vivamq; mortem expressit Virg l 6. in Tityi jecore, quod vultur indefessus rostro obunco rimatur assiduò, vellit, laceratque, nec unquam tamen consumit: unde illud nunc* immortale *vocat, nunc* fœcunda pœnis viscera, *nunc* fibras renatas. *Cui adde Ov locum in Ibin. auctore Christiano dignum;*

Nec mortis pœnas Mors altera finiet hujus,
Horaqué erit tantis ultima nulla malis.

CRIMINA.

quibus (etiam Ethnicorum sententiâ) pœna æterna debita fuit: Musâ Maronianâ l. 6. Æn.

Hic quibus invisi fratres (A) dum vita manebat,
Pulsatúsve parens (B) aut fraus innexa (C) clienti.
Aut qui divitiis soli (D) incubuêre repertis,
Nec partem posuêre suis (quæ maxima turba est)
Quiqúe ob (E) adulterium cæsi, quique arma (F) secuti
Impia, nec veriti dominorum fallere (G) dextras,
Inclusi pœnam expectant————
Saxum ingens volvunt alii, radiisqúe rotarum
Districti pendent: sedet ÆTERNUMQÚE sedebit
Infelix Theseus; Phlegyasqué miserrimus omnes
Admonet,& magna testatur voce per umbras:
DISCITE JUSTITIAM moniti,& non temnere Divos.
(H) Vendidit hic auro patriam, dominumqué potentem
Imposuit: fixit leges pretio (I) atque refixit.
Hic thalamum invasit natæ, veritosqué (K) Hymenæos
Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.
Non mihi si linguæ centum sint, oraqué centum,
Ferrea vox omnes SCELERUM (L) comprendere formas,
Omnia POENARUM percurrere nomina possim.

(A) Qui odia fraterna exercuerunt (B) Qui parentes suos vel manu solum pulsaverunt (C) Patroni, qui clientes suos per fraudem deceperunt (D) Avari sibi unis corradentes, amicis & affinibus, quamvis indigentibus, ne tantillum aspergentes. (E) adulteri: qui manifesti, sæpe morte mulcati sunt (F) Bellis civilibus: faventes (G) Servi fidem, cujus dextere signum est

est, dominis debitam violantes (H) patriæ proditores (I) Qui in legibus condendis & abolendis, non Reip. utilitate, sed pretiis corrumpentium ducuntur (K) Incesti omnes & vetitis nuptiis operam dantes (L) Denique scelera alia innumera, quibus suæ quibusque pœnæ à Judicibus infernalibus decernuntur,

POENÆ APUD INFEROS NOTIORES ET MAXIME CELEBRATÆ:

I. IXIONIS ROTA.

De quâ Tib lib. 1 *El*. 3. Illic, Junonem tentare Ixionis ausi Versantur celeri noxia membra rotâ. *Sen*. Rapitur volucri tortus Ixion rotâ. Ixionis orbis. Infernæ vincula sæva rotæ.

2. SISYPHI SAXUM.

Sisyphius labor. *Sen*. Cervice saxum grande Sisyphia ledet. *Ovid*. Sisyphus est illic, saxum volvensque potensque Quique agitur rapidæ vinctus ab orbe rotæ, *Hor*. Dammatusque longi Sisyphus Æolides laboris. *Mart*. —lassi marmora Sisyphi. *Sen*. Senis perennis Æolii labor.

3. TITYI VULTUR.

Sen. Præbet volucri Tityus æternas dapes. *Tib*. Porrectusque novem Tityus per jugera terræ; Assiduas atro viscere pascit aves. *Virg*. Nec non & Tityon, terræ omnipotentis alumnum Cernere erat, per tota novem cui jugera corpus Porrigitur: rostroque immanis vultur obunco Immortale jecur tundens, fœcundaque pœnis Viscera, rimaturque epulas, habitatque sub alto Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis *Sen*. *Thy*. ——— Tityi semper accrescens jecur Visceribus atras pascit effossis aves.

4. TANTALI SITIS.

Phrygii senis fallax unda. Garruli senis fugax amnis. *Sen*. *Herc fur*. In amne medio faucibus siccis senex Sectatur undas: abluit mentũ latex: Fidemque cùm jam sæpe decepto dedit; Petit unda: in ore poma destituunt famam *Ovid*. Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit. *Id*. *in Ibin*. Poma pater Pelopis præsentia quærit, & idem Semper eget liquidis, semper abundat, aquis. *Tib*. *l*. 1. —acrem Jam Iam porturi deserit unda sitim.

5. BELIDUM URNAE.

Danaidum dolia Pœna sororum urna. *Prop*. *l*. 4. ——— —si fallo; pœna sororum infelix humeros urgeat urna meos,

os. *Sen.* Urnasque frustra Danaides plenas ferunt. *Tib. l.* 1. Et Danai proles, Veneris quæ numina læsit, In cava Lethæas dolia portat aquas *Ov.* 4. *Met.* Moliriquè suis lethum patruelibus ausæ, Assiduè repetunt quas perdunt, Belides, undas.

TORQUENDIS APUD INFEROS NOXIIS PRÆPOSITI.

1. CACODÆMON. *Epit.* Fallax, subdŏlus, mălignus, pervĭgĭl, fĕrox, sævus, impius, dīrus, mălus, trux, horrendus, noctĭpŏtens, lūcĭfŭga, *&c* Phlegetonthæus anguis, coluber Tartareus draco. Stygius serpens, miseræ deceptor subdolus Evæ. Humani nominis hostis; —— artes cui mille nocendi ——cui tristia bella, iræque, insidiæque & noxia crimina cordi. Arbiter orci, moderator Averni: umbrarum pater. Tartarei fratres: Stygia agmina: noctipotens manus: tartareo submissa barathro. *Hier Vid* Lucifugæ pestes; sine corpore vulgus nubivagum. Noctivagi fratres, superi quos ira parentis Cœlo, immane nefas animis excussit adortos, Tartareisque genus miserabile mersit in antris. Quando illos tenuit regnandi tanta cupido. Nunc miseros pœnis manes miseri magis ipsi Exercent, vinctosque tenent nigrantibus oris.

Descriptio eorundem ex ejusdem 1. *Christiados:*

Continuò ruit ad portas gens omnis, & adsunt
Lucifugi cœtus; varia atque bicorpora monstra:
Pube tenus hominum facies, verum hispida in anguem
Desinit ingenti sinuata volumine cauda.
Gorgonas hi, Sphingasque obscœno corpore reddunt,
Centaurosque hydrásque illi, ignivomasque Chimæras:
Centum alii Scyllas, ac fædificas Harpyjas,
Et quæ multa homines simulacra horrentia fingunt.
At centum-geminus flammato vertice supra est
ARBITER ipse EREBI, centenáque brachia jactat
Horrisonus, totidémque eructat faucibus æstus.
Omnes luctificum fumumque, atrosque procaci
Ore oculisque ignes, & vastis naribus efflant.
Omnibus intorti pendent pro crinibus angues
Nexantes nodis sese, ac per colla plicantes.
In manibus rutilæque faces, uncique tridentes,
Queis sontes animas subigunt, atque ignibus urgent.

2. FURIÆ. *Epit* Tristēs, trŭcēs, cŏlŭbrĭfĕræ, fĕræ, fĕrōcēs, fērālēs, atræ, inānæ, crūdēles, torvæ, sævæ, imprŏbæ, anguĭfĕræ, vipĕreæ, ătrōcēs, diræ, luctĭfĭcæ, fŭrĭbundæ, răbĭdæ; horrendæ, pallidæ, furvæ, ultrīcēs, cruentæ, scĕlĕrātæ, Stygiæ, Tartărēæ, *&c.* Anguicomæ sorores: Nocte editæ, crudeles Erebi Ditisque ministræ. Satæ Nocte virgines: impexæ ferox *Eumenides, Erinnyes. Diræ.*

pro crinibus angues: pallâ cruentâ succinctæ: *Sil.* ——— imos agitantes verbere Manes Dira furiarum cohors, brevibus torquata colubris: Stygiam cruentâ præferens dextrâ facem: Gorgoneis infecta venenis. *Sen. Med.* Adeste, adeste sceleris ultrices Deæ, Crinem solutis squallidæ serpentibus, Atram cruentis manibus amplexæ facem. *Ov.* Ferte faces in me, quas fertis Erinnyes atræ *Cat.* —facta virûm multantes vindice pœnâ Eumenides, quibus anguineo redimita capillo Frons, &c. *Claud.* 1. *Ruff.* — surgit tristi de sede MEGÆRA, Quam penes insani fremitus, animiq; profanus Error, & undantes spumis furialibus iræ *Iuno apud Virg.* 7. *Æn.* Luctificâ ALECTO dirarum ab sede sororum Infernisq; ciet tenebris, &c. *Ovid.* 4. *Met.* TISIPHONE canos, ut erat turbata, capillos Movit, & exstantes dejecit ab ore colubros: Parsq; jacent humeris, pars circum pectora lapsæ Sibila dant, saniemque vomunt, linguisq; coruscant. FURIÆ (*quas Græci* ERINNYES & EUMENIDES, *Latini etiam* Diras *appellant*) *nocte & Erebo, sive ut alii, Acheronte genitæ à poëtis tres esse perhibentur:* ALECTO TISIPHONE & MEGÆRA. *Quas Plutoni deservire volunt, & maleficorum scelera tum in hac vita, tū apud inferos crudelibus pœnis insectari: tum bella, pestilentiam, morbos, aliaq; mala mortalibus immittere.* Virgines, *etiam proverbio apud Græcos celebrantur, quòd nullo pacto unquā corrumpi possint, qui in pœnas de delinquentibus sumant.* ἀεὶ παρθένοι ἐριννύες, *i. e.* semper Furiæ virgines. *Hinc apud Virg. l.* 7. ALECTO *dicitur* Virgo sata Nocte. *Et apud Ov* 4. *Metam. omnes simul* implacabiles.

——— — illa sorores
Nocte vocat genitas, grave & implacabile numen.

Habitum earum quod attinet, poëta illis tribuunt alas, & pro crinibus angues: *In manibus vero* facem & flagellum *sive* stimulū *ad infestandos scilicet improbos. Testimonia passim occurrunt.* Angues & alas *habes apud Virg. l.* 2. *de Alecto & Tisiph.*

Dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ:
Quas & Tartaream Nox intempesta Megæram
Uno eodémque tulit partu, paribúsque revinxit
Serpentum spiris, ventosasque addidit alas.

INFERORUM REX, EJUSQUE
CONJUX ET MINISTRI.

1. PLUTO. *Ep.* Torvus, fĕrus, ferreus, immitis, sævus, dūrus immānis, ăvĭdus, ăvārus, răpax, implăcātus, ātĕr, nĭgĕr, furvus, ŏpertus, mœstus, tĕtĕr, umbrōsus horrĭdus, Stygius, Tartăreus, infernus, Phlĕgĕthontæus, &c. Arbiter noctis, umbrarumque potens. Ignavi domitor mundi, Tertiæ sortis hæres

Sty-

Stygius Tyrannus Stygii dominator Averni. Stygius Rex. Jupiter infernus, Stygius, niger. *Sil.* Nigro ferre Jovi, cui tertia regna laborant. Rex silentum. Dux Erebi. Æternæ regnator noctis. Dis Phlegethontæus. Furvus Jovis frater. Cereris gener. Proserpinæ raptor; torvus prædo, *&c.* Umbrarum Dominus, inamœna tenens regna. *Sen.* Dominus regni tristis.

Dis pater, Tænariæ moderator aulæ. Carentes luce qui regit domos. *Claud.* Tertius hæres Saturni. *Ovid.* Cui triplicis cessit fortuna novissima regni. *Plutonis descriptio ex Sen. Herc. Fur.* Adversa Ditis regia atque ingens domus, umbrante luco tegitur, hic vasto specu Pendent tyranni limina: hoc umbris iter, Hæc porta regni, campus hanc circa jacet. In quo superbo digerit vultu sedens Animas recentes, dira majestas Deo: Frons torva, Fratrum quæ tamen specimen gerat, Gentisque tantæ: vultus est illi Jovis, Sed fulminantis: Magna pars regni trucis. Est ipse dominus, cujus aspectum timet Quidquid timetur. INFERORUM *Principē Græci* PLUTONEM; *Latini* DITEM *appellant. Fuit is, ut fabulæ perhibent, Saturni filius: quo regnis suis dejecto, cum Iove & Neptuno fratribus de eisdem regnis sortitus, Inferos sorte adeptus est. Hinc* Jupiter Stygius *sive* infernus *dictus: atque ipsum Inferorum regnum, nunc* tertiam, *nunc* novissimam sortem *poëtæ appellant: quia nempe Iovis (cui cœlum & terra) ac Neptuni (cui maris imperium obtigerat) sorte, longè inferior erat Plutonis portio. Tangit Tib. l. 3. El. 5.* Parcite, pallantes umbras quicunque tenetis,

Duraque sortiti tertia regna Dei.

3. PROSERPINA. *Ep.* Sæva, immītis, torva, fĕrox, nīgra, furva, umbrōsa, horrenda, Stygia, Plūtōnia, Tartărea, *&c.* Trifōrmis, tergĕmĭna, Sĭcŭla, Trīnacria, &c. Regina Erebi. Inferni pollens matrona tyranni. *Virg.* Juno inferna. *Papin.* Juno Averna. *Claud.* Juno profunda. Plutonia conjux. Noctis hera. Nigri Jovis horrida conjux. *Ovid.* Furva Persephone. *Virg.* —Domina Ditis. *Ov. 4 Fast.* Nupta Jovis fratri, tertia regna tenet. *Persephone.*

Cereris nata. Ænea *vel* Ennæa virgo. Rapta Stygio prædoni puella. *Sen.* Quam tot irrita quæsivit Ætna mater. Stygio abducta curru. *Papin.* Elysii sponsa tyranni.

Hecate triformis, triceps, tergemina, nocturna. *Virg. 6.* Voce vocans Hecaten, cœlóque Erebóque potentem. PROSERPINA. *Græcis* Persephone, *Iovis & Cereris filia, quam ex Enneis campis in Sicilia à Plutone abductā, cùm mater accensis tædis nequicquam per totum orbem quæsivisset; tandem à Iove impetravit, ut senis quotannis mensibus secum apud superos esset, reliquos sub terra apud maritū degeret. Quod ideo commenti* *Hecate.*

ti sunt poëta, quia Luna æquato temporis spatio & nostrum hunc orbem, & eum, qui pedibus nostris obversus est, illustrat Nam LUNAM (*qua &* HECATE *vel ob centenas ejus virtutes, vel quod* ἑκὰς, *i* e. longè *radios emittat, sicut* ἑκατ@, Apollo, *i.e. longè jaculans*) DIANAM *&* PROSERPINAM. *Idem esse Numen suprà in* Triviæ *explicatione dictum est fol.* 203. *Quibus adde Prudentii locum lib. contra Symmachum.*

Denique cùm LUNA est, sublustri splendet amictu:
Cùm succincta jacit calamos, LATONIA VIRGO est:
Cùm subnixa sedet solio, PLUTONIA CONJUX
Imperitat Furiis, & dictat jura Megæræ.

3. CHARON. *Ep.* Squallidus, niger, teter, pallidus, tristis, durus, horrendus, horridus, immitis, avarus, Stygius, *&c.* Portitor Orci. Tristis navita Stygiæ remigator undæ. Infernæ navita turpis aquæ. Paludis navita Tartareæ. *Pap.* Umbriferæ sulcator Pallidus undæ. *Prop.* At tu nauta, pias hominum qui trajicis umbras *Luc* Flagrantis portitor undæ Terribili squallore Charon, impexis crinibus, cultu & aspectu horridus. Stygii lurida cymba senis. *Ejus descript. ex Virg l* 6. Portitor has horrendus aquas & flumina servat Terribili squallore CHARON, cui plurima mento Canicies inculta jacet, stant lumina flammâ; Sordidus ex humeris nodo dependet amictus. Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat, Et ferruginea subvectat corpora cymbâ jam senior, sed cruda Deo viridisque senectus. *Sen. OEd.* Quique capaci turbida cymbâ Flumina servat, durus senior, Navita crudus, vix assiduo brachia conto lassata refert, Fessus turbam vectare novam, i. e. *Vmbras mortuorum trajicere, quo exortâ Thebis pestilentiâ ingenti numero ad eum confluebant. Nam id* CHARONTIS *munus. Vnde poëta ad* mortem *vel* mortalitatem *describendam nonrarò* Charontis cimbâ *utuntur, ita Prop. significans omnibus semel esse moriendum*: Scandenda est torvi publica cimba senis. *Et Ovidius consolat. ad Liv.*

Fata manent omnes, omnes exspectat avarus
PORTITOR, & turbæ non satis una ratis.

4. CERBERUS *Ep.* Insomnis, pervigil, ingens, impavidus tristis, asper, horrificus, triceps, trifaux, triformis, Tartareus, *&c.* Canis tergeminus, Stygius, vipereus, *&c.* Tenacis janitor aulæ, Orci tergeminus custos: Stygias observans fores Trina guttura pandens: terna vasto capita concutiens sono Qui Stygias excubat ante fores; tribus infernum custodit faucibus antrum. Tartareus custos. Insomnis lacrymosæ janitor aulæ. *Papin.* Janitor atriæ impavidus Lethes. *Ovid* Medusæi monstri guttura: trifaux hiatus. *Virg.* Cerberus hæc ingen

ingens latratu regna trifauci Personat, adverso recubans immanis in antro. *Sen.* Custos opaci pervigil regni canis. *Horat. ad Orphai testudinem.* Cessit immanis tibi blandienti Janitor Cerberus, quamvis furiale centum Muniant angues caput ejus, atque Spiritus teter saniesque manet Ore trilingui. *Sanazarius Virgilium imitatus:*——— —& non lætabile murmur Tergemini canis, adverso qui carceris antro Excubat insomnis semper, rictuque trifauci Horrendum stimulante fame sub nocte profunda Personat. CERBERUM *Ditis canem fingunt poëtæ ad Orci limina in catena excubare, & janitoris officio fungi. Eique non tria solùm capita, sed & jubam anguineam tribuunt: unde* vipereum canem & monstrum Medusæum *Ovidius appellat. Sen in Herc. Fur.*

————sordidum tabo caput
Lambunt colubri, viperis horrent jubæ,
Longúsque tortâ sibilat caudâ draco.

5. JUDICES INFERNALES.

Ep. Immītēs, torvī, īnexōrābĭlēs, rīgĭdi, sĕvērī, dūrī, nīgrī. Orci arbitri. Judices umbrarum: ore torvi: difficiles flecti: urnâ posita tremendi. *Sen. Herc. Fur de Orphei lyra:* Mulcet non solitis vocibus inferos: Et qui fronte nimis crimina tetricâ Quærunt, ac veteres excutiunt reos; Flentes Eurydicem JURIDICI sedent. *Horat.* Quàm pœne furvæ regna Proserpinæ, Et judicantem vidimus Æacum? *Virg lib. 6.* Quæsitor Minos urnam movet, ille silentum Conciliumque vocat, vitásque, & crimina discit. *Ibid.* Gnosius hæc Rhadamantus habet durissima regna: Castigátque, auditque dolos: subigitque fateri, Quæ quis apud superos furto lætatus inani Distulit in seram commissa piacula vitam. JUDICES INFERNALES *poëtis tres esse perhibentur: quos, ob egregiam in terris justitiam & severitatem, assumptos à Plutone volunt, ut in mortuorum anteactam vitam & mores inquirant, déque eis sententiam arbitrio suo ferant. Sunt autem hi:* ÆACUS, *Iovis & Æginæ filius, Ovidio dictus* Asopiades *ab Asopo Bœotiorum rege, Æginæ patre.* RHADAMANTUS, *Cretensis, Iovis ex Europa filius, unde Virgilio suprà* Gnosius *vocatur. Tertius denique* MINOS, *Iove item & Europa Agenoris filiâ genitus (unde Papinio* Judex Agenoreus *dicitur) Cretensium rex: quare à Virgilio* Gortynius, *ab Ovid.* Rex Dictæus *cognominatur. Tribunalia eorum & cujusque forum habes apud Senec. in Herc. Fur. quemlibet adducere.*

Non unas altâ (A) sede quæsitor (B) sedens
Judicia trepidis sera sortitur (C) reis.
Auditur (D) illo Gnossius MINOS foro,

RHADAMANTUS illo, Thetidis hoc audit (E) socer (F)
Quod quisque fecit, patitur: auctorem scelus
Repetit, suóque premitur exemplo nocens.

(A) Tribunali altiori & fixo (B) Judex. Nam apud Rom. qui judiciis publicis præerant, Quæsitores, &, per syncopen, Quæstores dicebantur, quod in crimina inquirerent (C) Quia sc. sortibus sive tabellis (quarum aliæ absolutionis, aliæ condemnationis, aliæ denique ampliationis notas continebant) ex urna apposita eductis, Judices reo vel salutem vel capitis periculum dabant (D) Dum sc. sententiam profert (E) sc. caussas reorum (F) Æacus pater Pelei, cui Thetis Achillem peperit, unde ipse achilles ÆACIDES.

INFERNALES FLUVII.

1. STYX. *Ep.* Pigra, lenta, iners, ignāva, tăcita, ātra, dīra, livĭda, tristis, profunda, nigra, horrenda, Tartărea, inferna, *&c.* Inferna pălus; inamœna, pigra, *&c.* Ignavæ stagna paludis. Diræ Stygis deformis unda. Atro Styx livida fundo: novem circumflua campis. discretis interflua Manibus obstans Stygius amnis. Stygii lacus. *Sen.* —— neve remeandi amplius Pateat facultas, flexibus multis gravem involvit amnem. *Ovid.* Styx nebulas exhalat iners. Dis jurata pălus. *Claud.* ——horrendæ stagna intemerata paludis *Sil. lib.* 12. At magnis semper Divis regique Deorum Jurari dignata palus, picis horrida rivo Fumiferum volvit Styx inter sulphura limum. *Virg. l.* 6. ——— ——Stygiámque paludem, Dii cujus jurare timent & fallere numen. Timent; *inquit*, *Et meritò. Nam si pejerare contingat, annum unum & dies novem Nectare & Ambrosiâ, Deorumque mensis carendum est. Hunc autem honorem* Stygi *datum volunt fabulæ, quòd Vis, Robur, Victoria, hujus filia, Iovi adversùs Titanas opem tulerint: vel quod* Styx *ipsa patefecerit Iovi Deorum conjurationem, qui ipsum vincire moliebantur. Porrò fingebatur hæc palus novenis flexibus loca inferna circumfluere, & Vmbris omnem spem reditûs præcidere Quod attingit Virg. l.* 6.

——— ——QUAM vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores:
Fata obstant, tristique palus innabilis unda
Alligat, & novies Styx interfusa coërcet.

2. COCYTUS, *Ep* ātĕr, ĭnămœnus, ĭners, pĭgĕr, languĭdus &c. *Vide* STYX. Tarda Cocyti palus, iners vadum, pigra vorago. Cocyti limus niger & deformis arundo *Horat.* Visendus ater flumine languido Cocytus. *Non desunt, qui* COCYTUM *cum* Styge *confundunt, tum propter Epitheta auctorum utrique communia: tum propter Virgil. l.* 6. *qui Charontem nunc in Styge, nunc in Cocyto ponit, ac tandem utrumque amnem conjungit:*

Co

Cocyti ſtagna alta vides Stygiamque paludem.

3. ACHERON. *Ep.* Răpĭdus, mœſtus, ātĕr, pĭceus, fĕrox, triſtis, Tartăreus. Sanie craſſóq; veneno æſtuans: liventes ejectas arenas. Turbidus cœno: vaſtáque voragine gurges. Acherontis undæ. *Seneca:* At hinc tumultu rapitur ingenti ferox. Et ſaxa fluctu volvit Acheron invius. *Dictus eſt* ACHERON ἀπὸ τὸ ἄχη ῥεῖν, *quòd doloribus fluat.* Styx *autem* ἀπὸ τῦ σϛυγέω, *i. e.* odi *vel* exhorreſco: *Denique* Cocytus ἀπὸ τῦ κωκύειν, *i. e* flere, ejulare.

4. PHLEGETHON. *Ep.* Ardens, igneus, flammeus, răpĭdus, viŏlentus, ſŏnōrus, fŭrens, ſævus, ātĕr, Tartăreus, *&c.* Fumans ardentibus undis. Igneus amnis: ruptis volvens incendia flammis. Ardentes Phlegethontis undæ. *Virg. Tartarum deſcribens:* Mœnia lata videt triplici circumdata muro, Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon, volvitq; ſonantia ſaxa. *Sil. l.* 13. Ardenti Phlegethonte natat: fervoribus atris Fons rapidus furit, atque uſtas ſub gurgite cautes Egerit, & ſcopulis pulſat flagrantibus ora. *Papin.* 4 *Th* Fumidus atra vadis Phlegethon incendia volvit. *Vides clarè alludere omnes ad* Phlegethontis *Etymon, quod ab igne ducitur. Nam* φλέγω *eſt* uro, ardeo. *Quid verè Claudiano amœnius? qui nobis hunc fluvium ſpecie humanâ exhibet, atque cum igneis illis notis: libro* 2. *de Raptu.*

——— Dominis intrantibus ingens
Aſſurgit PHLEGETHON: flagrantibus hiſpida rivis
Barba madet, totoque fluunt incendia vultu.

5. LETHE. *Ep.* Sĕcūra, ſŏpōrĭfĕra, ſomnĭfĕra, tranquilla, craſſa, quiĕta, torpens, ātra, inferna, Tartărea. Lethæa aqua, unda. Lethæus liquor, amnis Lethæum ſtagnum, flumen. Obſcuræ torpentia flumina Lethes. Stagna tranquillæ marcida Lethes. Lethææ oblivia ripæ. *Sen. Hipp.* Unda miſeris grata Lethes *Id. Herc. Fur.* Placido quieta labitur Lethe vado, Demitque curas. *Virg. lib.* 6. —animæ, quibus altera fato Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undas Securos latices & longa oblivia portant: *Nempe, ut rerum omnium & totius acta jam vita obliviſcantur. Id enim Vmbris præſtare* Lethes *aqua potata credebatur: ſic dicta* ἀπὸ τῆς λήθης, *id eſt* ab oblivione: *qua quia curas omnes & ſollicitudinem optimè necat, hinc ipſa* Lethe *poëtis non raro* ſecura *dicitur, atq; inter alios Ovidio lib.* 2. *Pont. El.* 4.

Non ego, ſecuræ biberes ſi pocula Lethes,
Excidere hæc credam pectore poſſe tuo.

INFERNI ALIA LOCA
ex Catholicorum sententia:

1. PURGATORIUM. Purgantes flammæ. Purgator ignis. Flammæ lustrales, quæ pias animas omni jam labe purgatas cœli ad convexa remittunt, Dantque videre domos superas atque aurea tecta. Christiades umbræ, clausæ tenebris & carcere cæco Non Erebo, nec jam turba recepta polo: Quam tamen & flammæ cingunt, & mille dolorum circumerrant acies. Tenebrosi carceris antrum: ubi Christiades animæ, inclusi Manes, tenues sine corpore vitæ, detinentur: Donec longa dies perfecto temporis orbe Concretam exemit labem, purúmque reliquit Ætherium sensum, atque aurai simplicis ignem. *Plura in hoc genere ex Virg. lib. 6. ad nostram doctrinam accommodari possunt, ac potissimùm hæc sequentia:*

Quin & supremo cùm lumine vita reliquit;
Non tamen omne malum miseris, nec funditùs omnes
Corporeæ excedunt pestes: penitúsque necesse est (A)
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt, aliæ (B) panduntur inanes
Suspensæ ad ventos: aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.
QUISQUE suos patimur MANES (C) exinde per amplum
Mittimur Elysium, & pauci læta arva tenemus.

(A) *i. e.* vix fieri potest, ut anima ex diuturna corporis conjunctione non aliquid ab illo sordium contrahat (B) Attingit triplex expiationis genus apud antiquos: quæ fiebat aut aquâ, aut igni & sulphure, aut aëris ventilatione (C) Manes, *i. e.* Deos inferos, Furias vel tortores Tartareos.

2. LIMBUS. *Hunc pulchrè describit Hier. Vida lib. 6. Christiados hunc in modum:*

Innocuæ circum sedes, secretaque longè
Atria circuitu longo; hîc incendia nulla,
Nulli obsunt penitus flammis ultricibus ignes:
Umbrarum sed iners requies, penitusque silentis,
Mundi temperies. Secretæ his sedibus ævum
Intontes degunt animæ, quibus haud sua damno
Admissa; at primi scelus exitiale parentis
Detinet hîc clausas, nostræ nil lucis egentes,
Pœnarum prorsum expertes, nisi luce carerent
Jucunda, qua gens gaudet stellantis Olympi.

INFERNI MANES.

Umbræ. *Ep.* Nigri, imi, tristes, mœsti, silentes, surdi, profundi, Lethæi, Stygii, elysii. Animæ exsangues. Umbræ silentes,

tes, graciles, tenues. *Ovid.* Et gracilis structos effugit umbra rogos. Pallentes umbræ. Cœtus silentûm. *Populus* levis. *Virg.* 4. *Georg.* Umbræ ibant tenues, simulacráque luce carentum. Simulacra modis pallentia miris. *Ovid.* 4 *Met.* Styx nebulas exalat iners: umbræque recentes Descendunt illac, simulacráque functa sepulchris. *Idem:* Errant exsangues sine corpore, & ossibus umbræ. *Prop.* Sunt aliquid Manes, lethum non omnia finit: Luridáque evictos effugit umbra rogos. *Anima silentes.*

UMBRAS *vocârunt Antiqui animas à corpore separatas: tribuentes iis non quidem corpus, sed quasi corpus. Neque ita, ut veras esse umbras putarent; sed quia instar umbrarum ab intellectu nostro concipi solent: vel, quia instar umbrarum vivis sese offerunt. Ac tunc quidem appellantur poëtis* simulacra, imagines, figuræ *Virgilius*: Morte obitâ quales fama est volitare figuras. *Dicuntur & Latinis* Manes: *vel omnis causâ* (Manum *enim idem est, quod* bonum: *unde vox opposita* immanis) *vel, ut vult Servius per antiphrasin, quia multi scil. ex iis mali: nempe Tartareo, ob scelera peracta, carceri addicti. Nam qui piè sanctéque vixerunt, à primis illis secreti, in campis Elysiis à Virgilio aliisque collocantur: &* pii, boni, felices *dicuntur.*

Devenêre locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, sedésque beatas.
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi (A)
Quique sacerdotes casti (B) dum vita manebat:
Quique pii vates, & Phœbo digna (C) locuti.
Inventas (D) aut qui vitam excoluêre per artes:
Quique sui memores alios fecêre (E) merendo,
OMNIBUS his niveâ (F) cinguntur tempora vittâ.
Dicite, FELICES ANIMÆ, tuque optime vates,
Quæ regio Anchisen, quis habet locus? ———

(A) Qui fortiter pro patriis legibus (inter quas Dei cultus primas obtinet) mortem oppetierunt (B) Nam sacra castitatem amant. Procul hinc, procul est profani (C) Qui Dei Deorumq; ac præclarorum virorum laudibus decantandis intenti, nullis obscœnis aut amatoriis Musas virgines dehonestârunt; vel: Qui Deorum interpretes constituti, nunquam falsa populos docuerunt, corrupti ac corruptores (D) Qui bonas ac laudabiles artes aut ipsi invenerunt, aut ab aliis inventas pie sanctéque excoluerunt (E) Bene de aliis meriti: benevoli ac benefici. (F) In argumentum castitatis, probitatis, divinitatis: quorum Symbolum color albus.

INGENIUM.

Ep. Dives, nobile, capax, docile, egregium, solers, acutum, præstans, divinum, *&c.* Ingenii facultas. Ingenii vires, acies, vigor. Ingenii flumen: ingenii dives vena. *Ovid.*

Muta-bilis. Instabilis. bile pectus. *Sen.* Fluctuque magis mobile vulgus. *Virg.* Varium ac mutabile semper femina Anceps animi: huc illuc nutans: sibi non constans, *Sen.* Semper impatiens sui. Nil idem dubio placet *Virgil.* Quæ te sententia vertit? Quanam sententia vobis versa retro. *Hypsipyle apud Ovid.* Mobilis Æsonide, vanaqúe incertior aurâ Cur tua promissi pondere verba carent? *Huc spectant illa Hyperbolica, quibus poeta crebrò utuntur:* Pluma *vel* folio levior: Vento mutabilior. Mari, Syrtibus, Euripo inconstantior, &c. *Ovid. Epist.* 5. *&* *Prop. l.* 2. *Eleg.* 9.

Tu levior foliis, tunc cum sine pondere succi
Mobilibus ventis arida facta volant.
Et minus est in te, quàm summa pondus aristâ,
Quæ levis assiduis Solibus usta riget.
Non sic incerto motantur flamine Syrtes,
Nec folia hiberno tàm tremefacta Noto!
Quam cito femineâ non constat fœdus in irâ,
Sive ea caussa gravis, sive ea caussa levis.

INCREDIBILE.

Fide majus. Res fide major *vel* excedens fidem. Credibili majus. *Ovid.* Excessitque fidem meritorum summa tuorum *Id.* Multaque credibili tulimus majora, ratamque Quo minùs acciderint non habitura fidem. *Huc spectant particulæ, quas poeta in re aliqua miranda aut incredibili adhibere solent. Vt:* Quis credat? Credere quis possit? Si credere fas est. Si qua fides. Vix ausim credere. Si credere dignum est. Nisi vatibus omnis eripienda fides. *Ovid. Fast.* Orta prior Luna (de se si creditur ipsi) A magno tellus Arcade nomen habet.

INFAMIA.

Dedecus. Probrum. Opprobrium. Pudor. Infamis nota. Æternum opprobrium. Turpis ignominia *Horat* O pudor: ô magna Carthago, probrosis Altior Italiæ ruinis! Infamis, famosus, turpis, probrosus, Minor famæ. Stirpis probrum. Generis opprobrium sui, *OEdipus apud Senec.*—seculi crimen vagor, Odium Deorum.

INFERNUS.

ALIAQÚE PLURIMA HUC SPECTANTIA.

Erebus. *Ep.* Squallĭdus, squallens, tristis, mœstus, ĭnāmœnus, lūrĭdus, pallĭdus. Profundus, ŏpăcus, nĭgĕr, tĕnĕbrĭōsus, ātĕr, obscūrus, cœcus, ĭnānis, sĭlens, immitis, rĭgĭdus, dūrus, tē-

tetér, horribilis, tremendus. Janua Ditis: lurida porta: Stygiæ fores: alta ostia Ditis. Averni limen, fauces, specus, nus, Infernæ specus. Tartareum barathrum, antrum: horrendum specus. Immanes Erebi hiatus, profunda vorago, loca, spatia. Tænariæ limen, irremeabile portæ. Tartarei sinigri recessus. *Tartarus. Orcus.*

Stygiæ tenebræ. Noctis æternæ chaos. Cimmerii lacus. Chaos ingens, vastiqúe silentia regni. Silentes nocte perpetuâ domus. Luce carentia regna. Erebi nox. Tartara nigra. Tristes sine Sole domus.

Umbrarum domus. —descendere ad umbras, Pallentes umbras Erebi, noctemqúe profundam. Manes descendere ad imos. Acheronte sub imo, *&c.* Sedes inferorum.

Infernæ paludes, aquæ. Tartari vada. Erebi amnes, Tænarii lacus: Acherontis, Stygis, Cocyti, Lethes flumina, aquæ undæ. Stagna Lethea. Letheæ stagna paludis. Lethei fluminis unda, Pallida ditis aqua. Stygius gurges, &c. *Nam* STYX, LETHE, *aliique fluvii infernales (de quibus infra) à poetis non rarò Synecbdochicos pro ipso inferno sumuntur.*

Infernæ sedes. Domus Stygiæ, Tænariæ vacuæ, *&c.* Plutonia regna. Furvæ regna Proserpinæ. Ditis umbrosi domus, aula, regia: Stygii tecta tyranni: Inferno Plutoni subdita regna. Nigri regia cæca Dei. Ditis regnum. Opaca Ditis inferni loca. Tacitæ erebi sedes, pallida regna *Hor* —habentqúe Tartara Panthoiden iterum Orco demissum. NOTA ORCUM *vocari nunc ipsum Plutonem, nunc ejus regiam* ab urgendo, *ut quidem Latini volunt; nam Græci aliò referunt. Præterea* TARTARUM *propriè esse interiorem inferni partem, nocentium pœnis destinatam: quam Virg l. 6. ad lævam ponit, uti sedem Beatorum, ad dexterum.*

———partes ubi se via scindit in ambas,
Hac iter Elysium nobis: at læva, malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara.

Iam verò EREBUS *ab aliis fluvius perhibetur infernalis, aliis idem est cū* Tartaro *sive impiorum loco. A poetis crebrò pro toto Inferno usurpatur: sicut &* TÆNARUS *Laconiæ promontorium, in quo fauces esse credebantur ad Inferos deducentes: &* AVERNUS *Campaniæ lacus, similiter ob tetrum odorem inferorum limen creditus. Vide notissimam hujus descriptionem apud Virg. l. 6. De* Tænaro *sub ue io Papinii locum ex 2. Theb:*

Hoc (ut fama) loco pallentes devius umbras
Trames agit, nigrique Jovis vacua atria ditat
Mortibus, Arcadii perhibent si vera coloni,

Stri-

Virg.6.Æn. ——quàm vellent æthere in alto (i.e. *inter vivos sive superstites*) Nunc & pauperiem, & duros perferre labores! Fata obstant, tristique palus innabilis undâ Alligat, & novies Styx interfusa coercet. Ergo exercentur pœnis, *&c.* Ignis ibi æternus, semper nova flamma renascens. Pæna immortalis. *Sen.*—— certus inclusos habet Locus nocêres, uniq; fert fama, impios Supplicia vinclis sæva PERPETUIS domant Semper coacti vivere, & semper mori. *Hanc damnatorū æternam vivamq; mortem expressit Virg l 6. in Tityi jecore, quod vultur indefessus rostro obunco rimatur assiduò, vellit, laceratque, nec unquam tamen consumit: unde illud nunc* immortale *vocat*, *nunc* fœcunda pœnis viscera, *nunc* fibras renatas. *Cui adde Ov locum in Ibin. auctore Christiano dignum;*

Nec mortis pœnas Mors altera finiet hujus,
Horaque erit tantis ultima nulla malis.

CRIMINA.

quibus (etiam Ethnicorum sententiâ) pœna æterna debita fuit: Musâ Maronianâ l.6. Æn.

Hic quibus invisi fratres (A) dum vita manebat,
Pulsatúsve parens (B) aut fraus innexa (C) clienti,
Aut qui divitiis soli (D) incubuêre repertis,
Nec partem posuêre suis (quæ maxima turba est)
Quique ob (E) adulterium cæsi, quique arma (F) secuti
Impia, nec veriti dominorum fallere (G) dextras,
Inclusi pœnam expectant————
Saxum ingens volvunt alii, radiisque rotarum
Districti pendent: sedet ÆTERNUMQUE sedebit
Infelix Theseus; Phlegyasque miserrimus omnes
Admonet, & magna testatur voce per umbras:
DISCITE JUSTITIAM moniti, & non temnere Divos.
(H) Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
Imposuit: fixit leges pretio (I) atque refixit.
Hic thalamum invasit natæ, vetitosque (K) Hymenæos
Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.
Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
Ferrea vox omnes SCELERUM (L) comprendere formas.
Omnia POENARUM percurrere nomina possim.

(A) Qui odia fraterna exercuerunt (B) Qui parentes suos vel manu solum pulsaverunt (C) Patroni, qui clientes suos per frudem deceperunt (D) Avari sibi unis corradentes, amicis & affinibus, quamvis indigentibus, ne tantillum aspergentes. (E) adulteri: qui manifesti, sæpe morte multari sunt (F) Bellis civilibus: faventes (G) Servi fidem, cujus dexteræ signum est

est, dominis debitam violantes (H) patriæ proditores (I) Qui in legibus condendis & abolendis, non Reip. utilitate, sed pretiis corrumpentium ducuntur (K) Incesti omnes & vetitis nuptiis operam dantes (L) Denique scelera alia innumera, quibus suæ quibusque pœnæ à Judicibus infernalibus decernuntur,

POENÆ APUD INFEROS NOTIORES ET MAXIME CELEBRATÆ:

I. IXIONIS ROTA.

De quâ Tib lib. 1 *El.* 3. Illic, Junonem tentare Ixionis ausi Versantur celeri noxia membra rotâ. *Sen.* Rapitur volucri tortus Ixion rotâ. Ixionis orbis. Infernæ vincula sæva rotæ.

2. SISYPHI SAXUM.

Sisyphius labor. *Sen.* Cervice saxum grande Sisyphia ledet. *Ovid.* Sisyphus est illic, saxum volvensque potensque Quique agitur rapidæ vinctus ab orbe rotæ, *Hor.* Dammatusque longi Sisyphus Æolides laboris. *Mart.* — lassi marmora Sisyphi. *Sen.* Senis perennis Æolii labor.

3. TITYI VULTUR.

Sen. Præbet volucri Tityus æternas dapes. *Tib.* Porrectusque novem Tityus per jugera terræ, Assiduas atro viscere pascit aves. *Virg.* Nec non & Tityon, terræ omnipotentis alumnum Cernere erat, per tota novem cui jugera corpus Porrigitur: rostroque immanis vultur obunco Immortale jecur tundens, fœcundaque pœnis Viscera, rimaturque epulas, habitatque sub alto Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis *Sen. Thy.* ——— — Tityi semper accrescens jecur Visceribus atras pascit effossis aves.

4. TANTALI SITIS.

Phrygii senis fallax unda. Garruli senis fugax amnis. *Sen. Herc fur.* In amne medio faucibus siccis senex Sectatur undas: abluit mentũ latex: Fidemque cùm jam sæpe decepto dedit, Petit unda: in ore poma destituunt famam *Ovid.* Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit. *Id. in Ibin.* Poma pater Pelopis præsentia quærit, & idem Semper eget liquidis, semper abundat, aquis. *Tib. l.* 1. — acrem Jam Iam poturi deserit unda sitim.

5. BELIDUM URNAE.

Danaidum dolia Pœna sororum urna. *Prop. l.* 4. ——— — si fallo; pœna sororum infelix humeros urgeat urna meos,

os. *Sen.* Urnasque frustra Danaides plenas ferunt. *Tib. l.* 1. Et Danai proles, Veneris quæ numina læsit, In cava Lethæas dolia portat aquas *Ov.* 4. *Met.* Molitique suis lethum patruelibus ausæ, Assiduè repetunt quas perdunt, Belides, undas.

TORQUENDIS APUD INFEROS NOXIIS PRÆPOSITI.

1. CACODÆMON. *Ept.* Fallax, subdŏlus, mălignus, pervĭgil, fĕrox, sævus, impius, dīrus, mălus, trux, horrendus, noctĭpŏtens, lūcĭfŭga, *&c* Phlegetonthæus anguis, coluber Tartareus draco. Stygius serpens, miseræ deceptor subdolus Evæ. Humani nominis hostis; —— artes cui mille nocendi ——cui tristia bella, iræque, insidiæque & noxia crimina cordi. Arbiter orci, moderator Averni: umbrarum pater. Tartarei fratres: Stygia agmina: noctipotens manus: tartareo submissa barathro. *Hier Vid* Lucifugæ pestes; sine corpore vulgus nubivagum. Noctivagi fratres, superi quos ira parentis Cœlo, immane nefas animis excussit adortos, Tartareisque genus miserabile mersit in antris, Quando illos tenuit regnandi tanta cupido. Nunc miseros pœnis manes miseri magis ipsi Exercent, vinctosque tenent nigrantibus oris. *Descriptio eorundem ex ejusdem* 1. *Christiados*:

Continuò ruit ad portas gens omnis, & adsunt
Lucifugi cœtus; varia atque bicorpora monstra:
Pube tenus hominum facies, verum hispida in anguem
Desinit ingenti sinuata volumine cauda.
Gorgonas hi, Sphingasque obscœno corpore reddunt,
Centaurosque hydrásque illi, ignivomasque Chimæras:
Centum alii Scyllas, ac fædificas Harpyjas,
Et quæ multa homines simulacra horrentia fingunt.
At centum-geminus flammato vertice supra est
ARBITER ipse EREBI, centenáque brachia jactat
Horrisonus, totidemque eructat faucibus æstus.
Omnes luctificum fumumque, atrosque procaci
Ore oculisque ignes, & vastis naribus efflant.
Omnibus intorti pendent pro crinibus angues
Nexantes nodis sese, ac per colla plicantes.
In manibus rutilæque faces, uncique tridentes,
Queis sontes animas subigunt, atque ignibus urgent.

2. FURIÆ. *Ept* Trĭstēs, trŭcēs, cŏlŭbrĭfĕræ, fĕræ, fĕrōcēs, lētālēs, ātræ, insānæ, crūdēles, torvæ, sævæ, imprŏbæ, anguĭfĕræ, vipĕreæ, ătrōcēs, diræ, luctĭfĭcæ, fŭrĭbundæ, tābĭdæ, horrendæ, pallĭdæ, furvæ, ultrīcēs, cruentæ, scĕlĕrātæ, Stygiæ, Tartărĕæ, *&c.* Anguicomæ sorores: Nocte editæ, crudeles Erebi Ditisque ministræ. Satæ Nocte virgines: impexæ ferox *Eumenides, Erinnyes. Diræ.*

pro crinibus angues: pallâ cruentâ fuccinctæ: *Sil.* ——— imos agitantes verbere Manes Dira furiarum cohors, brevibus torquata colubris: Stygiam cruentâ præferens dextrâ facem: Gorgoneis infecta venenis. *Sen. Med.* Adeste, adeste sceleris ultrices Deæ, Crinem solutis squallidæ serpentibus, Atram cruentis manibus amplexæ facem. *Ov.* Ferte faces in me, quas fertis Erinnyes atræ *Cat.* —facta virûm multantes vindice pœnâ Eumenides, quibus anguineo redimita capillo Frons, &c. *Claud.* 1. *Ruff.* — surgit tristi de sede MEGÆRA, Quam penes insani fremitus, animiq; profanus Error, & undantes spumis furialibus iræ *Iuno apud Virg.* 7. *Æn.* Luctificã ALECTO dirarum ab sede sororum Infernisq; ciet tenebris, &c. *Ovid.* 4. *Met.* TISIPHONE canos, ut erat turbata, capillos Movit, & exstantes dejecit ab ore colubros: Parsq; jacent humeris, pars circum pectora lapsæ Sibila dant, saniemque vomunt, linguisq; coruscant. FURIÆ (*quas Græci* ERINNYES & EUMENIDES, *Latini etiam* Diras *appellant*) *nocte & Erebo, sive ut alii, Acheronte genitæ à poëtis tres esse perhibentur:* ALECTO TISIPHONE & MEGÆRA. *Quas Plutoni deservire volunt, & maleficorum scelera tum in hac vita, tũ apud inferos crudelibus pœnis insectari: tum bella, pestilentiam, morbos, aliaq; mala mortalibus immittere.* Virgines, *etiam proverbio apud Græcos celebrantur, quòd nullo pacto unquã corrumpi possint, qui in pœnas de delinquentibus sumant.* ἀεὶ παρθένοι ἐριννύες, *i. e.* semper Furiæ virgines. *Hinc apud Virg. l.* 7. ALECTO *dicitur* Virgo sata Nocte. *Et apud Ov* 4. *Metam. omnes simul* implacabiles.

——— illa sorores
Nocte vocat genitas, grave & implacabile numen.

Habitum earum quod attinet, poëta illis tribuunt alas, & pro crinibus angues: *In manibus vero* facem & flagellum *sive* stimulũ *ad infestandos scilicet improbos. Testimonia passim occurrunt.* Angues & alas *habes apud Virg. l.* 2. *de Alecto & Tisiph.*

Dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ:
Quas & Tartaream Nox intempesta Megæram
Uno eodémque tulit partu, paribúsque revinxit
Serpentum spiris, ventosasque addidit alas.

INFERORUM REX, EJUSQUE CONJUX ET MINISTRI.

1. PLUTO. *Ep.* Torvus, fĕrus, ferreus, immitis, sævus, dūrus immānis, ăvĭdus, ăvārus, răpax, implăcātus, ātĕr, nĭgĕr, furvus ŏpertus, mœstus, tĕtĕr, umbrōsus horrĭdus, Stygius, Tartăreus, infernus, Phlĕgĕthontæus, &c. Arbiter noctis, umbrarumque potens. Ignavi domitor mundi, Tertiæ sortis hæres

Sty-

Stygius Tyrannus Stygii dominator Averni. Stygius Rex. Jupiter infernus, Stygius, niger. *Sil.* Nigro ferte Jovi, cui tertia regna laborant. Rex silentum Dux Erebi. Æternæ regna tor noctis. Dis Phlegethontæus. Furvus Jovis frater. Cereris gener. Proserpinæ raptor; torvus prædo, &c. Umbrarum Dominus, inamœna tenens regna. *Sen.* Dominus regni tristis.

Dis pater, Tænariæ moderator aulæ. Carentes luce qui regit domos. *Claud.* Tertius hæres Saturni. *Ovid.* Cui triplicis cessit fortuna novissima regni *Plutonis descriptio ex Sen. Herc. Fur.* Adversa Ditis regia atque ingens domus, umbrante luco tegitur, hic vasto specu Pendent tyranni limina: hoc umbris iter, Hæc porta regni, campus hanc circa jacet. In quo superbo digerit vultu sedens Animas recentes, dira majestas Deo: Frons torva, Fratrum quæ tamen specimen gerat, Gentisque tantæ: vultus est illi Jovis, Sed fulminantis: Magna pars regni trucis. Est ipse dominus, cujus aspectum timet Quidquid timetur. INFERORUM *Principe Græci* PLUTONEM; *Latini* DITEM *appellant. Fuit is, ut fabulæ perhibent, Saturni filius: quo regnis suis dejecto, cum Iove & Neptuno fratribus de eisdem regnis sortitus, Inferos sorte adeptus est. Hinc* Jupiter Stygius *sive* infernus *dictus: atque ipsum Inferorum regnum, nunc* tertiam, *nunc* novissimam sortem *poëtæ appellant: quia nempe Iovis (cui cœlum & terra) ac Neptuni (cui maris imperium obtigerat) sorte, longè inferior erat Plutonis portio Tangit Tib. l 3. El. 5.* Parcite, pallantes umbras quicunque tenetis,

Duraque sortiti tertia regna Dei.

3. PROSERPINA. *Ep.* Sæva, immītis, torva, fĕrox, nĭgra, furva, umbrōsa, horrenda, Stygia, Plūtōnia, Tartărea, &c. Triformis, tergĕmĭna, Sĭcŭla, Trīnacria, &c. Regina Erebi. Inferni pollens matrona tyranni. *Virg.* Juno inferna *Papin.* Juno Averna. *Claud.* Juno profunda. Plutonia conjux. Noctis hera. Nigri Jovis horrida conjux. *Ovid.* Furva Persephone. *Virg.* —Domina Ditis. *Ov. 4 Fast.* Nupta Jovis fratri, tertia regna tenet. *Perse-phone.*

Cereris nata. Ænea *vel* Ennæa virgo. Rapta Stygio prædoni puella. *Sen.* Quam tot irrita quæsivit Ætna mater. Stygio abducta curru. *Papin.* Elysii sponsa tyranni.

4. Hecate triformis, triceps, tergemina, nocturna. *Virg.* 6. Voce vocans Hecaten, cœlóque Ereбóque potentem PROSERPINA. *Græcis* Persephone, *Iovis & Cereris filia, quam ex Enneis campis in Sicilia à Plutone abductâ, cùm mater accensis tædis nequicquam per totum orbem quæsivisset; tandem à Iove impetravit, ut senis quotannis mensibus secum apud superos esset, reliquos sub terra apud maritũ degeret. Quod ideo commen-* *Hecate.*

ti sunt poëtæ, quia Luna æquato temporis spatio & nostrum hunc orbem, & eum, qui pedibus nostris obversus est, illustrat Nam LUNAM (*quæ &* HECATE *vel ob centenas ejus virtutes, vel quod* ἑκὰς, *i.* e. longè *radios emittat, sicut* ἑκατ©, Apollo, *i.e. longè jaculans*) DIANAM *&* PROSERPINAM. *Idem esse Numen suprà in* Triviæ *explicatione dictum est fol.* 203. *Quibus adde Prudentii locum lib. contra Symmachum.*

Denique cùm LUNA est, sublustri splendet amictu:
Cùm succincta jacit calamos, LATONIA VIRGO est:
Cùm subnixa sedet solio, PLUTONIA CONJUX
Imperitat Furiis, & dictat jura Megæræ.

3. CHARON. *Ep.* Squallidus, niger, teter, pallidus, tristis, durus, horrendus, horridus, immitis, avarus, Stygius, *&c.* Portitor Orci. Tristis navita Stygiæ remigator undæ, Infernæ navita turpis aquæ. Paludis navita Tartareæ. *Pap.* Umbriferæ sulcator Pallidus undæ. *Prop.* At tu nauta, pias hominum qui trajicis umbras *Luc* Flagrantis portitor undæ Terribili squallore Charon, impexis crinibus, cultu & aspectu horridus. Stygii lurida cymba senis. *Ejus descript. ex Virg l 6* Portitor has horrendus aquas & flumina servat Terribili squallore CHARON, cui plurima mento Canicies inculta jacet, stant lumina flammâ; Sordidus ex humeris nodo dependet amictus. Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat, Et ferruginea subvectat corpora cymbâ jam senior, sed cruda Deo viridisque senectus. *Sen. OEd.* Quique capaci turbidè cymbâ Flumina servat, durus senior, Navita crudus, vix assiduo brachia conto lassata refert, Fessus turbam vectare novam, i. e. *Vmbras mortuorum trajicere, quo exortâ Thebis pestilentiâ ingenti numero ad eum confluebant. Nam id* CHARONTIS *munus. Vnde poëtæ ad* mortem *vel* mortalitatem *describendam non rarò* Charontis cimbâ *utuntur, ita Prop. significans omnibus semel esse moriendum*: Scandenda est torvi publica cimba senis. *Et Ovidius consolat. ad Liv.*

Fata manent omnes, omnes exspectat avarus
PORTITOR, & turbæ non satis una ratis.

4. CERBERUS *Ep.* Insomnis, pervigil, ingens, impavidus, tristis, asper, horrificus, triceps, trifaux, triformis, Tartareus, *&c.* Canis tergeminus, Stygius, vipereus, *&c.* Tenarii janitor aulæ. Orci tergeminus custos: Stygias observans fores Tria guttura pandens: terna vasto capita concutiens sono Qui Stygias excubat ante fores; tribus infernum custodit faucibus antrum. Tartareus custos. Insomnis lacrymosæ janitor aulæ. *Papin.* Janitor atræ impavidus Lethes. Ov. Medusæi monstri guttura: trifaux hiatus. *Virg.* Cerberus in-

inge

ingens latratu regna trifauci Personat, adverso recubans immanis in antro. *Sen.* Custos opaci pervigil regni canis. *Horat. ad Orphei testudinem.* Cessit immanis tibi blandienti Janitor Cerberus, quamvis furiale centum Muniant angues caput ejus, atque Spiritus teter saniesque manet Ore trilingui. *Sanazarius Virgilium imitatus:* ——— —& non lætabile murmur Tergemini canis, adverso qui carceris antro Excubat insomnis semper, rictuque trifauci Horrendum stimulante fame sub nocte profunda Personat. CERBERUM *Ditis canem fingunt poëtæ ad Orci limina in catena excubare, & janitoris officio fungi Eique non tria solùm capita, sed & jubam anguineam tribuunt: unde* vipereum canem & monstrum Medusæum *Ovidius appellat. Sen in Herc. Fur.*

———sordidum tabo caput
Lambunt colubri, viperis horrent jubæ,
Longúsque tortâ sibilat caudâ draco.

5. JUDICES INFERNALES.

Ep. Immitēs, torvī, inexōrābilēs, rīgĭdī, sĕvērī, dūrī, nīgrī. Orci arbitri. Judices umbrarum: ore torvi: difficiles flectu: urnâ posita tremendi. *Sen. Herc. Fur de Orphei lyra:* Mulcet non solitis vocibus inferos: Et qui fronte nimis crimina tetricâ Quærunt, ac veteres excutiunt reos, Flentes Eurydicem JURIDICI sedent. *Horat* Quàm pœne furvæ regna Proserpinæ, Et judicantem vidimus Æacum? *Virg lib. 6.* Quæsitor Minos urnam movet, ille silentum Conciliumque vocat, vitásque, & crimina discit. *Ibid.* Gnosius hæc Rhadamantus habet durissima regna: Castigátque, auditque dolos: subigitque fateri, Quæ quis apud superos furto lætatus inani Distulit in seram commissa piacula vitam. JUDICES INFERNALES *poëtis tres esse perhibentur: quos, ob egregiam in terris justitiam & severitatem, assumptos à Plutone volunt, ut in mortuorum anteactam vitam & mores inquirant, déque eis sententiam arbitrio suo ferant. Sunt autem hi:* ÆACUS, *Iovis & Æginæ filius, Ovidio dictus* Asopiades *ab Asopo Bœotiorum rege, Æginæ patre.* RHADAMANTUS, *Cretensis, Iovis ex Europa filius, unde Virgilio suprà* Gnosius *vocatur. Tertius denique* MINOS, *Iove item & Europa Agenoris filiâ genitus (unde Papinio* Judex Agenoreus *dicitur) Cretensium rex: quare à Virgilio* Gortynius, *ab Ovid.* Rex Dictæus *cognominatur. Tribunalia eorum & cujusque forum habes apud Senec. in Herc. Fur. quemlibet adducere.*

Non unas altâ (A) sede quæsitor (B) sedens
Judicia trepidis sera sortitur (C) reis.
Auditur (D) illo Gnossius MINOS foro,

 RHA-

RHADAMANTUS illo, Thetidis hoc audit (E) socer (F)
Quod quisque fecit, patitur: auctorem scelus
Repetit, suóque premitur exemplo nocens.

(A) Tribunali altiori & fixo (B) Judex. Nam apud Rom. qui judiciis publicis præerant, Quæsitores, &, per syncopen, Quæstores dicebantur, quod in crimina inquirerent (C) Quia sc. sortibus sive tabellis (quarum aliæ absolutionis, aliæ condemnationis, aliæ denique ampliationis notas continebant) ex urna apposita eductis, Judices reo vel salutem vel capitis periculum dabant (D) Dum sc. sententiam profert (E) sc. caussas reorum (F) Æacus pater Pelei, cui Thetis Achillem peperit, unde ipse achilles ÆACIDES.

INFERNALES FLUVII.

1. STYX. *Ep.* Pĭgra, lenta, ĭners, ignāva, tăcĭta, ātra, dīra, līvĭda, tristis, profunda, nigra, horrenda, Tartărea, inferna, *&c.* Inferna palus; inamœna, pigra, *&c.* Ignavæ stagna paludis. Diræ Stygis deformis unda. Atro Styx livida fundo: novem circumflua campis, discretis interflua Manibus obstans Stygius amnis. Stygii lacus. *Sen.* — neve remeandi amplius Pateat facultas, flexibus multis gravem involvit amnem. *Ovid* Styx nebulas exhalat iners. Dis jurata palus. *Claud.* —— horrendæ stagna intemerata paludis *Sil. lib.* 12. At magnis semper Divis regique Deorum Jurari dignata palus, picis horrida rivo Fumiferum volvit Styx inter sulphura limum. *Virg. l.* 6. ——— Stygiámque paludem, Dii cujus jurare timent & fallere numen. Timent; *inquit, Et meritò. Nam si pejerare contingat, annum unum & dies novem Nectare & Ambrosiâ, Deorumque mensis carendum est. Hunc autem honorem* Stygi *datum volunt fabulæ, quòd Vis, Robur, Victoria, hujus filia, Iovi adversùs Titanas opem tulerint: vel quod* Styx *ipsa patefecerit Iovi Deorum conjurationem, qui ipsum vincire moliebantur. Porrò fingebatur hæc palus novenis flexibus loca inferna circumfluere, & Vmbris omnem spem reditus præcidere Quod attingit Virg. l.* 6.

——— QUAM vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores:
Fata obstant, tristique palus innabilis unda
Alligat, & novies Styx interfusa coërcet.

2. COCYTUS. *Ep* ātĕr, ĭnāmœnus, ĭners, pĭgĕr, languĭdus &c. *Vide* STYX. Tarda Cocyti palus, iners vadum, pigra vorago. Cocyti limus niger & deformis arundo *Horat.* Visendus ater flumine languido Cocytus. *Non desunt, qui* COCYTUM *cum* Styge *confundunt, tum propter Epitheta auctoribus utrique communia: tum propter Virgil. l.* 6. *qui Charontem nunc in Styge, nunc in Cocyto ponit, ac tandem utrumque amnem conjungit:*

Cocyti ſtagna alta vides Stygiamque paludem.

3. ACHERON. *Ep.* Răpĭdus, mœſtus, ātĕr, pĭceus, fĕrox, triſtis, Tartăreus. Sanie craſſóq; veneno æſtuans: liventes ejectas arenas. Turbidus cœno: vaſtáque voragine gurges. Acherontis undæ. *Seneca:* At hinc tumultu rapitur ingenti ferox. Et ſaxa fluctu volvit Acheron invius. *Dictus eſt* ACHERON ἀπὸ τὸ ἀχχρεῖν, *quòd doloribus fluat.* Styx *autem* ἀπὸ τῦ στυγέω, *i. e.* odi *vel* exhorreſco: *Denique* Cocytus ἀπὸ τῦ κωκύειν, *i. e.* flere, ejulare.

4. PHLEGETHON. *Ep.* Ardens, igneus, flammeus, răpĭdus, vĭŏlentus, ſŏnōrus, fŭrens, ſævus, ātĕr, Tartăreus, *&c.* Furens ardentibus undis Igneus amnis: ruptis volvens incendia flammis. Ardentes Phlegethontis undæ. *Virg. Tartarum deſcribens:* Mœnia lata videt triplici circumdata muro, Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon, volvitq; ſonantia ſaxa. *Sil. l.* 13. Ardenti Phlegethonte natat: fervoribus atris Fons rapidus furit, atque uſtas ſub gurgite cautes Egerit, & ſcopulis pulſat flagrantibus ora. *Papin.* 4 *Th.* Fumidus atra vadis Phlegethon incendia volvit. *Vides clarè alludere omnes ad* Phlegethontis *Etymon, quod ab igne ducitur. Nam* φλέγω *eſt* uro, ardeo. *Quid verè Claudiano amœnius? qui nobis hunc fluvium ſpecie humanâ exhibet, atque cum igneis illis notis: libro* 2. *de Raptu.*

——— Dominis intrantibus ingens
Aſſurgit PHLEGETHON: flagrantibus hiſpida rivis
Barba madet, totoque fluunt incendia vultu.

5. LETHE. *Ep.* Sēcūra, ſŏpōrĭfĕra, ſomnĭfĕra, tranquilla, craſſa, quiēta, torpens, ātra, inferna, Tartărea. Lethæa aqua, unda. Lethæus liquor, amnis Lethæum ſtagnum, flumen. Obſcuræ torpentia flumina Lethes. Stagna tranquillæ marcida Lethes. Lethææ oblivia ripæ. *Sen. Hipp.* Unda miſeris grata Lethes *Id. Herc. Fur.* Placido quieta labitur Lethe vado, Demitque curas. *Virg. lib.* 6. —animæ, quibus altera fato Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undas Securos latices & longa oblivia potant: *Nempe, ut rerum omnium & totius acta jam vitæ obliviſcantur. Id enim Vmbris præſtare* Lethes *aqua potata credebatur: ſic dicta* ἀπὸ τῆς λήθης, *id eſt* ab oblivione: *quæ quia curas omnes & ſollicitudinem optimè necat, hinc ipſa* Lethe *poëtis non rarò* ſecura *dicitur, atq; inter alios Ovidio lib.* 2. *Pont. El.* 4.

Non ego, ſecuræ biberes ſi pocula Lethes,
Excidere hæc credam pectore poſſe tuo.

tes, graciles, tenues. *Ovid.* Et gracilis ſtructos effugit umbra rogos. Pallentes umbræ. Cœtus ſilentûm. *Populus levis. Virg.* 4. *Georg.* Umbræ ibant tenues, ſimulacráque luce carentum. Simulacra modis pallentia miris. *Ovid.* 4 *Met.* Styx nebulas exalat iners: umbræque recentes Deſcendunt illac, ſimulacráque functa ſepulchris. *Idem:* Errant exſangues ſine corpore, & oſſibus umbræ. *Prop.* Sunt aliquid Manes, lethum non omnia finit: Luridáque evictos effugit umbra rogos. UMBRAS *vocârunt Antiqui animas à corpore ſeparatas: tribuentes iis non quidem corpus, ſed quaſi corpus. Neque ita, ut veras eſſe umbras putarent; ſed quia inſtar umbrarum ab intellectu noſtro concipi ſolent: vel, quia inſtar umbrarum vivis ſeſe offerunt. Ac tunc quidem appellantur poëtis* ſimulacra, imagines, figuræ *Virgilius*: Morte obitâ quales fama eſt volitare figuras. *Dicuntur & Latinis* Manes: *vel omnis causâ* (Manum *enim idem eſt, quod* bonum: *unde vox oppoſita* immanis) *vel, ut vult Servius per antiphraſin, quia multi ſcil. ex iis mali: nempe Tartareo, ob ſcelera peracta, carceri addicti. Nam qui piè ſanctéque vixerunt, à primis illis ſecreti, in campis Elyſiis à Virgilio aliiſque collocantur*: & pii, boni, felices *dicuntur.* Anima ſilentes.

Devenêre locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, ſedéſque beatas.
Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi (A)
Quique ſacerdotes caſti (B) dum vita manebat:
Quique pii vates, & Phœbo digna (C) locuti.
Inventas (D) aut qui vitam excoluêre per artes:
Quique ſui memores alios fecêre (E) merendo.
OMNIBUS his niveâ (F) cinguntur tempora vittâ.
Dicite, FELICES ANIMÆ, tuque optime vates,
Quæ regio Anchiſen, quis habet locus? ——

(A) Qui fortiter pro patriis legibus (inter quas Dei cultus primas obtinet) mortem oppetierunt (B) Nam ſacra caſtitatem amant. Procul hinc, procul eſt profani (C) Qui Dei Deorumq; ac præclarorum virorum laudibus decantandis intenti; nullis obſcœnis aut amatoriis Muſas virgines dehoneſtârunt; vel: Qui Deorum interpretes conſtituti, nunquam falſa populos docuerunt, corrupti ac corruptores (D) Qui bonas ac laudabiles artes aut ipſi invenerunt, aut ab aliis inventas pie ſanctéque excoluerunt (E) Bene de aliis meriti: benevoli ac benefici. (F) In argumentum caſtitatis, probitatis, divinitatis: quorum Symbolum color albus.

INGENIUM.

Ep Dīvēs, nōbĭle, căpax, ūbĕr, dŏcĭle, ēgrēgium, ſōlers, ăcūtum, præſtans, dīvīnum, &c. Ingenii facultas. Ingenii vires, acies, vigor. Ingenii flumen: ingenii dives vena. *Ovid.*

Scimus, & ad nostras cùm se tulit impetus artes, Ingenii currant flumina quanta tui. *Claud.*—sed quæ tam prona facultas, Carmina seu fundus, seu Cicerone tonas? *Ov. ad Max. virum nobilem:* Maxime qui tanti mensurā nominis imples, Nec finis ingenium nobilitate premi. Mentis solertia. *Ovid.* Ingenium quondam fuerat pretiosius auro: At nunc Barbaria est grandis, habere nihil, i. e. *Olim ingenio præditi præ divitibus æstimabantur: indocti stolidique infra imam plebem censebantur, etiamsi divitiis abundarent: nunc contrà obtinet, & inter barbaros ac contemptibiles numerantur pauperes, etiamsi ingenio valent. Verùm, si rectè calculum ponimus, nihil præter animi bona in homine laudandum. Cetera extra nos sunt, & Fortunæ subjecta, quæ cæca, ac sæpe favet indignis. Virtus & ingenii bona verè nostra sunt, extra sortis imperium, atque etiam extra mortem: canente alibi Ovidio:*

——— —nil non mortale tenemus,
PECTORIS exceptis INGENIIQUE bonis.

OBSERVA *Græcos, quia vitæ & linguæ cultu præstabant, reliquas omnes nationes contumeliæ causâ* Barbaros *appellasse. Id. postea fecêre Romani, nisi quod Græcos ipsos (à quibus artes & ingenii cultum ad se transtulêre) exciperent. Idem alia deinde gentes factitârunt, sed ferè Linguæ solius causâ:* Barbaros *appellantes, qui aliâ, quàm ipsi, Linguâ uterentur. Unde* Barbarismus: *vitium cum Linguæ cujusq; puritate pugnans, ita Latinæ Siren. Ovid. inter Barbaros Scyt has pro Barbaro habitus l. 4. Tr.*

Barbarus his ego sum, quia non intelligor ulli:
Et rident stolidi verba Latina Getæ.

Ingenio præstans.

Ingeniosus. Ingenio magnus, maximus, nobilis. Acri præditus ingenio. Ingenii dexteritate valens. *Ovid.* Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis. *Id.* Ennius ingenio maximus, arte rudis. *Prop. de rivali.* Contendat mecum ingenio, contendat & arte. *Horat. de poëtis:* Ingenium cui sit, cui mens divinior, atque os Magna sonaturum, des nominis hujus honorem. *Martial ad suum Mecœnatem:* Tu facis ingenium, tu si quid posse videmur. *Acontius apud Ovid.* Te mihi compositis, si quid tamen egimus arte, Astrinxit verbis ingeniosus Amor. *Invenies & ingenium absolutè positum pro ingenioso. Apud Tacit. l. 4.* Puniuntur ingenia *Prop. l. 1. El. 7. de seipso:*

Tunc me non humilem mirabere sæpe poëtam:
Tunc ego Romanis præferar ingeniis.

Ingenio destitutus.

Homo nullo ingenio *vel* crasso, pingui, obtuso, tardo. Invenustus atque inelegans. Stipes. Caudex. Stupor merus. Minerva natus iniqua. Inops ingenii Ignarus & expers Musarum. Frustrà desudans: iniquâ quidvis Minervâ tentans. Ingenium torpens, invalidum, *Ovid* Contudit ingenium patientia longa malorum, Et pars antiqui magna vigoris abest. *Id* Adde quod ingenium longa rubigine læsum Torpet. & est multò, quàm fuit antè, minùs. *Prov.* Corpus sine pectore. Auris Bæotica, i.e. *crassa pinguis, cui nil paulo humanius arrideat.* Bæotorum *autem stoliditas Græcorum proverbiis celebrata est: quorum populum etiam Homerus Iliad 5.* μάλα πίονα, valde pinguem, *nominavit. Quod imitatus est Horat. Epist. ad August.*

Bæotum in crasso jurares aëre natum.

INJURIA AFFICERE.

Injuriam gravem, atrocem, magnam, indignam facere. Aliquem facto *vel* linguâ lædere. *Prop. l.* 1. Te non ulla meæ læsit petulantia linguæ. *Virg* ——manet altâ mente repostum Judicium Paridis, spretæque injuria formæ. *Ovid* Nec sola hæc ad nos injuria venit ab illo. *Virg* Quid meus Æneas in te committere tantùm Quid Troës potuêre? Aliquem indignis tractare modis, immerentem lædere. *Met. apud. Sen.* Quod crimen, aut quæ culpa multatur fugâ? *Ov.* —— minasque, Ni procul abscedat, convitiaque insuper addunt: *Vide infrà* MALEDICERE.

Jura negat sibi nata. Justi & æqui contemptor. Nam cui pepercit ille? &c. *Ovid.* Sævit, & injustum jus sibi quisque facit. *Vide fol.* 10. ÆTAS FERREA.

INNOCENS.

Criminis insons, immunis. Sine fraude dolóque. Viximus innocui. Vitam sine crimine duxi. Conscia mens recti est. *Horat.* Nil conscire sibi, nullâ pallescere culpâ, Vita fidésque inculpata meâ est. Integer vitæ, scelerisque purus, innocuas habens manus. *Ovid.* 2. *Pont. El* 9 Non ego cæde nocens in Ponti littora veni, Mistave sunt nostra dira venena manu. Nec quicquam, quod lege veter committere, feci. *Idem ad Liv.* Quid tibi nunc mores prosunt, actumque pudicè Omne ævum? Quid tenuisse animum contra sua secula rectum, Altius & vitiis exseruisse caput? *Id.* 2. *Trist.* At memini vitamque meam moresque probabas. Caussa mea est melior: qui nec contraria dico ... rma, nec

Insons. Innoxius. Innocuus.

nec hostiles esse secutus opes. *Vide suprà* BONUS *fol.* 129.

INSIDIÆ MILITARES.

Ep. Tectæ, tacitæ, latentes, obscuræ, fallaces, hostiles, *&c.* *Virg.* —dolus, an virtus, quis in hoste requirat? *Id.* Illi etiam, si quos obscura nocte per umbram Fudimus insidiis.—— —manifesta fides. Danaûmque patescunt Insidiæ. *Pap.* — —insidiis, tacitóque invadere ferro. *Virg. de Lupo, qui Marti sacer.* Non lupus insidias explorat ovilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat. *Id.* —pleno lupus insidiatus ovili. *Vide annotata suprà fol.* 33 FRAUDEM STRUERE *fol* 259.

Vias, angusta viarum ferro obsidere. In silvis, positis subsidere telis. Silvis se abdere. *Sil l.* 5. Nec Pœnum liquêre doli, sedet ense reposto Abditus. *Ovid.* 2. *Fast.* Cetera virgultis abdita turba latet. —ubi vincere apertè Non datur; insidias, armáque tecta parant. Fraude perit virtus. In apertos undique silvis Prosiliunt hostes, & latus omne tenent. *Virg. l.* 11. —— valles accommoda fraudi Armorumque dolis: quàm densis frondibus atrum Urget utrimque latus, tenuis quà semita ducit. &c. *Atque hæ propriè sunt* insidiæ: *quæ vox ab* insidendis, *sive occupandis locis fraudi accommodis, formata est Atque hoc sensu usus est verbo* insidere *Latinitatis omnis certissimus auctor Virgilius loco suprà citato*:

Arripuitque locum, & silvis insedit iniquis.

LOCI INSIDIIS APTI DESCRIPTIO

ex Statii Papinii Thebaid. l. 2.

Fert via per dumos propior, quà calle latenti
Præcelerant, densæque legunt compendia silvæ.
Lecta dolis sedes: gemini procul urbe malignis
Faucibus urgentur colles, quos umbra superni
Montis, & incurvis claudunt juga frondea silvis.
Insidias natura loco, cæcamque latendi
Struxit opem, mediásque arctè secat aspera rupes
Semita, quam subter campi, devexaque latis
Arva jacent spatiis.———

INVADERE.

INVADERE HOSTEM: Ferro aggredi. Magnis animis, forti pectore in hostem tendere, in adversos ruere, in oppositos ferri. *Virg l* 9. *de Turno*: Haud aliter juvenis medios moriturus in hostes Irruit, & quà tela videt densissima, tendit. Irruimus, densis & circumfundimur armis. Invadere ferro. In medium agmen se inferre, injicere. Densis incurrimus armis, *&c.*

IN-

INVADERE DOMUM, urbem, castra, *&c.* Irruere in tecta; ferro circum aggredi: ferro scindere, populare, invadere. *Virg. 2. Æn.* Fit via vi, rumpunt aditus, primósque trucidant Immissi Danai, & latè loca milite complent *Ibid* ——— Danaosque ad tecta ruentes Cernimus, obsessumque acta testudine limen. Hærent parietibus scalæ; postésque sub ipsos nituntur gradibus: clypeósque ad tela sinistris Protecti objiciunt, prensant fastigia dextris: —nec saxa, nec ullum Telorum interea cessat genus. *Sil. l. 1.* Prima Saguntinas turbarunt classica portas: Invadunt manibus vallum, cæsásque relinquunt Dejecti muri dextras. *Ibid.* Tandem condensis actæ testudinis armis Subducto Pœni vallo, cæcaque latebra, Pandunt prolapsam suffossis mœnibus urbem.

COMPARATIONES.

1. *Animo obfirmato in hostem euntes comparantur à Virg. cum lupis ad prædam excurrentibus, l. Æn. 2.*

——— —inde, lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies, catulique relicti
Faucibus expectant siccis, per tela, per hostes
Vadimus haud dubiam in mortem.

2. *Cum Leone Taurum procul conspectum invadente, lib. Æn. 12.*

——utque Leo, specula cùm vidit ab alta
Stare procul campis mediantem prælia taurum,
Advolat: haud alia est Turni venientis imago.

3. In hostem *magnâ vi irruentes comparantur ab Ovid. cum torrente, l. 2. Fast.*

Ecce, velut torrens undis pluvialibus auctus,
Aut nive quæ Zephyro victa repente fluit,
Per sata, pérque vias fertur, ———
Sic Fabii vallem, latè discursibus implent,
Quodque vident, sternunt, nec metus alter inest.

4 *Cum Centauris (Virg. l. 7.) è monte rapido cursu descendentibus: quibus*

———dat euntibus ingens
Silva locum, & magno cedunt virgulta fragore.

5. PLURES *hinc inde medium aliquem invadentes comparari possunt cum lupis ovem patulo rictu cingentibus: Vel cum ursis Taurum invadentibus. Exemplo Silii l. 4.*

Hinc Mago, hinc sævus pariter videre Maharbal:
Ut subigente fame diversis rupibus Ursi
Invadunt trepidum gemina inter prælia Taurum.

Vide plura in BELLICOSUS *fol. 126.*

IN.

INVIDIA.

Epit. Măla, măligna, oblīqua, īnīqua, īners, ĕdax, mordax, nīgra, ātra, ăcerba, prŏcax, tābĭfĭca, ācris, noxia, prāva, fŭrens ardens, tristis, vĕnēnāta, fœda. Pallida semper invidia: ægra lætis: secundis anxia. Ipsa sibi pœna. Virtutis comes. Pectoris

Livor. ingens tormentum: iners vitium, degener. *Ovid.* Livor, iners vitium, mores non exit in altos, Utque latens ima vipera serpit humo. *Sen Hipp.* Haud illum niger Edaxq; livor dente degeneri petit. Invidiæ dens, impetus, tela. Invidiæ pestis, virus, venenum, tabum, labes livida, tabes. *Virg. append.* Livor, tabificum malis venenum, Intactis vorat ossibus medullas, Et totum bibit artubus cruorem: Suspirat, gemit, incutitque dentes: Sudat frigidus intuens quod odit: Effundit mala lingua virus atrum, &c. *Sil.* O dirum exitium mortalibus: ô nihil unquam Crescere, nec magnas patiens exsurgere laudes Invidia! *Ovid* Livor summa petit. *Id. 2. Met.* Cunctaque magna facit: *Non quòd ea laudibus extollat aut deprædicet (quod ab invidiâ ingenio planè abhorret) sed quia, quidquid alteri obtigit (cùm nulli omnino bene velit)* ingens & *nimium videtur juxta illud Ovidii*:

Fertilior seges est alienis semper in agris,
Vicinumque pecus grandius uber habet.

INVIDIÆ DESCRIPTIO
ex Ovidii Metamorphoseos l. 2.

—— —— videt intus edentem
Vipereas carnes, vitiorum alimenta suorum,
INVIDIAM; visâque oculos avertit: at illa
Surgit humo pigrè semesarumque relinquit
Corpora serpentum, passuque incedit inerti.
Pallor in ore sedet, macies in corpore toto:
Nusquam recta acies: livent rubigine dentes,
Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno:
Risus abest, nisi quem visi movêre dolores:
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis:
Sed videt ingratos, intabescitque videndo
Successus hominum, carpitque & carpitur unà,
Suppliciumque suum est.

Invidere.

Livesco. Alterius bonis livescere, macrescere, rebus lætis *vel* opimis ægrescere. *Papin.* Ægraque lætis invidia, Invidiâ rumpi, tumere. *Ovid.* Rumpor & invideo. Melioribus actis *vel* prælato honori invidere. Oculis ægris, iniquis, obliquis aspi-

aſpicere. *Virg. l.* 11. *de Drance* ———quem gloria Turni Obliqua invidia, ſtimulisque agitabat amaris *Idem in Ecl.* Quæ cùm vidiſti puero donata, dolebas : Et ſi non aliquà nocuiſſes, mortuus eſſes. Alicujus ingenium *vel* laudes detrectare : dente invido, nigro, atro, venenato petere, lacerare, *&c.* Invidiâ coqui, tabeſcere, ægreſcere, confici. Livoris rabie agitari, impelli. *Ovid.* 2. *Met. de Aglauro ſorori ſuæ Herſæ invidenti:* ——quibus irritata, dolore Cecropis occulto mordetur, & anxia nocte, Anxia luce gemit, lentàque miſerrima tabe Liquitur, ut glacies incerto ſaucia ſole. *Claud.* Haud equidem invideo, neque enim liveſcere fas eſt. LIVOR *dicitur* Invidia *à colore livido invidorum. Lividus autem color plumbeus eſt: qualis apparet in cute læſa aut contuſa. Apud Apulejum ſunt ſervi,* vibicibus livedinis totam cutem depicti: *apud Ovid* —liventia colla catenis. *Hinc* liveſcere *pro Invidia torqueri*: Lividus, *invidus*; Livere, *invidere. Quâ voce in hoc ſenſu uſus eſt Mart. l.* 9. *de Domitiano Imp. oleâ prius quàm quercu coronato :*

Albanæ livere poteſt pia quercus olivæ,
Cinxerit invictum quòd prior illa caput.

INVIDUS.

Lividus Invidiæ veneno afflatus. Invidiæ ſtimulis agitatus, impulſus. Livore maligno infectus. Liventia pectora. *Mart.* Omnibus invideas livide, nemo tibi. Obliquo livore macer. Invidiâ æger, laborans. Cujus cor, pectus, medullas invidia coquit, lacerat, conficit, torquet, lentâ tabe exedit, depaſcitur, *&c.* Cui pectus felle madet, nigro veneno tumet. *Sil.* *Æmulus.* ——atra veneno Invidiæ, nigroque undantia pectora felle. Cui invidia pectus nigra ferrugine Tingit, & humanis præcordia ſentibus implet, Inſpiratque nocens virus, *&c.* Omnia detrectans : omnium ſucceſſibus dolens. Liventia pectora. Æmula turba. Gens nigra Zoilorum : nigro dente armata. Alterius quem lædit honos, urunt laudes, rumpunt, cruciant, &c. *Clud. l Stil.* ——nulli pars æmula defuit unquam, Quæ gravis obſtreperet laudi; ſtimulisque malignis Facta ſequebatur quamvis ingentia livor. INVIDUS, *maledicos, obtrectatores, potiſſimùm, cujusquam doctrinæ aut ingenii Latini vulgò* Zoilos *vocant, à* Zoilo *quodam ſophiſta, qui olim Homerum poëtarum principem auſus eſt libris aliquot in eum ſcriptis inceſſere. Unde* Homeromaſtigis *nomen obtinuit. Ovid.* 1. *Rem. exemplis Homeri & Virgilii; deinde ipſius Livoris, non niſi magna allatrantis, ingenio excitatus, invidiam irridet, multóque ſe majora (qui unicus eſt de illa ulciſcendi modus) tentaturum minatur.*

In

Ingenium magni Livor detrectat Homeri.
Quisquis es, ex illo ZOILE nomen habes.
Et tua sacrilegæ laniarunt carmina linguæ;
Pertulit huc victos quo duce Troja Deos.
Summa petit livor, perflant altissima venti:
Summa petunt dextra fulmina missa Jovis.
RUMPERE Livor edax, magnum jam nomen habemus:
Majus erit: tantùm, quo pede cœpit, eat.
Sed nimiùm properas; vivam modò, plura dolebis:
Et capient anni carmina multa mei.

IRA.

Ep. Cœca, vesāna, insāna, dēmens, *&c.* Tŭmĭda, viŏlenta, grăvis, ācris, răpĭda, mōta, commōta, prompta, răbĭda, sæva, trux, ătrox, fĕra, efĕra, indŏmĭta, horrĭbĭlis. *&c.* Ardens, accensa, flammāta, fulmĭnea, fervens, fervĭda, *&c.* Undans spumis. Faces animo subdens. Mentem præcipitans, abripiens in præceps. Incendens præcordia. Animum turbans. *Horat. Ep.* IRA FUROR BREVIS est, animum rege; qui nisi paret, Imperat: hunc frenis, hunc tu compesce catenâ. *Virg* Furor, iraque mentem præcipitant. Junonis gravis ira, & inexsaturabile pectus. *Virg l.* 12. Haud secus accenso gliscit violentia Turno. Haudquaquam dictis violentia Turni flectitur.

Violentia. Æstus irarum. Irarum fluctus. Mentis cœcus furor. Animus cæcus, incensus, inflammatus ira. Vesanus animi tumor. Iræ impetus. Iræ sævique dolores.

IRATUS.

Irâ percitus, concitus, fervidus, turbidus, commotus, ardens, furens, infrendens. *Pap.* ——— nubilus irâ. Sævus atque irâ tumens. Iræ impatiens. Furens animis. Dentibus infrendens, asper acturbidus irâ. Actus furore, fluctuans irâ. Irarum volvens sub pectore fluctus. Horridus irâ. Irarum flammis succensus. Sæva bile tumens. Stimulis furoris actus. *Virg.* — concussaque vulgi Pectora, & arrecta stimulis haud mollibus iræ. *Ovid.* — tumidi ritu torrentis agebat, Cœcique me prædam fecerat ira suam.

Hominis IRATI *signa.*

Pallere: tumere: infrendere: spumare: ignescere: fumare: discurrere: minari: murmurare: vociferari: obmutescere, &c. *Virg. variis locis.* Dentibus infrendens, ter totum fervidus ira Lustrat Aventinum. Oculis micat acribus ignis: subitus tremor occupat artus: Diriguêre oculi. Flammea torquet lumina: huc illuc volvit oculos: Tum quassans caput, hæc

hæc effudit pectore dicta *Sen. Oedip.* Vultus furore torvus, atque oculi truces, Gemitus & altum murmur, & gelidus fluit Sudor per artus: Spumat & volvit minas. *Id.* Ardent minaces igne truculento genæ, Oculique vix se sedibus retinent suis. *Sil. lib.* 5. Sic memorans torquet fumantem ex ore vaporem, Iraq; anhelatum protrubat pectore murmur. *Vide* FUROR *fol.* 267. *Nam inter hunc & iram nihil interest, nisi quòd hæc brevior sit, ille diutius adhæreat. Quantum enim absunt à furibundo illa, quæ Seneca l.* 1 *iracundiæ tribuit:* Quid opus est mensam everrere? quid pocula solo affligere? quid se in Columnas impingere? quid capillos evellere? femur pectusque percutere? *Illud primum de* mensa eversa, *etiam Ovidius inter irati signa retulit* 6. *Met. de Tereo:*

——ingenti mensas clamore repellit;
Vipereasque ciet Stygia de valle sorores.

COMPARATIONES.

1. Iram *Turni impotentis, nec sese capientis, comparat Virgilius l.* 7. *cum lebete subjectâ flammâ exundante:*

——magno veluti cùm flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni,
Exultantque æstu latices: furit intus aquaï
Fumidus atque altè spumis exuberat amnis:
Nec se jam capit unda, volat vapor ater ad auras:

2. *Ejusdem indignationem & violentiam explicat comparatione Leonis saucii l.* 12.

———ultro implacabilis ardet
Attollitque animos. Pœnorum qualis in arvis
Saucius ille gravi venantûm vulnere pectus
Tum demum movet arma leo: gaudetque comantes
Excutiens cervice toros, fixumque latronis
Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento.

3. *Iram Mulieris deprensâ pellice comparat cum Apro, Leana, Vipera. Ovid.*

Sed neque fulvus aper mediâ tam sævus in ira est,
Fulmineo rapidos dum rotat ore canes,
Nec Lea cùm catulis lactentibus ubera præbet,
Nec brevis ignaro vipe a læsa pede.

4. Iratum *insuper alii cum mari æstuante, alii cum Tauro irritato, alii cum Tigride comparant; sed puero sufficiet hos superiores imitari, quibus addere potest, quæ suprà attulimus fol.* 267.

IRASCI.

Irâ flagrare, ardere, exardere, æstuare, exæstuare, calere, fervere, incandescere. Irâ concitari, moveri, agi, accendi, incendi. Exardere in iras. Suggere in iras. Iras animo coquere. Iram exercere. Iras animo concipere. Iræ permittere habenas. *Virg.* Irarumque omnes effundit habenas. Magnoque irarum fluctuat æstu. Irarum volvit sub pectore fluctus. Ingenti æstuat irâ. Ardentem curæque iræque coquebant. Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet. Tum magis increscunt animis discordibus iræ. Tum verò insurgunt iræ. *Papin.* Exedere animum dolor, iraque demens. Huc ferus atque illuc animum, pallentiaque ira Ora refert *Sen.* Vivaces aget violentus animus. Tumet animus irâ, fervet immensum dolor. Iraque totus fervet. Ira furit. *Ovid.* Protinus exarsit, nec tempora distulit iræ. Indomitas ardescit vulgus in iras. *Virg.* Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras? Quid furis?

Succensere. Stomachari. INDIGNARI. Irasci alicui: succensere *Ovid.* Nec tamen irascor, quis enim succenset amanti? *Horat. Ep.* 1. ——— nec pravè sectum stomacheris ob unguẽ. UBI *nota* stomachum *Latinis sæpe sumi pro indignatione vel iracundia sedu. Hinc Cicero ad Q. fratrem Epistolam quandam vocat* plenam stomachi & querelarum. *Et alibi dixit* movere stomachum *pro ad iracundiam provocare, quod Mart. l.* 1. *dixit* bilem movere. *Est autem bilis pars sanguinis (cujus jecur officina est) calidior, ac velut spuma ebulliens, atque acrimonia sua iram in corde excitans. Hinc Horat. l.* 1. *Od.* 13. *indicans se iratum esse:*

——————væ, meum
Fervens difficile *bile* tumet *jecur.*

Ad iram incitare.

Alicui *vel* alicujus animo, menti iras addere, faces subjicere. Animos addere *vel* sufficere. Animum alicujus incendere dictis, incitare, accendere, inflammare. Iras *vel* furorem acuere, movere, stimulis haud mollibus arrigere, aggerare. *Virg.* Inceditque animum dictis, atque aggerat iras.—— ——Trachontem in prælia sæva Suscitat, & stimulis haud mollibus incitat iras. *Vide* EXHORTARI.

Iram deponere.

Iram *vel* iras ponere, tollere, premere, cohibere, reprimere, supprimere, temperare. Animum regere. Iram frenocompescere. Turbidos pectoris æstus sedare: mentis componere flu

fluctus. Placare animos. Animum ab ira revocare. *Sen* Difficilè quàm sit animum ab ira flectere Jam concitatum. *Id.* Resiste, & iram comprime, ac retine impetum. Pectoris parum sani impetum domare, frenare, *&c* Ferocia ponere corda. Paulatim cadit ira ferox, mentésque tepescunt. *Virg.* —— tumidâ ex ira tum corda residunt. *Metaphora ducta à mari vel ventis, qui etiam* subsidere *dicuntur Ovidio in Trist.*

— Veluti ventis agitantibus æquora; non est
Æqualis rabies continuusque furor;
Sed modò subsidunt, intermissique silescunt:
Vimque putes illos depoluisse suam, *&c.*

Iram alicujus placare.

Iram commoti Numinis *vel* hominis orando flectere, vocibus mulcere, mitigare, lenire: precibus vincere, supplicibus verbis superare. Lacrymis, precibus iram alicujus frangere, sedare. Corda aspera movere, placare. Placidum reddere, mollire. *Sen* ——— —quid pectus ferum Mollire tentas precibus? *Ovid. variis locis*: Jam læsi fiet lenior ira Dei. ——— mitescet Cæsaris ira, Et veniet votis mollior aura tuis. Musaque quæ movit, motam quoque leniet iram, Exorant magnos carmina sæpe Deos. Numinis ut læsi fiat mansuetior ira. Cur ego posse negem minui mihi Cæsaris iram, Cùm videam mites hostibus esse Deos? 3. *de Pont.* Numen adorandum est: Gratia si nulla est; lacrymæ tibi gratia fiant: Hâc potes aut nullâ parte Deos. *Adde his Nasonem prose orantem l. 2. Trist. ubi Augustum, quem offenderat, hunc in modum alloquitur*:

His precor exemplis tua nunc, mitissime Cæsar,
Fiat ab ingenio mollior ira meo
Illa quidem justa est, nec me meruisse negabo.
(Non adeò nostro fugit ab ore pudor)
Sed nisi peccassem, quid tu concedere posses?
Materiam veniæ sors tibi nostra dedit.
Si, quoties peccant homines, sua fulmina mittat
Jupiter, exiguo tempore inermis erit.
Nunc ubi detonuit, strepituque exterruit orbem,
Purum discussis aëra reddit aquis.
Jure igitur *Genitorque* Deûm *Rectorque* vocatur,
Jure capax mundus nil Jove majus habet:
Tu quoque cùm *Rector* Patriæ dicare, *Paterque*,
Utere more Dei nomen habentis idem.

IRE,

ATQUE HUC SPECTANTIA.

Incedere. Gradi. Progredi. Ingredi. Spatiari. Ire pede, gradu, gressu, passu celeri, tardo, &c Ferre pedem, gradum, gressus, passus. Ferri pede, gradu, passu. *Virg de fama.* Ingreditúrque solo, & caput inter nubila condit. *Iuno apud Virg.* 1. *Æn.* Ast ego quæ Divum incedo regina. *Ovid.* ——nam cùm per littora lentis Passibus, ut soleo, summa spatiaret arenâ. *Virg.* Tandem progreditur magnâ stipante catervâ, Nec non & Phrygii comites, & lætus Iulus Incedunt. ——ipse uno graditur comitatus Achate. Ferre iter. *Virg.* Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti Ferret iter. Ire via. Viam terere, passibus metiri. *Mart.* Ite sacrâ, jam non pulverulenta via est. *Prop.* Nec tibi, ut invenias, longa terenda via est. *Horat.* Ire per extentum funem. *Manil.* ————per extentos ponet vestigia funes. *Ovid. de Polyphemo.* ———— gradiens ingenti littora passu degravat. *Virg. de eodem excæcato:* Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat.

2. *Ire aliquò.*

Aliquò pergere, procedere, tendere, contendere, tendere iter, dirigere gressus, ferre pedem, tenere iter, tendere gressum, &c. Quò ruitis? Quove tenetis iter? gressumq; ad mœnia tendit. Iter ad naves tendebat Achates. Gressumque ad castra ferebat Locum aliquem petere. Se aliquo ferre, proripere. Gressus, pedem, vestigia aliquò torquere, flectere, ferre. Aliquò viam *vel* iter flectere, ferre, moliri, convertere. *Ovid.* Protinus ad patrios sua fert vestigia vultus. Ad urbem Haud trepidus convertit iter. *Virg.* Procedo ad Priami sedes. ———— quò se raptâ bis conjuge ferret? ———— quò se nunc proripit ille? ———— quò tenditis? inquit. Superat quoniam fortuna, sequamur: Quòque vocat, vertamus iter *Prop.* Jamque aliò moliris iter, nec deside passu Ire paras. *Papin.* prior hæc ad limina fortè Molitur gressus. Perge modò, &, quà te ducit via, dirige gressum. Corripuêre viam interea, qua semita monstrat. Vadimus haud dubiam in mortem, mediæque tenemus Urbis iter.

3. *Redire.*

Remeare. Reverti Pedem, gradum, gressus referre, reflectere, revocare. Urbem *vel* penates repetere. Ad urbem remeare, se *vel* pedem referre, reportare. Itque reditque viam toties. *Virg.* ———— muros, quò gressum extuleram, repeto, & vestigia retrò observata sequor. Relegere vestigia. *Horat.* re-

———retrorſum Vela dare, atque iterare curſus Cogor relictos. Converſa domum dare lintea Pelagóque remenſo improviſi aderunt. Littora reduci carina tangere. Reduci tangere pede limina, *&c.*

4. *Abire.*

Patriâ, terrâ *vel* tecto excedere, recedere, diſcedere, exire, proficiſci: patriam *vel* urbem linquere, deſerere. Fuga, *vel* pede deſerere, abire, &c. *Virg.* Ardet abire fuga, dulceſque relinquere terras. Migrare. Abitum parare *Virg.* Migrantes cernas, totaque ex urbe ruentes. Exceſſere omnes adytis ariſque relictis. Celeri pede deſerere: avolare: fugere. Mene fugis? Pedem efferre. *Sen.* Nondum meis exportat è regnis pedem? liberet fines metu, abeatque tuta. Egredere, purga regna, *&c.* Profugere cogis? redde fugienti ratem *Cat.* Abite illuc, unde malum pedem attuliſtis. Cede agedum, & tutâ limina linque fuga. Greſſus removere profani. Lucoque abſcede verendo. *Ovid. in Ep* Abſtrahor, Hypſipyle: ſi dent modò fata recurſum; Vir tuus hinc abeo, vir tibi ſemper ero. Certus es ire tamen, miſeramque relinquere Dido. *Id.* Et mihi diſcedens ſupremâ dicere voce; Philli, fac exſpectes Demophoonta tuum. Expectem, qui me nunquam viſurus abiſti? &c. *Vide* NAVEM SOLVERE.

Decedere. Diſcedere. Excedere. Migrare Egredi.

5. *Venire.*

Huc tandem concede: Huc pedem refer, gradum flecte, curſum flecte, *&c.* Properans adventat in urbem. Foribuſque propinquat. *Virg.* Devenêre locum. Tyriam qui adveneris urbem. Optatas ſedes novus advenit hoſpes. Quibus Hector ab oris Exſpectare venis? Adire, petere tecta: concurſu accedere magno, undique confluere. In urbem pervenire. Littus tangere: prendere oram, portum, Portuſque patescit jam propior. Et tandem Euboïcis Cumarum allabimur oris, &c. *Vide infrà* NAVEM APPELLERE.

Advẽtare. Adabi. Pervenire. Advenire. Accedere.

ITER.

Iter facere.

Iter ingredi. Carpere iter. Corripere viam. Iter inceptum celerare, peragere. Urbem petere, ad urbem tendere. *Ovid.* Hàc iter eſt Superis ad magni tecta Tonantis. Longa terenda via eſt. Nunc aliò moliris iter. *Ovid.* I procul, & longas carpere perge vias. Perfer, & invitos currere coge pedes. *Id.* Seu rate cæruliias pictâ ſulcavimus undas. Eſſeda nos agili ſive tulêre rotâ Seu pedibus terram, ſeu pontum cal-

Proficiſci.

carpere remis. *Vide suprà* IRE ALIQUÒ *& infrà* VIA *Triptolemus apud Ovid.* 5. *Met. curru Cereris per aërem vectus:*

—— —veni nec puppe per undas,
Nec pede per terras: patuit mihi pervius æther.

Iter facere per remotas terras.

Peregrinari. Peregrinas visere terras. Ignotas tendere in oras, Et procul à patriis dissita regna focis Terras alio sub sole calentes, arva peregrina petere, quærere; adire. Extremas trans pontū quærere terras. Multum telluris obire. Per ignotas urbes errare, vagari Penetrare in extremos Indos, Peregrina bibere flumina. e. g. Tigrim, Araxim, Tagum, Padum, Rhenum, Danubium, *&c.* Littora externa quærere: Barbara surem ora religare. Limen paternum linquere: patrium focum externis arvis posthabere, postponere. *Virg.* Italiam petere, & terras tentare repostas. *Horat.* Ite pedes quocumque ferent, quocumque per undas Notus vocabit, aut protervus Africus. *Idem*: Sive per Syrtes iter æstuosas, sive facturus per inhospitalem Caucasum. *Id.* Visam Britannos hospitibus feros, Et lætum equino sanguine Concanum, &c. *Adde his Prop l.* 3. *Vbi peregrinatione longinquâ amori suo mederi constituit. Quem locum pueris in simili aut aliâ materiâ imitandum propono*:

Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas;
  Ut me longa gravi solvat amore via.
Unum erit auxilium mutatis cynthia, terris.
  Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.
Nunc agite, ô socii! propellite in æquora navem,
  Remorumque pares ducite sorte vices.
ROMANÆ turres, & vos valeatis amici
  Qualiscumque mihi tuque puella VALE.

Ab itinere sive viâ aberrare.

Nota viatum regione excedere, Errore locorum, viarum ambage decipi. Ignotas per vias dubios ferre passus. Innumeras errore vias implere, legere ac relegere. Ferri per devia, ignota viarum. Huc illuc devius errat. Huc illuc instantem devius error agit. Vago cœcum tramite versat iter. Incertus quà sit sibi, nescit eundum. Incertus quod carpat iter, nunc huc, nunc imminet illuc. *Ariadna apud Ovid in Epist. à Theseo deserta, atque in locis ignotis constituta*:

Nunc huc, nunc illuc, & utroque sine ordine curro:
  Alta puellares tardat arena pedes.
Interea toto clamanti littore, THESEU,
  Reddebant nomen concava saxa suum,

Quid

Quid faciam? quò sola ferar? vacat insula cultu;
Non hominum video, non ego facta boum.
Jam jam venturos aut hâc, aut suspicor illâc,
Qui lanient avido viscera dente, lupos.
Forsitan & fulvos tellus alit ista Leones:
Quis scit an hæc sævas insula Tigres habet? *&c.*

Ex his aliisque puer sibi exemplum sumere potest ad describendum hominem in silva aliove loco deserto aberrantem, qui nunc socios itineris, nunc notos ignotosque invocet; nunc huc, nunc illuc currat; recurrat: hinc feras, inde latrones timeat, &c. *Qui optimus est poëtas imitandi modus.*

Errant *& in pelago nautæ, ac sæpe cursu suo excutiuntur: præcipuè, amisso gubernatore Hos tibi describet Licentius S. Augustini discipulus, ita doctissimum pariter ac sanctissimum præceptorem compellans:*

Crede meis, ô docte, malis, Veróque dolori.
Quod, sine te, nullos promittunt carbasa portus,
Erramusque procul turbata per æquora vitæ
Præcipites densa veluti caligine nautæ,
Quos furor Australis, stridens & flatus ab Euro
Perculit, & raptis privavit turbo magistris;
Protinus abruptis miseri volvuntur in undis:
Non forus aut proræ, non lintea deinde procellas
Ferre valent, ratioque jacet stupefacta regendi.

JUDEX.

Epit. Æquus, justus, incorruptus, iniquus, injustus, corruptus, grăvis, sĕvērus, rīgĭdus, dūrus, trĕmendus, *&c.* Rigido gravis ore: Fronte tetricâ verendus. Reos excutiens: Reorum crimina æqua lance expendens, trutinâ severâ examinans. Nec prece, / nec pretio mobilis, *&c.* Cui sunt dubii credita jura fori Legum vindex. Alta sede quæsitor sedens. Caussarum arbiter, cognitor. Judicis urna, judicis tribunal. *Umbra Corneliæ apud Propert. l.* 4. Immatura licet, tamen huc non noxia veni: Det pater hic umbræ mollia jura meæ: Aut si quis posita judex sedet Æacus urna. *Nihil poëtis magis usitatum, quàm in judice describendo* Urnæ *mentionem injicere: quæ nihil aliud est, quàm vasculum sive* sitella, *in quam conjectis tabellis nunc judicem caussis sortiebantur, nunc de reis sententiam ferebant. Quod cùm priùs voce fieret; post, beneficio Legis Cassiæ, tacitis suffragiis, sive,* urna *&* tabellis *peractum est. Huc spectat pulcherrima satyrici gnome sat.* 12. *de incorrupto atque integro conscientiæ judicio:* *Quæsitor. Cognitor Arbiter*

———prima est hæc ultio, quòd se

JUDICE, nemo nocens ABSOLVITUR improba quamvis
Gratia fallacis Prætoris vicerit URNAM.

Judicare.

Decernere: ferre sententiam. *Arbitrio suo lites dirimere.* Jus populis dicere: Legum habenas moderari. *At vos in populis quibus est permissa potestas,* Et jus ab alta sede plebi dicitis. *Ovid.* Res quoque privatas statui sine crimine judex. Deque mea fassa est pars quoque victa fide. *G. B* Ut regat justis populum institutis: pauperum questus facili aure cognoscat, dirimatque lites legibus æquis *Idem de Christo*: Ergo ubi veridicus judex in nube serena Dicere jus veniet, scelerisque coarguet orbem

Vide suprà DIES EXTREMI JUDICII *fol.* 212.

JUDICIS PARTES *sive* OFFICIUM:

1. COGNOSCERE. Quærere. Excutere reos. Admissa rimari, in lucem trahere. *Claud* ——— quæsitor in alto Conspicuus solio pertentat crimina Minos. Et justis dirimit sontes. *Virg* Quæsitor Minos urnam movet: ille silentum Conciliumque vocat vitasque & crimina discit: Castigatque, auditque dolos, subigitque fateri: *Sen.* Si judicas, cognosce: si regnas, jube. *Horat.* malè verum examinat omnis Corruptus judex.

2. *ABSOLVERE.* Culpa, crimine, noxâ solvere. Noxæ eximere. Insontem facere, ostendere. Culpa liberare. Vinclis exsolvere. Subducere letho Culpa reos exsolvere. *Ovid.* Mos erat antiquis, niveis atrisque lapillis, His damnare reos, illis absolvere culpâ *Unde orta locutio*: Album dare calculum, *pro alicui in judicio favere. Nam ubi plurium erat judicium; qui reum damnabant,* nigrum *calculum in urnam immittebant; qui solvendum censebant,* album. *Pertinet huc fabula, quam habet Ovid.* 15. *Metam. de Miscelo quodam, Alemonis filio, qui cùm Herculis monitu patriam deseruisset; obque id à judicibus damnatus esset; cùm jam urna ad numerandum sortes inverteretur, calculi nigri in albos conversi reperti sunt.*

———lata est sententia tristis, & omnis
Calculus immitem dimittitur ater in urnam.
Quæ simul effudit numerandos versa lapillos
Omnibus è nigro color ast mutatus in album:
Candidaque Herculeo sententia numine facta
Solvit Alemoniden. ——— —

3. CONDEMNARE. Damnare. Crimine damnare. Damnare sceleris. Sceleris coarguere. *Ovid. Trist.* Nec mea decre-

to damnasti facta Senatûs, Nec mea selecto judice jussa fuga est, *Claudian. Berecynthiam appellans.* Casta negor: si tu damnas, meruisse fatebor. Morte luam pœnas judice victâ Deâ, Morte *vel* Exilio mulctare. Addicere morti. Neci dedere. Alicui crimini *vel* alicujus nomini nigrum Theta præfigere, mortiferum signum addere. *Persius.* Et potis es nigrum vitiis præfigere Theta. NOTA *inter cetera olim condemnationis signa fuisse & Græcum* Θ, *idque sententiæ capitali præfixum: fortè quòd Mors Græcis* θάνατος *dicatur, primamq; litteram pro tota voce sumpserint. Visus est Veuere non nulla Ausonius in Epigr.* Miselle Doctor, ὁ tibi sit obscœno,

Tuumque nomen Θ sectilis signet.

JUGUM.

Curvum. *Ep* incurvum, pandum, &c. Servile, turpe, triste, exitiale, indignum, &c. *Durum,* intolerabile, ferreum, aheneum, adamantinum, Boves sub *vel* ad juga vocare, agere, cogere, ducere. *Ovid.* Ducam ruricolas sub juga panda boves. Sub juga mittere. Colla boûm jugo premere. Oneri supponere tauros: plaustro *vel* antro adjungere. *Prop. l.* 3. *de Medea:* Colchis flagrantes adamantina sub juga tauros Egit, &c. *Horat.* ignota tauris illigaturum juga Perunxit hoc Jasonem.

Colla jugis supponere, subdere, præbere, submittere. Submisit tristi colla superba jugo. Jugum subire. Sub juga ire. Dare colla jugo. *Ovid.* Præbet & incurvo colla premenda jugo. *Idem.* Isse sacros Marti sub juga panda boves. Jugum ferre, perpeti. *Claud* ——— —quoniam usque feremus exitiale jugum?

JUGUM excutere, detrectare. *Prop. l.* 2. Ac veluti primò taurus detrectat aratra, Post venit assueto mollis ad arva jugo Colla jugo subtrahere, eripere. Rumpere vincla: rupto jugo fugere vincla. *Ovid.* 1. *Rem.* Et tua læsuro subtrahe colla jugo. *Horat.* Eripe turpi colla jugo. *Sen. de amore* Qui blandiendo dulce nutrivit malum; Serò recusat ferre, quod subiit jugum. *Vbi* NOTA, *quascumque hic de* jugo *loquendi formas attulimus, non rei tantùm rusticæ convenire; sed frequentissimè traduci à poëtis ad omne genus* servitutis, *civilis aut moralis, maximè quæ sub* Amoris *imperio agitur: de qua Propert. lib* 3. *El.* 11.

Criminaque ignavi capitis mihi turpia fingis,

Quòd nequeam rupto solvere vincla jugo.

JURARE.

Deos, sidera, terram, oculos suos, &c. *vel* per Deos, sidera,

dera, *&c.* jurare, adjurare. *Ovid.* Juraret ne quos inscia lingua Deos. TesteDeo promittere. Deos testes adhibere. Deos testari. *Plaut.* Jusjurandum dare. *Atys puer Cybelæ castitatem jurans* 4. *Fast.* Ille fidem jussis dedit: &, si mentior inquit, Ultima quâ fallam sit Venus ista mihi. NOTA *Veteres per varias res jurare solitos, prout eis hac aut illa præ ceteris chara erat, aut Numinis vice.* Jurabant *igitur*,

Per
- Deos superos, inferos, *&c.*
- Cœlum *ac* sidera.
- Terram, mare, aërem.
- Patriam, parentes, liberos, *&c.*
- Majorum ossa & cineres.
- Salutem ac Genium Principis.
- Caput suum *aut* alterius.
- Oculos suos, *aut* amicorum.

Virg. l. 6. *Æn.* ——— per sidera juro, Per Superos, per si qua fides tellure sub ima est; Invitus Regina tuo de littore cessi. *Dido l.* 4. Testor chara Deos, & te, Germana, tuumque Dulce caput *Cupido apud Ovid.* 1. *Pont.* Per mea tela faces, & per mea tela sagittas, Per matrem juro, Cæsareumque caput. *Corn. apud Prop. l.* 4. Testor majorum cineres tibi, Roma colendos. *Ipse l.* 2. Ossa tibi juro per matris, & ossa parentis: Si fallo, cinis heu! sit mihi uterque gravis. *Ovid* Perque suos illam nuper jurasse recordor, Perque meos oculos: & doluêre mei, &c. *Tantùm hic adjungam morem Veteribus in Sacris & jurejurando usurpatum, ut* Aram manu tangerent: *quam etiam inde nomen sortitam volunt, dictamque* Aram, *quasi* ansam. *Confirmare hunc ritum potes Virgilii loco l.* 12. *ubi amplissimum habes Latini Regis jusjurandum:*

———— ——sequitur sic deinde Latinus
Suspiciens cœlum, tenditque ad sidera dextram.
HÆC eadem Ænea, terram, mare, sidera juro,
Latonæque genus duplex, Janumque bifrontem,
Vimque Deûm infernam, & diri sacraria Ditis.
Audiat hæc Genitor qui fœdera fulmine sancit.
TANGO ARAS, mediosque ignes & Numina testor.

Porrò jusjurandum Deorum per Stygem *fieri solitum videre potes suprà fol.* 310. *Quibus adde solis promissum Phaetonti factum apud Ovid.* 2. *Met*

——— —quodvis pete munus, & illud
Me tribuente feres: promissi testis adesto
Diis juranda palus, oculis incognita nostris.

JUS.

Ep. Legitimum, ſanctum, ſaciatum, pactum, firmum, inviolabile, *&c.* Legum jura. Fas æquumque. Juris decreta. Jure bono, legitimo. Fas, & jura ſinunt. Jus fasque eſt Sacrati regula Juris, quo regitur mortale genus. Jus & æquum. *Ovid* 3. *Triſt. eleg.* 8. *tria ſimul ſynonyma complexus eſt.* Non metuunt LEGES: ſed cedit viribus ÆQUUM: Victaque pugnaci JURA ſub enſe jacent. *Vide infrà* LEX. *Lex.* *Fas.* *æquum.*

Iuriſconſultus.

Juris ac Legum ſciens. Juris interpres ſacri. Vir conſultiſſimus Æqui. Antiquas leges, priſca pacta, Romana jura ad unguem tenens Legum ænigmata, juris utriuſque nodos ſolvere potens. Juris antiſtes ille, cui ſuum recluſerat pectus Aſtræa; ſuo quem foverat Themis ſinu. Aſtrææ genius. Juris honos, norma fori. Cui alta Themiſſe pandere totam ſuſtinet. *Mart. l* 10. Juris, & æquarum cultor ſanctiſſime Legum, Veridico Latium qui regis ore forum. THEMIS, *quæ & THEMISTIS, Iuris & æqui Dea credita eſt, quæ ſuaderet hominibus id petere, quod fas eſſet. Eadem ante Apollinem Delphis oracula ediſſe fertur: unde fortaſſis apud Cic. eſt* Themiſta ſapientior. *Oraculi meminit Ovid.* 1. *Met. de Deucalione.*

Corycidas Nymphas, & Numina montis adorat,
Fatidicamque Themin quæ tunc oracula tenebat.

JUSTITIA.

Ep. Sancta, ſacra, ſaciata, alma, pia, cæleſtis, *&c.* Terris fugata Terris exulans. Cælo recepta Virgo Crimina æquâ lance pendens. Frontem limbo velata pudicam. Cujus ſtant omnia nutu Cujus ſtat fœdere mundus. *Claud. de Aſtræa cœlo reduce:* Pax avibus quacunque volat, rabiemque frementes Depoſuêre feræ: lætatur terra reverſo Numine, quod priſci poſt tempora perdiderat auri. *Sen. Oct.* Neglecta terras fugit, ac mores feros Hominum, & cruenta cæde pollutas manus Aſtræa virgo, ſiderum magnum decus. *Hominum enim ſceleribus, & fraude terris fugata creditur ac cœlo recepta inter ſidera locum obtinuiſſe. De qua vide ſuprà fol.* 85. *Ovid.* 1 *Met.* *Aſtræa.*

Victa jacet Pietas, & virgo cæde madentes
Ultima cæleſtûm terras ASTRÆA reliquit.

JUSTUS.

Servantiſſimus æqui. Juſtitiæ tenax. Cuique ſuum tribuens Juſtitiæ cultor. Cui eſt recti & æqui reverentia Indociliſque merare fidem. Quem fraudis expers ſimplicitas juvat, *Æquus.*

Urgetque rectum propositi tenax. *Claud.* ——— Justique tenorem Flectere non odium cogit, non gratia suadet. Nam spretas quis opes, intactaque pectora lucro Commemoret? ———idem prædurus iniquas Accepisse preces? rursus quæ digna petitu, Largitor facilis,&c. *Vide plura suprà* V. JUDEX & *fol.* 129.

JUVENTUS.

Juventa *Ep.* Grāta,hĭlāris,dulcis,ămœna,jūcunda,læta,făcĭlis,dŏcĭlis,tĕnĕra,mollis,mītis,blanda,&c. Prōdĭga,incauta,stulta,imprōvĭda,cœca,effrēnis,pĕtŭlans,prŏcax,văga,lascīva,luxŭrians,&c. Călĭda,fervĭda,audax,gĕnĕrōsa,gnāva,vălĭda,fortis,ignea, &c. Prīma, prīmæva,flōrĭda,flōrens, vernans, vĭrĭdis,vĭrens,tōsea,&c. Pravi docilis juventa: incauta futuri; mollis & apta capi: sanguinis plena; sanguine fervens: rubore vernans: patiens operum, &c. Fugiens pede levi: non revocabilis, non reditura. *Ovid.* Utendum est ætate, cito pede labitur ætas: Nec bona tam sequitur, quàm bona prima fuit. Flos juventæ. Flos virentis ævi. Ætas verna, florida Ver ætatis. *Cat.* Jucundum cum ætas florida ver ageret. *Ovid.* Ætatis breve ver, & primos carpere flores.

Juvenilis anni. Juventæ spatium. Prima juventæ tempora. Primæ lanuginis ætas: Primi anni, teneri, primævi. Prima pars ævi. Pars melior vitæ. *Sen Hipp.* ———optimos vitæ dies Effluere prohibe.

Juventæ calor, flamma, fervor, lumen, decus, vigor, robur, &c. Fortior ætas: cui canities abest morosa: cui virent genua: rebus agendis nata,&c. *Ovid. Met.*

———neque enim robustior ætas
Ulla, nec uberior, nec quæ magis ardeat ulla.

In juventute.

Adhuc florente juventâ. Primævo in flore juventæ. Tunc cùm juvenilibus annis Luxuriant animi, corporaque ipsa vigent. *Virg.* Superat dum læta juventus. Dum melior vires sanguis dabat. *Horat.* Dum virent genua Dum poplites firmi, solidæque suo stant corpore vires. Dum vernat ætas. Dum firmius ævum, Viridi in ævo. *Claud.*

———primâ cùm parte virescere ævi.

Tum nihil prima genas vestibat flore juventa. Validæ cùm signa juventæ Irrepsere genis. Ubi flore novo pubescit firmior ætas. *Claud.* Per tua lanugo cùm serpere cœperit ora. *Papin.* Cum roseis venit umbra genis. *Ovid* Signabat teneras dubia lanugine malas. *Vide suprà* ADOLESCENS *fol* 3. BARBA *fol.* 116.

JUVENIS.

Epit. Pulcher, audax, fortis, ănĭmōsus, ălăcris, gnāvus, *&c.* Juventa *vel* juvenilibus annis florens, vigens, vernans. Ætatis flore virens. Vernans primævo flore juventæ integer ævi. Validis ardens animis alacrique juventâ. Jam cœpta generosior juventa. Viridi fidens juventa. *Lucan.* Senes mistis armavit ephœbis. Prima sparsus lanugine malas. Purpureo primæ signatus flore juventæ, &c. *V.* ADOLESCENS. *Ephœbus.*

JUVENES. Juvenum caterva, turba, cohors, manus. Juvenilis ætas. *Virg.* — Juvenum manus emicat ardens. *Luc.* Audaxque juventus erupit. *Virg l. Æn* — Una omnis Scyria pubes succedunt tecto, & flammas ad culmina jactant. *V plura in* ADOLESCENTIA: *quæ, quia exiguo limite à* JUVENTUTE *distat, sæpe à poëtis cum illa confunditur. Quod ipsum si materia quæ tractatur, non permittat; non desunt, tum hic, tum loco suprà designato, unde hanc ab illa luculentè distinguas. Porrò primæ illius ætatis mores ac vitia habes apud Horat. in Arte:* *Iuventus.* *Pubes.*

Imberbis juvenis tandem custode remoto
Gaudet equis, canibúsque, & aprice gramine campi,
Cereus in vitium flecti: monitoribus asper:
Utilium tardus provisor: prodigus æris:
Sublimis, cupidúsque, & amata relinquere pernix.

L.

LABOR.

Epit. Dūrus, prædūrus, tollers, sollĭcĭtus, sēdŭlus, pervĭgĭl, insomnis, imprŏbus, *&c.* Magnus, grandis, immānis, immensus, ŏpĕrōsus, mŏlestus, grāvis, *&c.* Ardua quæque perrumpens: omnia vincens: membra lassans, exercens, *&c.* Laboris onus. Series laborum. *Ovid.* Me quoq; debilitat series immensa laborum, Ante meum tempus cogit & esse senem. Gloria multo sudore paranda. *Horat.* Quantus equis, quantus adest viris sudor! i. e. *quantus labor imminet! Sil.* — multóque labore Cyclopum sudatum thoraca capit. i. e. *non sine sudore elaboratum Horat.* — nil sine magno vita labore dedit mortalibus. *Virg.* 1. *Georg.* — Labor omnia vincit improbus, & duris urgens in rebus egestas. *Ubi* improbus *idem valet, quod* magnus, *quasi* nulli probabilis (*ut ibidem vult Servius*) *vel, quod rectiùs aliis videtur* pertinax, instans, propositum urgens: *qualis ferè omnis improbitas. Hinc est apud Sidon. l.* 4. improbitas exsequutorum, *quæ alio loco apud eundem dicitur* exactorum instantia. *Et in* *Sudor.*

No-

Novellis reperies, Improbas creditorum molestias. *Virgilio quoque lib* 9. *Lupus ovili insidians dicitur* asper & improbus, *ob perseverantiam, quâ prædam expectat.*

—ventus perpessus & imbres
Nocte super media——

Mihi ita videtur: improbū *dixisse Latinos, quidquid modum ac modestiam sive servatum* probis *morem excedit. Talis est imprimus gula insatiabilis, ob quam Virgilio Anser* improbus *dicitur, &* 3. *Georg coluber* piscibus atram Improbus ingluviem ranisq; loquacibus explet. *Germanicè diceremus* ungeschickt/unbeleet *Tales item sunt plus justo molesti exactores, à quorum instantia labor* improbus *Virg suprà. Tales sunt sævi, duri, immanes: unde Virg de Leone cervum lacerante*:—lavit improba tæte: Ora cruor. *Adde his impudentes atq; impudicos Prop. l.* 4. *de Vestali incestus rea*, Improba virgineò lecta ministra foco. *Pertinent huc denique scelesti omnes unde est illa generalis in quovis scelere damnanda Veterum formula*: Improbè actum videri. *Sed unde, inquies,* Amor *toties poëtis* improbus? *A quolibet horum aut, si vis, ab omnibus simul. Neque enim sine ratione exclamat Mart.* 4. *Æneid.*

Improbe Amor, quid non mortalia pectora cogis?

LABOR *sive* STUDIUM.

Cura. Opera. Dare operam alicui. Studium *vel* laborem impendere. Curam sumere, gerere. *Iuno ad Alecto* 7 *Æn.* Hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborem, Hanc operam, Studium *vel* curam in aliquo ponere. *Virg* ——cura in vitulos traducitur omnis. *Lucan.* ——frustraque labora. Semper & in curis consumit manibus ævum. *Virg.*——ibi hæc incondita solus Montibus & silvis studio jactabat inani. *Id.* Ergo omni studio glacies ventosq; nivales Avertes. *Id.* Scilicet omnibus est labor impendendus. *Id.* Mecū erit iste labor, *i. e. hanc curam in me recipio, Vide* FRUSTRA LABORARE *fol.* 262. DILIGENS *fol* 213.

Labor assiduus.

Labor æternus; nunquam intermittens: perdius ac pernox. Series laborum. Curæque, catenatique labores. *Sen.* Finis alterius mali, gradus est futuri: Nec ulla requies, tempus aut ullum datur, *&c.* Nec ulla nobis segnis illuxit dies. *Virg.* Redit agricolis labor actus in orbem. *Horat. Epod.* Nullum à labore me reclinat otium: Urget diem nox & dies noctem: neque est levare tenta spiritu præcordia. *Proverb.* Sisyphi saxum volvere. *de quo Sen.* — ubi per adversum

irritus

irritus redeunte toties luditur saxo labor. *Ductum à* Sisyphi *notissima apud inferos pœna: quem ferunt saxum ingens in montis usque verticem pervolvere: quod ubi pene ad summum extulit, illico ad ima relabitur, novo iterum ac minùs frustrando molimine revolvendum. Attingit Prop. lib.* 1 *El.* 16.

Nec tu Sisyphios licet admirére labores,
Difficile ut toto monte volutet onus.

LABORARE.

Laborem impendere, exercere, experiri. Labori indulgere. Laborem tolerare, ferre, perferre, subire, pati Labore corpus exercere; manus terere, attenuare, durare, &c. *Virg.* 4. *Georg* Ipse labore manum duro terat, ipse feraces Figat humo plantas, &c. *Tib.* Nec te pœniteat duros subiisse labores, Aut operi assuetas attenuasse manus. *Ovid* Dum vires annique sinunt, tolerate labores; Jam veniet tacito curva senecta pede; *Aut* mare navigiis, aut vomere scindite terram, *Aut* fera belligeras addite in arma manus. *Horat.* Qui studet optatam cursu contingere metam, Multa tulit fecitque puer, sudavit & alsit, *&c.*

Nullum laborem fugere, recusare. Nullo labore vinci, quolvis superare. *Virg.* ——— non ulla laborum, ô virgo, nova mî facies, inopinavè surgit. Operi instare: operi noctem addere. *plurium partito opere laborantium descriptionem adornare potes Comparatione ab* apibus *sumptâ suprà fol.* 58 *vel etiam à* formicis *fol.* 44.

Laboribus assuetus.

Laboribus invictus. Durus: non mollis. Durum genus, experiensque laborum, Illi corpus erat durum, patiensque laborum Doctus à puero duros perferre labores æstum, nivem: assiduo duratus membra labote. *Claud.* Sed nova per duros instruxit membra labores, Et crudâ teneras exercuit indole vires: Frigora sæva pati, gravibus non credere nimbis: Æstivum tolerare jubar, transnare sonoras torrentum furias, ascensu vincere montes. *Numanus apud Virg. lib.* 9. *de Italorum institutione.*

Durum à stirpe genus: natos ad flumina primum
Deferimus, sævoque gelu duramus, & undis.
Venatu invigilant PUERI silvasque fatigant:
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
At patiens operum, parvoque assueta JUVENTUS.
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello:
Omne ævum ferro teritur, *&c.*

LA-

LABORES HERCULIS
ex Ovid. Met. l. 9.

OBSERVANDUM *hic puero* HERCULES *olim plures fuisse, atque* sex *numero, si Ciceroni credimus; si Varroni* quadraginta : *omnes heroicâ virtute, rerumque magnitudine insignes: inter quos, cùm unus emineret Alomena & Amphytrionis filius factum est ut cæterorum res gesta atque labores huic uni attributi fuerint. Iam verò inter ejus heroica facinora potissimùm celebrantur* XII. *quæ vulgo* HERCULIS LABORES *dicuntur, suntque hi sequentes* 1. Leo Nemees. 2. Hydra. 3. Aper Erymanthius. 4. Cerva Mænalia. 5. Stymphalides fugatæ. 6. Baltheus Hippolytæ ereptus 7. Augiæ stabulum. 8. Taurus Cretensis. 9. Diomedis equi. 10. Geryonis boves. 11. Aurea mala Hesperidum. 12. Cerberus ab inferis extractus. *Hos omnes præter alios plures enumerat Ovid. loco citato, nullo servato ordine, ut poëtarum mos est:*

Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore
Busirim domui? sævoque alimenta patentis
ANTÆO eripui nec me pastoris (10.) Iberi
Forma triplex, nec forma triplex tua (12.) Cerbere, movit?
Vosne manus validi pressistis (8.) cornua tauri?
Vestium opus (7.) Elis habet, vestrum (5.) Stymphalides undæ,
Partheniumque (4.) nemus: vestra virtute relatus
Thermodontiaco (6.) cælatus baltheus auro,
Pomaque (11.) ab insomni malè custodita dracone.
Nec mihi CENTAURI potuêre resistere, nec mî
Arcadiæ (3.) vastator Aper, nec profuit (2.) Hydræ
Crescere per damnum, geminasque resumere vires.
Quid cùm Thracis equos (9.) humano sanguine pingues
Plenaque corporibus laceris præsepia vidi,
Visaque dejeci, dominumque, ipsosque peremi?
His elisa jacet (1.) moles Nemæa lacertis,
Hâc Cœlum cervice tuli———

LABYRINTHUS.

Epit. Curvus, rĕcurvus, ambĭguus, perplexus, multĭplex, flexus, cœcus, inextrĭcābĭlis, Dædălеus, &c. Labyrinthæi flexus. Fallaces viæ. Error inextricabilis, circumflexus. Dolus mille viis anceps. Fallacia Dædali tecta: Dædalea manu structa. Ædis Dædaleæ labor Labyrinthæi fallacia tecti. Varii curvis ambagib⁹ orbes. Dolosi tecti ambages. *Ov. Ep.* Sectaque

que per dubias saxea tecta vias. *Virg. l.* 1. —Cretâ fertur Labyrinthus in alta Parietibus textum cœcis iter, ancipitémq; Mille viis habuisse dolum, quà signa sequenti Falleret indeprehensus & irremeabilis error. *Structuram ejus describit, & comparatione exornat Ovid.* 8. *Met. hunc in modum:*

Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis
Ponit opus, turbatque notas, & limina flexu
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Non secus ac liquidis Phrygius, Mæander in undis
Ludit, & ambiguo lapsu refluitque, fluitque,
Occcurrensque sibi venturas aspicit undas;
Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum
Incertas exercet aquas: ita Dædalus implet
Innumeras errore vias, vixque ipse reverti
Ad limen potuit: tanta est fallacia tecti.

Labyrinthi *olim plures fuerunt, loca nempe multis viarũ sive porticuum ambagibus inflexa atque intricata. Opera planè regia, atque tum oblectamenti, tum pompæ caussa inventa. Omnium celeberrimus est* Cretensis *ille, quem Dædalus construxit jussu Minois, qui illi* Minotaurum *inclusit, cui Athenienses quotannis septem è liberis suis devorandos mittere jubebantur. Inter quos cùm aliquando* Theseus *missus esset; monstrato ab Ariadna filo, Labyrinthi ambages superavit. Vnde illa apud Ovid. Theseo beneficium exprobrans.*

Nam pater, & tellus justo regnata parente.
Prodita sunt facto, nomina cara, meo.
Cùm tibi, ne victor tecto morerère recurvo.
Quæ regerent passus, pro duce, fila dedi.

LAC.

Epit. Candens, nĭveum, dulce, tĕpĭdum, almum, ămīcum, pūrum, rĕcens, nŏvum, *&c.* Lacteus *vel* lactis humor. Niveum nectar, uberibus expressum, ubere manans. Lactis munera. *Ovid.* Lac mihi semper adest niveum : pars inde bibenda Servatur, partem liquefacta coagula durant. *Mart.* ——sic ubere largo effluit, & vivo lacte papilla tumet. *Cicero l. de Divinat. appellat* rorem vitalem: *lupam designans, quæ Romulum ac Remum lactaverat:*

——— Romani nominis altrix
Martia, quæ pueros Mavortis semine natos
Uberibus gravidis vitali rore rigabat.

Muigere.

Ubera lacte distenta, plena, gravida exhaurire, siccare,

re, palmis pressare. Plena vaccæ ubera mulgere. Lac pecori subducere. Distentas pecudes siccare, ad mulctram vocare. *Virg. Ecl* Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus. Ubera dant saturæ manibus pressanda capellæ. Nivea implebunt mulctralia vaccæ. Quàm magis exhausto spumaverit ubere mulctra, Læta magis pressis manabunt flumina mammis.

LACTARE.

Ubera *vel* mammam dare, præbere, admovere. Altrice mamillâ educere, nivea papillâ alere. Alere lacte, educare. Lactis alimenta dare. *Virg* Armentalis equæ mammis & lacte ferino Nutribat, teneris immulgens ubera labris. Lacteolis papillis pascere.

Lac sugere.

Ubera sugere, tenero ore invadere, carpere. Carpe pueri plenos ubera læta, sinus. Ubera sugunt, & sibi permissa lactis aluntur ope. Ore tenello, avido, lacteum humorem ducere; uberibus elicere. Labellis ubera pressare, *&c.*

LACRYMÆ.

Epit. Rōrantēs, ūdæ, mānantēs, tĕpĭdæ, falsæ, largæ, humidŏlæ, tristēs, mœstæ, rĕpentēs, dĕcĭduæ, cădentēs, ŏbortæ. Ora rigantes: in ora mœsta cadentes: ora sulcantes: instar fluminis, more perennis aquæ, more nivis Sole madentis fluentes, currentes, euntes Lacrymarum rivi, flumina salsa: aquæ mœstæ imber. *Ov.* Inq; sinum mœstæ labitur imber aquæ.

Gutta. *Prop* Udaque turgentes impellunt lumina guttas. *Ovid.* 2. *Pont.* Exemploque nivis quam solvit aquaticus Auster Gutta per attonitas ibat oborta genas. *Id.* —— Et ex oculis humida gutta cadit.

Imber. Largis humectant imbribus ora. *Ovid.*— flentem flet acriùs ipsa tenebat, Imbre per indignas usque cadente genas. *Sen.* ——irrigat fletus genas, Imbérque victus subitus vultu cadit.

Ros. Tepido suffundens lumine rore. *Claud* Heu quoties præsaga mali; violavit oborto Rore genas! *Sen.* Lacrymæ cadunt per ora, & assiduo genæ rore irrigantur.

Flumen. *Virg.* ——largoque humectat flumine vultum. *Id.* —— Humectat lacrymarum gramina rivo.

Lacrymæ fictæ.

Falsæ, jussæ, coactæ, invitis oculis expressæ, personatæ, subdolæ, fallaces. *Ovid* Néve puellarum lacrymis move

re caveto: Ut flerent, oculos erudiêre suos. *Sapit igitur Propertius sed suo malo edoctus l.* 3. Nil moveor lacrymis; istâ sum captus ab arte: Semper in insidiis Cynthia flere soles. *Mart.* Amissum non flet, cùm sola est Gellia, patrem: Si quis adest, jussæ prosiliunt lacrymæ. *Ovid* Quo non ars penetrat? discunt lacrymare decenter: Quoque volunt, plorant tempore, quoq; modo. *Nempe hoc vel illo oculo aut etiam utroq;* Uberib. semper lacrymis, semperque paratis In statione sua, atq; expectantibus illam Quo jubeat manare modo: *ad omnem Domina nutum sc prompta ac parata. Non tam habuit morigeras Sinon ille apud Virg. 2. Æn. quamvis aliquando tandē obsequentes: unde* coactas *vocat poëta de Trojanis loquens, quos versutus ille fictis lacrymis in fraudem egerat:* Talibus insidiis perjuriq; arte Sinonis Credita res, captiq; dolis, lacrymisq; coactis. *Ita enim legendum, non* coacti: *lucem praeferente Iuven sat.* 13. *de Avaris jacturam nummorum non fictis lacrymis, ut sæpe amicorum funera; sed veris atq; ex animo profectis prosequentibus.*

———— majore tumultu
Planguntur nummi, quàm funera. Nemo dolorem
Fingit in hoc casu, vestem diducere summam.
Contentus, vexare oculos HUMORE COACTO,
Ploratur lacrymis amissa pecunia VERIS.

Lacrymari.

Lacrymas *vel* fletus fundere, effundere, profundere, dare. *Ovid.* At lacrymas sine fine dedi, rupique capillos. *Virg.* Talia fundebat lacrymans, longosque ciebat Incassum fletus. Lacrymas verba inter singula fundit. Lacrymas demittere, non retinere: non sicco esse lumine. *Virg.* Nec lacrymis caruêre genæ. Nec lacrymas oculi tenuêre cadentes. Oculis nec defuit imber. Ire in lacrymas: solvi in fletum. Lacrymis indulgere; habenas permittere: in assiduos absumere lumina fletus.

Lacrymis, fletu, imbre, rore, *&c.* Ora, vultum, genas rigare, perfundere, suffundere, tingere, irrigare, contemerare, polluere, spargere, humectare. Lacrymis oculos suffundere; sinum implere; ora genasque inundare. Oculis lacrymas devolvere; lacrymarum rivos propellere: falsa flumina profundere, mittere. Vultum lacrymis atque ora rigare.

Lacrymis ora sinusque madent. Hument rore luctifico genæ. Quoties lumina nostra madent. Lacrymis oculi rorantur obortis: lacrymæque genis labuntur obortæ. Manavêre genis lacrymæ. *Ovid. Trist.* Nil nisi flere lubet. nec nostro parcior imber Lumine, quam verna de nive manat aqua.

 aqua.

aqua. *Id. in Ep.* Aspice demissos lugentis more capillos, Et tunicas lacrymis sicut ab imbre graves. Dumque loquor, lacrymæ per amantia lumina manant, Pollice quas tremulo conscia siccat anus. ——lacrymis in salsa cadentibus ora, Cætera te memini non potuisse loqui. Indigno teneras imbre rigante genas. *Vide* DOLORIS SIGNA *fol.* 219.

Lacrymas sistere, siccare.

Fletum supprimere, sedare. Lacrymas cohibere, inhibere, sistere, comprimere. Temperare lacrymis *vel* à lacrymis. *Papin.* Dicere legem fletibus. Modum ponere lacrymis Fletus compescere. Oculos, lacrymas, genas siccare, tergere. *Ovid. Met.* 13.—— manuque simul lacrymantia tersit Lumina *Prop l.* 3. Humidaque impressa siccabat lumina lanâ: *Pap.* 5. *Sil* Quorum ego manantes oculos & saucia tersi Pectora, &c. *Vide* CURIS EXUERE *fol.* 182.

Lacrymas movere.

Lacrymas alicui excutere, elicere, exprimere, extorquere. Cogere in lacrymas. Solvere in lacrymas. *Ovid* Carnific mea flenda potest fortuna videri. *Lucan. l.* 8. Sic fata, iterumque refusa Conjugis in gremium, cunctorum lumin solvit In lacrymas. duri flectuntur pectora Magni, Siccaqu Thessaliæ confundit lumina Lesbos. *Virg.* 2. *Æn.*—— Quis talia fando Myrmidonum, Dolopumve, aut duri mi les Ulyssei Temperet à lacrymis? *Quod imitatus est clarissim Silius, qui poëta principi multa debet, l.* 2. *Pun. in Sagunti ex cidio*:

Quis duros Urbis casus, laudandaque monstra,
Et fidei pœnas, & tristia fata piorum
Temperet evolvens lacrymis? vix Punica fletu
Cessassent castra, ac miserescere nescius hostis.

COMPARATIONES.

1. *Usitatissimum est poëtis lacrymas magna copia exuberant comparare cum amne currente, fonte aut nivibus Vere Austr ve solutis. Exempla habes supra, quibus adde Arbitri fragme tum*: ——oculis nec defuit imber,

Sed qualis rapitur per valles improbus amnis,
Cùm gelidæ periêre nives, & languidus Auster
Non patitur glaciem resoluta vivere terra;
Gurgite sic pleno facies manavit, & alto
Insonuit gemitu turbatum murmure pectus.

2. *Fletum ac luctum ingentem comparare potes cum vari*

rum lacrymis, puta Briseidis Andromachæ, Philomelæ, Niobes, &c. Exemplo Propert. l. 2.

Quid fles abducta gravius Briseide? quid fles
Anxia captiva tristius Andromacha?
Non tam nocturna volucris funesta querela
Attica Cecropiis obstrepit in foliis:
Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba
Sollicito lacrymans defluit à Sipylo.

3. *Ipsas verò lacrymas ex oculis manantes comparare licet cum pice, bitumine, glacie liquescentibus, quod fecit Ovid. in Biblide l. 9. Met.*

———ut secto piceæ de cortice guttæ,
Utve tenax gravi manat tellure bitumen,
Utque sub adventum spirantis leneFavonî
Sole remollescit, quæ frigore constitit, unda.

LACUS.

Ep. Piscōsus, vĭtreus, gĕlĭdus, limpĭdus, nĭtĭdus, lĭquĭdus, perspicuus, cærŭlus, pātŭlus, profundus, *&c.* Segnis, torpens, pīgĕr, cænōsus, līmōsus, fœdus, &c. *Ovid.* Haud procul Ennæis lacus est à mœnibus altus Nomine Pergusa: non illo plura Cayster Carmina cygnorum labentibus audit in undis: Sylva coronat aquas. *Id.* Fortè lacum mediocris aquæ prospexit in imis Vallibus: agrestes illic fruticosa legebant Vimina cum juncis, gratámque paludibus ulvam. Stagna petit, patulosque lacus. *Mant de mundi conditore:* Æquora, piscosque lacus, & flumina fecit. LACUS *ita à Stagno distinguitur, quòd ille perpetuam habeat aquam: Stagnum, temporalem ibidem stagnantem Est & LACUS vas majus, in quo calcantur uvæ. Unde Ovid. 2. Fast*

Inque cavos ierant tertia musta lacus.

Ep. Torpens, lentum, pĭgrum, mĭte, plăcĭdum, *&c* Lĭquĭdum, hūmĭdum, piscōsum, *&c.* V. LACUS. Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni. *Virg.* — Liquidi fontes, & stagna virentia musco. *Id de Tyberi* —tacita refluens ita substitit unda, Mitis ut in morem stagni placidæque paludis sterneret æquor aquis. *Lucan* Lenta paludosæ proscindunt stagna Ravennæ *Ovid* 4. *Met.* Perspicuus liquor est: stagni tamen ultima vivo Cespite cinguntur, semperque virentibus herbis. *Stagnum.*

Ep. Līmōsa, cœnōsa, fœda, pīgra, stagnans, torpens, lenta, crassa, ūda, mădĭda *&c.* Ulvosa palus, & multo sordida limo: densis obsessa salictis. *Ovid.* ——— ——— tellus habitabilis olim, Quam restagnantis fecit maris unda paludem. *Sil.* *Palus.*

 — li-

——limosa restagnant arva palude. *Id.* Quà Saturæ nebulosa palus restagnat,&atro Liventes cœno per squallida turbidus arva Cogit aquas Ufens. *Virg.* Quâ Saturæ jacet atra palus. *Rectè* jacet: *non enim currit ut amnes : non ventis assurgit, ut Lacus. Usus eadem voce. Lucanus lib.* 5.

——moestóque ignava profundo
Stagna jacentis aquæ.————

Lacuna *Epit.* Căva,ūda,hūmens,undans,fœda,līmōsa,crassa,*&c.* Aquis pluvialibus undans,plena,inundans. *Ovid.* —Amne redundatis fossa madebat aquis. *Id. Met.* Concava vallis erat,quo se demittere rivi Assuerant pluvialis aquæ:tenet ima lucunæ Lenta salix, ulvæque leves. *Auson.* Obscuras ulvâ cœnoque lacunas Obsidet *Mant.* ——— inundantes Nilo stagnante lacunæ. *Virg* humore sudantes *dixit, cùm autumnali ac verno tempore (quando aura maximè* incerta *est, & inæqualis; nunc scilicet pluviosa, nunc serena) amnibus ultra ripas effusis repleantur.* 1. *Georg.*

Præsertim INCERTIS si mensibus amnis abundans
Exit, & obducto latè tenet omnia limo,
Unde cavæ tepido sudant humore lacunæ.

LACUSTRES HERBÆ *ac* VIRGULTA
in Lacubus, Stagnis, paludibus nascentes:

Canna. 1. ARUNDO. *Ep.* Flŭviālis,flūmĭnea,pălustris,tĕnĕra,grăcĭlis,trĕmŭla,&c. *Virg.* Hic viridis tenerâ prætexit arundine ripas Mincius. *Ovid.* Utque levi Zephyro gracilis vibratur arundo *Id.6.Met.* Ecce lacu medio Ara vetus stabat tremulis circumdata cannis. *Id.4.Met.*——non illic canna palustris Nec sterilis ulvæ,nec acuta cuspide junci: Perspicuus liquor est.

2. JUNCUS. *Ep.* Lăcustris,pălustris,flŭviālis, līmōsus, ăcūtus,stĕrĭlis, tĕrĕs, tĕnuis, &c. *Virg.* Limósque palus obducat pascua junco. *Ovid.*——tenet ima lacunæ Lenta salix,ulvæque leves,juncique palustres. *Lucan.*— domus non ullo robore fulta,Sed sterili junco,cannaq; intexta palustri. *Nemes.* ——nec molli junco, nec vimine lento perfecit calathos.

3. VIMEN. *Ep.* Frŭtĭcōsum, lentum, vĭrĭde, flexĭle, *&c.* *Ovid. de lacu.*——agrestes illic fruticosa legebant Vimina cùm juncis,gratamque paludibus ulvam. *Id.* Viminaque, & longæ parva sub arundine cannæ. *Virg.* Seu lento fuerint alvearia vimine texta. *V.* CALATHUS *fol.* 133.

4. ULVA. *Ep.* Pălustris, lăcustris,flūmĭnea, lēvis, vĭrĭdis, glauca,līmōsa,stĕrĭlis, *&c.* Grata paludibus, *Ovid.* Nec ste-

riles ulvæ, nec acuta cuspide junci. *Virg.* Propter aquæ rivum viridi procumbit in ulva. *Id. de Charonte*: Tandem trans fluvium incolumes vatemque virumque Informi limo, glaucâq; exponit in ulva. *De pauperũ lectũ ulvâ instratis vide fol.* 169.

LANIARE, LANIATUS.

Dente, ungue, ferro lacerare, secare, carpere, scindere, artus diripere; spargere per agros. Mille lacer spargêre locis. Membra jacent diversa locis. Discerptum latos juvenem sparsere per agros. *Ovid. de Met.* Atque ita divellit, divulsaque membra per agros Dissipat, in multis invenienda locis: Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse sui. In partes lacerat secatque mille. *Ovid in Ibin.* Diripiantque tuos insanis unguibus artus: Et tua sic latos spargantur membra per agros. Tanquã quæ patrias detinuêre vias. *Sen.* Vulnera; & cædem & vagum funus per artus. *Virg. l.* 6. Atque hic Priamidem laniatum corpore toto Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, Ora manusque ambas; populataque tempora raptis Auribus, & fœdas inhonesto vulnere nates. *Ovid de Bacchus Pentheum discerpentibus.* Non citius frondes Autumni frigore tactas. Jamque malè hærentes altâ rapit arbore ventus; Quàm sunt membra viri manibus direpta nefandis, *&c.*

Dilacerare. Diripere. Discerpere. Lacerare.

Laniari à feris.

Ore cruento ferarum discerpi; unguibus, rabido dente lacerari, *&c.* Jam jã venturos aut hâc, aut suspicor illac. Qui lanient avido viscera dente, lupos. *Ovid.* 3. *Metam. de canibus Actæonis*: Prima Melanchetes in tergo vulnera fecit, Proxima Theridamas, Oresitrophus hæsit in armo; Jam loca vulneribus desunt. Undique circumstant, mersisque in corpore rostris Dilacerant falsi dominum sub imagine cervi. *Idem*: Diripiant avidæ viscera nostra feræ. Viscera montanis ferret edenda lupis. *Id.* Sive peregrinæ carpent mea membra volucres, Inque meo tingent sanguine rostra lupi. ——rostris tardus trahet ilia vultur, Et scindent avidi pectora canes. *Vide plura supra* V. VORARE *fol* 154.

Laniare ora vel crines: quod in LUCTU *usitatum.*

Ora *vel* genas unguibus carpere, digitis fœdare, secare, lacerare. Capillos unguibus invadere. Unguibus ire in genas. Ungue infesto capillos rumpere. *Ovid. in Ep.* Tunc flevi rupique sinus, & pectora planxi, Et secui madidas ungue rigente genas. Oraque sunt digitis aspera facta meis.

——abſciſſa planxi mea pectora veſte, Tuta nec à digitis ora fuêre meis. Contigit inque meas unguibus ire genas. Paſſos laniare capillos: à fronte capillos rumpere. Crinem disjicere, ſolvere, *&c.*

LAPIS.

Saxum. Silex. *Ep.* Dūrus, rĭgĭdus, aſper, ſŏlĭdus, *&c.* Scrupea ſaxa. Lapide, ſaxo *vel* ſilice petere, percutere. Antra lapide muſcoſo *vel* pumice ſtructa: conchis pictiſque lapillis variata. Lapide *vel* ſaxo ſtruere. *Prop.* Lapis Phrygius, i. e. *marmor. Id.* Lapides memores *&* Lapis ultimus *pro ſepulchro.* Lapidi loqui, *i. e.* homini duro & immobili *Ovid.* Te Lapis & montes innataque rupibus altis robora, te ſævæ pergenuêre feræ. *Vide* RUPES.

LAPILLUS. *Epit.* Tĕrĕs, pictus, vărius, nĭtĭdus, *&c.* Pura coloratos inter ſtrepit unda lapillos. Levis unda nitentes Per pronum herboſo volvebat calle lapillos *Prop.* Affixis viridis ſpelunca lapillis. NOTA Lapidem *quibusdam mitiorem, & minorem eſſe* ſaxo; *unde & pro gemma accipitur, ſicut &* lapillus, *de quo ſupra fol.* 263.

LATRARE.

Latratus ſonoros, claros, ſævos, raucos, canoros, honorificos edere, tollere, dare, ore dare, tollere in auras. Nemus, domum, tecta, ætherem latratu *vel* latratibus implere, complere, replere. Inſonat, reſonat latratibus æther. Sævitque canum latratus ad auras. Canes latratibus inſtant: Vigili latratu fures terrent, &c. *Vide ſupra* CANES *fol.* 35.

LAUS.

Honor. Nomen. Gloria. Præconia. *Ep.* Ingens, ēgrĕgia, magnĭfĭca, cĕlēbris, inſignis, rāra, eximia, vīvax, æterna, *&c* Nullo delebilis ævo: nullo moritura die: omnes cantanda per oras. Laudis præconia. *Ovid.* Noſtra per immenſas ibunt præconia gentes. *Virg.* Et nos aliquod nomenque decuſque Geſſimus. *Idem l.* 4. *Æneid.* Egregiam verò laudem & ſpolia ampla refertis. Laudibus ipſa tuis reſonant fora. Tituli, & avitæ laudis honores. *Ovid.* Denique non parvas animo dat gloria vires, Et fœcunda facit pectora laudis amor. *Vide ſupra* HONOS *fol.* 282. *&* FAMA *fol.* 246.

LAUDARE.

Canere. Celebrare. Laudibus tollere, extollere, proſequi, ferre, efferre, ornare, afficere, canere, celebrare, *&c.* Laudibus in cœlum evehere, cœlo attollere. Ferre ad *vel* ſuper æthera: In *vel*

ſub

ſubaſtra tollere. *Virg. Ecl.* Daphninque tuum tollemus ad aſtra, Daphnin in aſtra feremus. Laudibus immodicis ferre ad aſtra. Cœlo laudibus æquare. *Virg. Æn.*—— O fama ingens, ingentior armis, Vir Trojane, quibus cœlo te laudibus æquem? *Prædicare.*

Alicujus nomen, laudes, inclyta facta canere, dicere, celebrare; laudibus efferre, ore ferre, prædicare: lætis ad ſidera vocibus extollere. *Sen* —— illum laudibus cuncti canent, Magnumque terræ nomen ignotæ audient. Nec veſtra feretur fama levis.

Scribere laudes, annalibus addere, carmine celebrare, longum verſibus demittere in ævum: inſigni Camœna referre: Muſa, lyrâ, cythara celebrare, *Ovid.* Te celebrant alii quanto decet ore, tuaſque Ingenio laudes uberiore canunt. *Tib.* Convenientque tuas cupidi componere laudes Undique, quique canunt vincto pede, quique ſoluto. Te noſtra ſemper carmina, te lyræ ſonabunt. Carminibus ſemper celebrabere noſtris. Nulla mihi ſtatuent finẽ te fata canendi. Nec tu carminibus, Regina, tacebere noſtris: Quaque patet tellus liquido circumſona ponto, Poſteritas te ſera canet; dumque aurea volvet Aſtra polus, memori ſemper celebrabere cantu. *Vide* CARMINE CELEBRARE *ſupra fol.* 142.

Laudare Deum.

Deum, Tonantem, ſummum Numen; *vel* Dei laudes, munera, facta memori ſonare plectro, voce celebrare, canere: feſtivo tollere plauſu: canoro dicere barbito: victuro tollere verſu; totum ferre per orbem: efferre ad ſidera cantu, *&c.* Eja Deum celebrate, Deo date carmina digna: Ferte roſas, date thura, *&c.* In Dei laudes ora reſolvere. *Virg. l* 8. Tunc Salii ad cantus, incenſa altaria circum, Populeis adſunt evincti tempora ramis. Hic juvenum chorus, ille ſenum, qui carmine laudes HERCULEAS & facta ferunt *Pap.* 2. *Theb.* Fundite vina focis, ſervatoremque parentum LATOIDEN votis iterumque iterumque canamus. *Buch Pſ* MAGNE PARENS, ſancta qui majeſtate verendus Ætheris æternas rector moliris habenas: Te Deus alme colam, te toto pectore amabo: Tu clypeus, tu tela mihi, tu certa ſalutis Anchora, tu ſtatio fidi placidiſſima portûs. Te prædicare, laudibus te proſequi, Rex alme cælitum decet: Seu Sol Eoâ luce terras purpuret, Seu nox tenebris obruat, *&c.*

mentis) GRABATUS & PANNUS, nisi apparuit aliquem illa non necessitate pati, sed malle. *Apulejus* 1. *Met.* Grabatulus alioqui breviculus, & uno pede mutilus ac putris. *Talis planè est, quem Mart. ponit in fracta & vili supellectili migrantis Vacerræ*: Ibat tripes grabatus, ac bipes mensa. *Virg in Moreto signatè* vilem *appellat*:

Membra levat sensim vili demissa grabatæ.

LECTUM PETERE.

Membra locare toro: stratis componere, recondere: strato defessa reponere. Toro procumbere. Premere cubile. Corpora dare somno, mandare quieti. Membra toro reddere. Petere torum.

Lecto surgere.

Lectum linquere, deserere. Toro *vel* stratis consurgere. *Virg.* Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. Membra, artus, corpora è stratis corripere: tepido cubili tollere. *Ovid.* Excussere metus somnos, conterrita surgo.——— attollit membra, toroque erigitur.

LEVIS.

Gravitate carens. Sine pondere. Ponderis expers. *Ovid.* Cur tua promissi pondere verba carent? Dî faciant verbis pondus abesse meis. Levior pluma, folio caduco, summa arista, &c. *Plaut.* Si quid bene facias, levior pluma est gratia: Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt. Sarcina parva: leve pondus: quod digitis quinque levetur onus. Non me laboriste gravabit. LEVITATEM *in proposito sive sententia. Vide suprà* V. INCONSTANS *fol.* 299. *Quibus adde locum Ovidii non negligendum, quo excusat suam in amore levitatem, collatis navigantium & aurigantium exemplis:*

Nec levitas mea culpanda est, nec semper eodem
Impositos vento panda carina vehit:
Nam modò Threicio Boreâ, modò currimus Euro,
Sæpe tument Zephyro lintea, sæpe Noto.
Aspice, ut in curru modò det fluitantia rector
Lora, modò admissos arte retentet equos.

LEX.

Epith. Sĕvēra, sancta, justa, æqua, aspĕra, dūra, rĭgĭda, mălĭgna, ĭnīqua, *&c.* Legis decreta, statuta. Æqua instituta: Legum verenda jussa: jubentia verba. Legum vincula. Sacratæ sanctio legis. Publica jura. Leges ac jura vetant, prohibent. *Pers.* Publica lex hominum, naturaque conti- *Edictū. Statutum.*

net

nec hoc fas, ut &c. *Claud.* 4. *Conf. Hon.* Primus jussa subi:tuus observantior æqui Fit populus, nec ferre negat cùm viderit ipsum Auctorem parêre sibi. Componitur orbis Regis ad exemplum; nec sic inflectere sensus Humanos edicta valent, ut vita regentis. Legis norma. Legum præscripta, Legum tabulæ *Ovid.* Verba minantia : *Nempe ob pœnam appositam, si quis violare ausus fuerit : atque hanc infligere competit* Judici, *qui propterea* Legum vindex *vocatur. Unde rectè Ovid.* I. *Met. de Legibus nondum latis* :

Aurea prima sata est ætas, quæ VINDICE nullo,
Sponte suâ sine LEGE fidem rectumque colebat:
POENA, metusque aberant

Legem violare.

Leges negligere, spernere, contemnere. Legibus vetita patrare. *Ovid.* Nec quicquam, quod lege veter committere, feci. Legum vincula rumpere, perfringere Legum sacrata resolvere jura. Oppressæ jacent leges, spernuntur : pereunt discrimine nullo. *Luc.* Ausus medias perrumpere leges. Tunc data libertas odiis, resolutaque legum Frenis. Ira ruit, Inter arma silent leges. *Lucan. l.* 1. Sed postquam leges bello siluêre coactæ, Pellimur è patriis laribus, *&c.*

Legem ferre.

Leges sancire, dare, præscribere, indicare, statuere, ponere. Jura dabat legesque viris. Leges æternaque fœdera certis Imposuit natura locis. *Horat. Ep.* Quin etiam lex Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quemquam describi. *Prop. l.* 4. Indixit leges, respondi : Ego legibus utar; Riserat imperio facta superba dato.

Jura constituere. Mores ac leges populis dare. Jura dare per populos. Legibus urbes fundare : Componere legibus orbem. *Sil.* Qui leges posuêre atque inclyta jura Gentibus, & primas fundarunt mœnibus urbes. Figere leges. *Virg.* 6. *Æneid* Fixit leges pretio, atque refixit, i. e. *Suadente avaritiâ rogavit & abrogavit.* FIGI *enim* LEGES *dicuntur Latinis, quòd olim æreis incisæ tabulis populo proponebantur. Ad quem morem respexit Ovid.* I. *Met. loco supra citato.*

——— —nec verba minantia fixo
Ære ligabantur : nec supplex turba timebat
Judicis ora sui, sed erant sine judice tuti.

LEGUM-LATORES
POETIS NOTI ET USITATI.

I. *Prima omnium Leges invenisse perhibetur* CERES : *inde Gra-*

Græcis dicta Θεσμοφόρος *& Latinis verò, atque inter eos Virgilio lib.* 4. *Æn.* Legifera. *Ovid.* 4. *Metam.*

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro:
Prima dedit fruges; alimentaque mitia terris,
Prima dedit LEGES, Cereris sunt omnia munus.

2. *Inter gentes Europeas, Italos primus* SATURNUS *legibus à se latis formasse traditur, nempe jam à Iove regno pulsus & apud Ianum delitescens. Testis iterum Virg. Æn lib.* 8.

Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo:
Is genus indocile ac dispersum montibus altis
Composuit, legesque dedit.

3. MINOS *Cretensium Rex, inter legislatores non ultimum olim locum habuit, cujus meminit Ovid. lib.* 3. *Eleg.* 9.

Optavit Minos similes sibi LEGIFER annos.

4 *Atheniensibus leges salutares admodum constituit* SOLON: *sicut & Lacedæmoniis* LYCURGUS. *Adducit utrumque Claud.* 4. *Hon. Cons.*

——————priscamque resumunt.
Canitiem Leges: emendanturque vetustæ,
Accendunt novæ. Talem senserè SOLONEM
Res Pandioniæ, sic armipotens Lacedæmon
Despexit muros rigido munita LYCURGO.

LIBER *sive* CODEX.

Ep Doctus, lĕpĭdus, lābōrātus, tersus, *&c.* Ære bullatus: pumice rasus, *Ovid. ad lib. suum*: Nec te purpureo velent vaccinia succo: Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes. *Idem*: Sex ego Fastorum scripsi totidemque libellos, Cumque suo finem mense volumen habet. Docta scripta: mentis pignora. Victuræ in secula chartæ Doctorum scripta virorum. *Mart. l.* 10 At chartis nec furta nocent, nec sæcula præsunt, Solaque non nôrunt hæc monumenta mori. *Mart.* Perdite Niliacas, Musæ, mea damna, papyros. *Ov.* 1. *Fast.* Pagina judicium docti subitura movetur Principis, ut Clario scripta legenda Deo. NOTA *scripsisse Veteres primùm in palmarum foliis; deinde in tenuioribus arborum libris, unde* Librorum *nomen: qui, quòd in orbem, perpetuâ chartâ ac longè excurrente, volverentur;* volumina *dicti sunt. Hinc e*volvere librum, i. e. *inspicere vel perlegere. Postea inventa est* papyrus, *quæ fiebat ex juncis, Nilo per Ægyptum stagnante, item propè* chartam *Tyri urbem, subnascentibus Unde* chartæ *&* Papyri *pro libris senechdochicos, sicut &* Pagina: *sic dicta, quòd in illa versus panguntur,* i. e. *veteri verbo* paguntur, *sive figuntur. Virg Ecl.* 6. *de Quintilii Vari laudibus scripturus:*

Libellus
Volumen
Charta.
Papyrus
Pagina.

nec

——— nec Phœbo gratior ulla est,
Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.

Libros componere, edere.

Libros scribere, facere. Victuras pangere chartas. Res gestas chartis tradere, intexere, mandare: describere, posteris tradere, in longum ævum demittere, venturis tradere sæclis: scripto complecti, pandere, in apertum proferre.

Libros edere, proferre in lucem, famæ committere. *Mart* Ede tuos tandem populo, Faustine, libellos: Et cultum docto pectore profer opus. Scriptis Famam *vel* æternum nomen sibi *vel* aliis parare. *Ovid. de poëtarum genio:* Nec nos ambitio, nec nos amor urget habendi: Contemto colitur LECTUS & UMBRA foro, i e. *à strepitu forensi abhorrentes, domi aut in hortulis nostris libellis lectitandis ac scribendis vacamus. Vbi cum* LECTUM *audis, noli desidiæ aliquem nidum aut otii stabulum cogitare: sed* Lectulum lucubratorium *intellige, in quo seduli illi jacebant, semi tamen recti, ut legere ac scribere commodè possent. Plin. Epist. l.* . Visus est sibi jacere in lectulo suo, compositus in habitum studentis. *Hinc lucem capiet altus Ovidii locus Tristia sua excusantis:*

Non hæc in nostris, ut quondam, scribimus hortis:
Nec consuete meum LECTULE corpus habes.

Libros legere.

Lustrare, evolvere, excutere, percutere veterum monimenta virorum. Manu terere: manibus avidis versare: Nocturnâ versare manu, versare diurnâ Positos ex ordine, positos per scrinia libros percurrere, revolvere. Scripta doctorum sinu gestare *Mart. l.6.* Laudat, amat, cantat nostros mea Roma libellos: Méque sinus omnis, me manus omnis habet. Scripta oculis percurrere, perlustrare, perlegere. Detinuêre oculos carmina nostra tuos. Paginaque est oculos docta morata meos. *Addo his Ovidium, Cottæ sui scripta legentem ac relegentem, neque unquam tamen saturum aut fastidientem, l. 3. de Pont. El. 5.*

Legimus, ô juvenis patrii non deneger oris,
Dicta tibi pleno verba deserta foro.
Quæ quamquam lingua mihi sint properante per horas
Lecta satis multas, pauca fuisse queror.
Plura sed hæc feci relegendo sæpe: nec unquam
Hæc mihi, quàm primò, grata fuêre minus.

LIBERALIS.

Largus. Largus opum, Prodigus æris, Largâ benignus indul-gen-

gentiâ. Cujus habet nullas larga indulgentia metas Munera, dona, prompta manu largiens, pluens: nimbos donorum, auratos imbres effundens. Non parcus: non incubans congestis. Abdiræ cistis inimicus lamnæ, &c. *Lucan. Pis.* Quis tua limina pauper adit, quem non animosa beatum Excipit, & subitò juvat indulgentia censu? *Ovid* Nunquam pigra fuit nostris tua gratia rebus, Nec mihi munificas arca negavit opes. Instar hermi, aut Pactoli aurum fundens, divite vena, pleno cornu, &c *Excurrit in hunc campum latissimè Claudianus in Probini & Olyb. Consulatu*:

Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes: sed largior imbre.
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.
Quippe velut denso currentia munera nimbo
Cernere semper erat: populis undare penates:
Assiduos intrare inopes, remeare beatos.
Præceps illa manus fluvios superabat Iberos,
Aurea dona vomens ——— ———

Vide supra DONUM *fol.* 225.

LIBERTAS *pro* LICENTIA.

Epit. Noxia, damnōsa, effrēnis, sōlūta, vāga, lasciva, indŏmĭta, effūsa, Legibus soluta: libera frenis: Juventæ pernicies. Quidlibet audendi potestas. *Lucan* Tunc data libertas odiis, resolutaque legum Frenis ira ruit Libertas scelerum: sublatusque modus. *Claud.* 4. *Hon.* —— proclivior usus in pejora datur, suadetque licentia luxum. Illecebris effrena favens. Licentia proterva, indomita, legibus refrenanda, jugo premenda. Monitoribus aspera, &c. *Nihil verò potest excogitari magis accommodatum ad protervam illam Iuvenum* Licentiā *explicandum, quàm quod, paucis immutatis, habet Horat. l.* 3.

Quæ (velut latis equa trima campis)
Ludit exultim, metuitque tangi,
Vinculorum expers, & adhuc *momenti*
Cruda *magistro*.

LIBERTAS PUBLICA.

Epit. Aurea, candĭda, grāta, dulcis, pulchra, optāta. Jugi impatiens Infensa tyrannis. Servitio libera. Servile jugum exosa. Vita potior. *Virg.* Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant. *Claud. l.* 5. Fallitur, egregio quisquis sub Principe credit Servitium: nunquam LIBERTAS gratior exstat, Quàm sub rege pio.

Liber-

Libertate asserere.

Liberare. Asserere. Jugo eripere. Vinclis eximere. Servilia vincula solvere, abrumpere. Manicas atque arcta levare vincula. Turpe jugum servitii collo demere, detrahere. Eripe me tandem, servilibus eripe regnis. (*Ovid.*) Scilicet asserui jam me, fugique catenas. Medio ex hoste recipere *Claud Eutr.* Asseritur ferro captivum vulgus, & omnes quos sævus traxerat hostis Servitio, tandem dominorum strage redempti Blanda cruentatis affigunt oscula dextris. *Ovid.* Auxiliumque domûs, servatoremque salutant. Quos dira tyrannis, Cùm premeret, sævo incolumes ex hoste recepit, Et juga captivo excussit servilia collo.

LIBIDO.

Amor. Venus. Cupido. Ardor. Ignis, &c. *Ep.* Turpis, fœda, incesta, vēsāna, indōmĭta, dīra, fŭriōsa, prŏbrōsa, infāmis, obscœna, spurca, damnōsa, *&c.* Obscœnus ardor. Probrosa Venus. Turpis cupido, *&c.* Veneris damnosa voluptas, Incesti flamma furoris. Rabies Veneris malesana nefandæ. Nunc mores periêre boni, regnique libido Improba: animis hominum deterrima pestis. Infesta corporibus animisque lues. Amoris impii flammæ. Veneris nequitiæ, ludus, deliciæ. *Sen.* ——— cujus incestis stupris Fumant tot urbes, bella tot gentes gerunt, Et versa ab imo regna tot populos premunt. Nocturna voluptas: dolore ingenti luenda: *Spectat huc aurea Claudiani gnome:* Sed quàm cœcus inest vitiis amor! omne futurum Despicitur, suadentque brevem præsentia fructum; Et ruit in vetitum damni secura LIBIDO: *Detestatur eandem Prudentius Psychomachiâ: apud quem* PUDICITIA *victa Libidini insultat hunc in modum:*

Tu Princeps ad mortis iter, tu janua lethi,
Corpora commaculans, animas in tartara mergis.
Abde caput tristi, jam frigida, pestis Averno,
Inque tenebrosum noctis detrudere fundum,
Te volvant subter vada flammea, te vada nigra,
Sulphureusque rotet per stagna sonantia vortex;
Nec jam Christicolas, FURIARUM MAXIMA, tentes.

LIBIDINOSUS.

Pronus in Venerem. Cupidinis satelles: nepos Dionejus. More ferarum in Venerem præceps. In Venerem fœdo stimulatus amore. Percitus indomita libidine, furens, fervens: ardens impiä face: impos sui, amore cœco Cujus turpes

turpes exurunt flammæ medullas. Cujus animum jugo premit Cupido turpis. Cujus opes, corpus, animum libido perdit, frangit, atterit Veneris castra sequens: Paphio percussus ab œstro. Mollis, fractus: mollibus deliciis victus: Deliciis animi vires cum stulta libido Affligit, corpusque gravi languore solutum Stultitiæ pendit pœnas, *&c.*

1. ADULTER. *Ep.* Incestus, mollis, nocturnus, turpis, obscœnus, impurus, *&c.* Lecto maritali insidiatus. Thalamis insidias struens. Nuptas. nuptarum fidem tentare, sollicitare ausus. Furtivæ indulgens Veneri. Furtivus thalami prædo Fura in recessu & obscuro improbus. Quærens cubili Vetitos lectans Hymenæos. Veneris qui furta nefandæ Sectatur. thalamosque incesto polluit ausu. *Helena Paridi apud Ouid.* Ausus es hospitii temeratis advena sacris, Legitimam nuptæ sollicitare fidem *Claud.* 1. *Eutr.* —— —— omnesque pudoris Hauserat insidias: custodia nulla tuendo Fida thoro, nulli poterant excludere vectes. Ille vel æratâ Danaen sub turre latentem Eliceret, *&c.*

2 ADULTERA. *Ep.* Turpis, incesta, impia, probrosa, nefanda, *&c.* Turpis admissi conscia. Fidei jugalis oblita. Non vetita thori mariti jura, thalami socialia fœdera frangere, violare, temerare, fallere; rumpere vincola thori, pactam temerare fidem, *&c.* Nefandâ Venere thalamos fœdans; Viro infida. *Paris Helenæ apud Ouid* An pudet? an metuis Venerem temerare maritam, Castaque legitimi fallere tori? *&c.*

3. MERETRIX.

Ep. Sordida, impura, pellax, lasciva, spurca, obscœna, Stupri plena. Fucato vultu, vilibus: jocis pellax. Scopulum castæ juventæ. Turpi in fornice prostans, latens. Mille fallere docta dolis: Corpus prostituens. Turpi mercede se populo vulgans. Faciles emi puellæ. Saburræ uxores olidæ: Infames lupæ. *Mart* Uxores Summœnianæ. *Ouid.* Stat meretrix, parvo cuivis mercabilis ære STABANT *nempe olim meretrices ante cellam suam sive stabulum quæstûs gratiâ (quod supra tangit Ouid.) hinc* prostabula *vocata. Vnde & verbum* prostare i.e. *prodicitiam venalem habere. Tametsi interdum etiam sederint; unde Plauto aliisque* prosedæ *dicuntur, Quod firmari potest pulcherrimo ejusdem Ouidii loco* 2. *Pont El* 3. *de amicitia venali:* *Pellex. Lupa. Prostibulum,*

Illud Amicitiæ sanctum & venerabile nomen
PROSTAT, & in quæstu pro meretrice SEDET.

LIGARE.

Alligare. Vincire. Illigare.

Fune, vinclis, nodo nectere, connectere, vincire, coërcere, cohibere. Connexis inter se nodis vincire. Vincula stuppea, ferrea, ahenea injicere, intendere. Arcto nexu, firmis vinclis retinere, adstringere. Laqueo, vincloque tenaci illigare, implicare. *Ouid.* —elabique volentem Implicat, ut serpens quem regia sustinet ales Sublimemque rapit: pendens caput illa pedesquè Alligat, & caudâ spatiantes implicat alas. Crinem religare, in nodum colligere, *&c.* *Virgil.* Crines nodantur in aurum. Vincite vites. *Prop.* Junco brassica vincta levi. *Vide* VINCULORUM GENERA *fol.* 146. CARCERE CLAUSUS *fol.* 137.

LIQUEFACERE.

Solvere. Dissolvere. Mollire. Remittere.

Liquidum facere, resolvere. *Ouid.* Nix jacet, & jactam non Sol pluviæque resolvunt. *Lucan.* Nix quam mollit aquaticus Auster. Æs fornace mollire, solvere, *&c.* Sol fervidus dissolvit glaciem, & radiis tabescere cogit. *Virg* 4. *Georg.* ————frigore mella Cogit hyems, eademquè calor liquefacta remittit.

LIQUEFIERI, Se remittere, se resolvere. *Virg.* Canis cum montibus humor liquitur & Zephyro putris se gleba resolvit Fluere, abire in rivos. *Virg.* Fluit æs rivis, auriquè metallum, Vulnificusquè chalybs vastâ fornace liquescit. Nix vel cera vicino Sole liquescit, funditur, solvitur, tabescit, resoluta fluit, victa liquescit *Ouid.* Liquitur; ut glacies incerto saucia Sole: Ut intabescere flavæ Igne levi ceræ, matutinæque pruinæ Sole tepente solent.

LITTERÆ.

Epistola. Littera Pagina nota. Scriptum. Tabella. Cera.

Littera missa: animi fida internuntia: conscia mentis: Sermonis fida ministra: linguæ subitura vices. *Ouid.* Et subeunt linguæ cera manusque vices. Lacrymis humida facta, fletu turbata, manu notata, *&c.* Charta verbis notata, notis perarata: manu, digitis, pollice ducta: Articulo labente perarata: festinâ properata manu. Studiosæ littera dextræ. Chartis verba notata. Verbis missa salus: quæ portant verba salutem. Scripta notata manu. *Ouid Ep.* 10 pertimui scriptumquè tuum sine murmure legi. Blandæ gratæ tabellæ. *Ouid.* Accipe, & ad dominam perarata mane tabellas Perfer. —— Nec mora, perlectis rescribat multa jubeto. Odi, cùm latè splendida cera vocat. Comprimat ordinibus versus: oculosque moretur Margine in extremo littera rasa meos. *Bellè, pulchrè. Postulat autem* larg

largè sibi rescribi, & piginam totam repressis versuum ordinibus ita arctari, ut nihil (ipsius Verbis utar) in tota Epistola splendeat, i.e. *nihil appareat notis sive scripturâ vacans.* OBSERVANDUM *verò* tabulas, tabellas, Ceram *significare quodlibet scripti genus: quòd olim in tabulis sive ligneis codicillis cerâ obductis scribi soleret: unde etiam* ligna *dicuntur Ovidiò lib.1.Eleg.12.*

Ite hinc difficiles, funebria ligna, tabellæ.

LITTERAS *scribere.*

Perscribere, stylo detexere, Tabellas scribere, mittere; Ferendas dare, portandas tradere. Mittere salutem, salutis verba, Portantia verba salutem, præmissa verba salute, &c. *Ovid. variis locis variaque Musâ*: A tibi dilecto missam Nasone salutem Accipe, pars animæ magna, Severe meæ. Præposita mitto verba salute tibi. Hæc tibi non vanam portantia verba salutem Naso, Tomitanâ mitti ab urbe tuus. Hanc tibi Naso tuus mittit, Ruffine salutem. Vade salutatum subitò perarata perillam Littera, sermonis fida ministra mei. Ille tuos quondam non ultimus inter amicos, Ut sua verba legas Maxime, Naso rogat. Quem legis, ex illis tibi venit epistola terris Nasonem nolles in quibus esse locis. *Heroides apud eundem in Epistolis*: Mittit, & optat amans, quo mittitur ire, salutem, Æmonis Æmonio Laodomia viro Mittit Abydenus, quam mallet ferre, salutem, *&c.* Quã, nisi tu dederis, caritura est ipsa, salutem. Mittit Amazonio Cressa puella viro. Æolis Æolidæ quam non habet ipsa, salutem Mittit. Quam legis, à rapta Briseide littera venit, Vix bene barbaricâ Graja notata manu: Quascunque aspicies lacrymæ fecêre lituras, *&c. Ubi* NOTA *has voces* salutare *&* salutem mittere *(quas videre potes passim à poëtis in fronte litterarum usurpari) respicere morem Antiquis in Epistolæ inscriptione servari solitum, quæ fere fiebat hunc in modum*; M.T. CICERO ATTICO S. *id est*, salutem *vel* S. P.D. *id est*, Salutem plurimam dicit: *Ex quo more Ausonius Ep. 26. Epistolam vocat* chartam salutiferam. *Et carmine præcedenti expostulans cum Paulino de obstinato ejus silentio*:

Officium sed nulla pium mihi pagina reddit
Fausta saluti geris adscribens ora libellis.

LITTERAS *finiendi Formulæ.*

Scribere plura libet, sed, *&c.* Quò feror? attentas ne lassem longior aures; Jam die conjunctum scrip ea tabel-

la VALE. *Cydippe ægra apud Ovid* Jam satis invalidos calamo lassavimus artus, Et manus officium longius ægra negat. Longior infirmum ne lasset Epistola corpus, Clausaque consueto sit tibi fine, VALE Quid digitis opus est graphium lassare tenendo? Hactenus arcanum, furtivæ conscia mentis Littera, iam lasso pollice sistat opus. Ultima mandato claudetur Epistola parvo: Sit tibi cura mei, sit tibi cura tui. Quid, nisi, quod præsens hæc vobis dicere mallem. Restat ut adscribat, littera nostra VALE? *sicut initio litterarum* salvere *suos jubebant, ita in fine adscribi solitum* VALE; *ut passim observare licet, & declarat ipse Ovid* 5. *Trist.*

Accipe, quo semper finitur epistola verbo,
Atque meis distent ut tua fata, VALE.

LITTERAS *recipere, resignare*, &c.

Chartam, Tabellas, *&c.* missas accipere, perlatas recipere. Venit ad nostras *vel* pervenit Littera missa manus. Tradita est in manus, *&c.* Tabellas acceptas solvere, resignare; chartæ vincula demere, manu avidâ solvere. Acceptas tabellas legere, perlegere. O quoties lecta illa mihi quotiesque electa, Depicta articulis verba Latina tuis *! Ovid. de Pont.* Littera, sera quidem Huc tua pervenit, sed mihi grata tamen Quæ mihi derapto (*i. e. mortuo*) tua venit Epistola Celso Protinus est lacrymis humida facta meis. *Vlysses apud Aul. Sa.* Pertulit ad miserum tandem tua casus Ulyssen, Penelope chartis verba notata piis: Agnovi charamque manum, gemmasque fideles, Solamen longis illa fuêre malis, *&c.*

LITTERAS *efflagitandi formulæ*.

Claud. Quem precor inter nos habitura silentia finem Quando dabit gratas littera nostra vices? Quid rear, affatu quod non mihi dirigis ullos. Nec redit alterno pollice dicta salus? Cùm fluat ingenium, cùm sit, qui dicta reportet Quæ, nisi contemnor, caussa relicta tibi? *Auson. Paulin.* Quarta tibi hæc notos dexit Epistola questus, Pauline, blando residem sermone lacessit. Unde istam meruit infelix charta repulsam? Non ego longinquos ut texat pagina versus Postulo, multiplicique oneres sermone tabellas: Quis prohibet SALVE atque VALE brevitate parata Dicere? ... tis amœna. *Nec minus quæ* Jasone *Hypsipyle apud Ov. Ep.* 6.

Littora Thessaliæ reduci tetigisse carinâ

Diceris auratæ vellere dives ovis.
GRATULOR incolumi, quantum finis: hoc tamen ipsa
Debueram scripto certior esse tuo.
Cur mihi fama prior, quàm nuntia littera venit,
Ille sacros Marti sub juga panda boves?
Hæc, ego si possem, timidè credentibus ista
IPSE MIHI SCRIPSIT, dicere; quanta forem!

LOQUI.

ATQUE HUC SPECTANTIA:

Loqui ore amico, blando, placido, &c. ore effari. Dare ore loquelas. Vocem ab ore proferre: Verba *vel* voces ore expromere. Ore sonos edere, proferre, promere loquelas. Sermone *vel* voce silentia rumpere. *Ouid.* Jupiter hoc iterum sermone silentia rupit. —Quid me alta silentia cogis Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem? Pectore voces edere, effundere, rumpere. *Virg.* Rupitque hanc pectore vocem. Sic ore effatus amico est. Tum breviter Dido vultum demissa profatur. Vix ea fatus erat Hæc ubi dicta dedit. Talia verba dabat. Verba reddere sono gravi, dulci, &c. Incipit & blandas addit pro tempore voces. Vix hæc ediderat: Ea verba locutus. Tantum effatus, &c. *Fari. Dicere Eloqui Referre. Effari. Profari.*

Ut primum fari potuit sic incipit ore: Talia verba refert: solio sic infit ab alto: tunc sic orsa loqui. Sic incipit ille. Placido sic pectore cœpit. Tum senior tales referebat pectore voces. Vocibus his tandem mœsta ora resolvit. Incipit effari. Talibus inde molis ora indignantia solvit, &c.

2. ALLOQUI. Voce, dictis, verbis affari, compellare, aggredi, Coram alloqui. Ad aliquem dicta dare. Ad superos talia dicta dedit *Virg.* ——— mihi mens juvenili ardebat amore Compellare virum, & mœstas expromere voces. Tandem his Æneam compellat vocibus ultro: —dictis affatur amicis. Ad quem tum Juno supplex his vocibus usa est. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. *Ou d.* Hunc, simul agnovi Talibus affata est libera lingua sonis. *Affari Compellare.*

3. COLLOQUI. Audire & reddere voces. Vice sermonum *vel* vario sermone viam levare, noctem trahere, diem eximere Licito tandem sermone fruuntur. *Virg* Talibus inter se dictis ad tecta subibant. Multa inter sese vario sermone serebant. Vario noctem sermone trahebant. Vari- *Confabulari.*

 oque

——limosa restagnant arva palude. *Id.* Quà Saturæ nebulosa palus restagnat,&atroLiventes cœno per squallida turbidus arva Cogit aquas Ufens. *Virg.* Quà Saturæ jacet atra palus. *Rectè jacet: non enim currit ut amnes : non ventis assurgit, ut Lacus. Visus eadem voce. Lucanus lib.* 5.

———mœstóque ignava profundo
Stagna jacentis aquæ.———

Lacuna *Epit.* Cava, uda, humens, undans, fœda, limosa, crassa, *&c.* Aquis pluvialibus undans, plena, inundans. *Ovid.* —Amne redundatis fossa madebat aquis. *Id. Met.* Concava vallis erat, quo se demittere rivi Assuerant pluvialis aquæ: tenetima lacunæ Lenta salix, ulvæque leves. *Auson.* Obscuras ulvâ cœnoque lacunas Obsidet *Mant.* —— inundantes Nilo stagnante lacunæ. *Virg* humore sudantes *dixit, cùm autumnali ac verno tempore (quando aura maximè* incerta *est, & inæqualis; nunc scilicet pluviosa, nunc serena) amnibus ultra ripas effusis replentur* 1. *Georg.*

Præsertim INCERTIS si mensibus amnis abundans
Exit, & obductolatè tenet omnia limo,
Unde cavæ tepido sudant humore lacunæ.

LACUSTRES HERBÆ *ac* VIRGULTA *in Lacubus, Stagnis, paludibus nascentes:*

Canna. 1. ARUNDO. *Ep.* Fluvialis, fluminea, palustris, tenera, gracilis, tremula, &c. *Virg.* Hic viridi tenerâ prætexit arundine ripas Mincius. *Ovid.* Utque levi Zephyro gracilis vibratur arundo *Id.*6.*Met.*Ecce lacu medio Ara vetus stabat tremulis circumdata cannis. *Id.*4.*Met.*—— non illic canna palustris, Nec sterilis ulvæ, nec acuta cuspide junci: Perspicuus liquor est.

2. JUNCUS. *Ep.* Lacustris, palustris, fluvialis, limosus, acutus, sterilis, teres, tenuis, &c. *Virg.* Limósque palus obducat pascua junco. *Ovid.* —— tenet ima lacunæ Lenta salix, ulvæque leves, juncique palustres. *Lucan.* — domus non ullo robore fulta, Sed sterili junco, cannaq; intexta palustri. *Nemes.* ——nec molli junco, nec vimine lento perfecit calathos.

3. VIMEN. *Ep.* Fruticosum, lentum, viride, flexile, *&c.* *Ovid. de lacu.* ——agrestes illic fruticosa legebant Vimina, cùm juncis, gratamque paludibus ulvam. *Id.* Viminaque, & longæ parva sub arundine cannæ. *Virg.* Seu lento fuerunt alvearia vimine texta. *V.* CALATHUS *fol.* 133.

4. ULVA. *Ep.* Palustris, lacustris, fluminea, levis, viridis glauca, limosa, sterilis, *&c.* Grata paludibus, *Ovid.* Nec sterilis

tiles ulvæ, nec acuta cuspide junci. *Virg.* Propter aquæ rivum viridi procumbit in ulva. *Id. de Charonte*: Tandem trans fluvium incolumes vatemque virumque Informi limo, glaucâq; exponit in ulva. *De pauperũ lectu ulvâ instratis* *vide fol.* 169.

LANIARE, LANIATUS.

Dente, ungue, ferro lacerare, secare, carpere, scindere, artus diripere; spargere per agros. Mille lacer spargêre locis. Membra jacent diversa locis. Discerptum latos juvenem sparsere per agros. *Ovid. de Met.* Atque ita divellit, divulsaque membra per agros Dissipat, in multis invenienda locis: Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse sui. In partes lacerat secatque mille. *Ovid in Ibin.* Diripiantque tuos insanis unguibus artus: Et tua sic latos spargantur membra per agros, Tanquã quæ patrias detinuêre vias. *Sen.* Vulnera; & cædem & vagum funus per artus. *Virg. l.* 6. Atque hic Priamidem laniatum corpore toto Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, Ora manusque ambas; populataque tempora raptis Auribus, & fœdas inhonesto vulnere nates. *Ovid de Bacchu Pentheum discerpentibus.* Non citius frondes Autumni frigore tactas. Jamque malè hærentes altâ rapit arbore ventus; Quàm sunt membra viri manibus direpta nefandis, *&c.* *Dilacerare. Diripere. Discerpere. Lacerare.*

Laniari à feris.

Ore cruento ferarum discerpi; unguibus, rabido dente lacerari, *&c.* Jam jã venturos aut hâc, aut suspicor illac. Qui lanient avido viscera dente, lupos. *Ovid.* 3. *Metam. de canibus Actæonis*: Prima Melancheres in tergo vulnera fecit, Proxima Theridamas, Oresitrophus hæsit in armo; Jam loca vulneribus desunt. Undique circumstant, mersisque in corpore rostris Dilacerant falsi dominum sub imagine cervi. *Idem*: Diripiant avidæ viscera nostra feræ. Viscera montanis ferret edenda lupis. *Id.* Sive peregrinæ carpent mea membra volucres, Inque meo tingent sanguine rostra lupi. ——rostro tardus trahet ilia vultur, Et scindent avidi perfida corda canes. *Vide plura supra* V. VORARE *fol* 154.

Laniare ora vel crines: quod in LUCTU *usitatum.*

Ora *vel* genas unguibus carpere, digitis fœdare, secare, lacerare. Capillos unguibus invadere. Unguibus ire in genas. Ungue infesto capillos rumpere. *Ovid. in Ep.* Tunc flevi, rupique sinus, & pectora planxi, Et secui madidas ungue rigente genas. Oraque sunt digitis aspera facta meis.

——abſciſſa planxi mea pectora veſte, Tuta nec à digitis ora fuêre meis. Contigit inque meas unguibus ire genas. Paſſos laniare capillos : à fronte capillos rumpere. Crinem disjicere, ſolvere, *&c.*

LAPIS.

Saxum. Silex. *Ep.* Dūrus, rĭgĭdus, aſper, ſŏlĭdus, *&c.* Scrupea ſaxa. Lapide, ſaxo *vel* ſilice petere, percutere. Antra lapide muſcoſo *vel* pumice ſtructa : conchis pictiſque lapillis variata. Lapide *vel* ſaxo ſtruere. *Prop.* Lapis Phrygius, i. e. *marmor. Id.* Lapides memores *&* Lapis ultimus *pro ſepulchro.* Lapidi loqui, *i. e.* homini duro & immobili *Ovid.* Te Lapis & montes innataque rupibus altis robora, te ſævæ pergenuêre feræ. *Vide* Rupes.

Lapillus. *Epit.* Tĕrĕs, pictus, vărius, nĭtĭdus, *&c.* Pura coloratos inter ſtrepit unda lapillos. Levis unda nitentes Per pronum herboſo volvebat calle lapillos. *Prop.* Affixis viridis ſpelunca lapillis. Nota Lapidem *quibusdam mitiorem, & minorem eſſe* ſaxo; *unde & pro gemma accipitur, ſicut &* lapillus, *de quo ſupra fol.* 263.

LATRARE.

Latratus ſonoros, claros, ſævos, raucos, canoros, honorificos edere, tollere, dare, ore dare, tollere in auras. Nemus, domum, tecta, ætherem latratu *vel* latratibus implere, complere, replere. Inſonat, reſonat latratibus æther. Sævitque canum latratus ad auras. Canes latratibus inſtant; Vigili latratu fures terrent, &c. *Vide ſupra* Canes *fol.* 35.

LAUS.

Honor. Nomen. *Ep.* Ingens, ēgrĕgia, magnĭfĭca, cēlĕbris, inſignis, rāra, eximia, vīvax, æterna, *&c* Nullo delebilis ævo: nullo moritura die: omnes cantanda per oras. Laudis præconia. *Ovid.* Noſtra per immenſas ibunt præconia gentes. *Virg.* Et nos aliquod nomenque decuſque Geſſimus. *Idem l.*4. *Æneid.* Egregiam verò laudem & ſpolia ampla refertis. Laudibus ipſa tuis reſonant fora. Tituli, & avitæ laudis honores. *Ovid.* Denique non parvas animo dat gloria vires, Et fœcunda facit pectora laudis amor. *Vide ſupra* Honos *fol.* 282. *&* Fama *fol.* 246.

Gloria. Præconia.

LAUDARE.

Canere. Celebrare. Laudibus tollere, extollere, proſequi, ferre, efferre, ornare, afficere, canere, celebrare, *&c.* Laudibus in cœlum evehere, cœlo attollere. Ferre ad *vel* ſuper æthera : In *vel* ſub

ſub aſtra tollere. *Virg. Ecl.* Daphninque tuum tollemus ad aſtra, Daphnin in aſtra feremus. Laudibus immodicis ferre ad aſtra. Cœlo laudibus æquare. *Virg. Æn.*—— O fama in gens, ingentior armis, Vir Trojane, quibus cœlo te laudibus æquem? *Prædicare.*

Alicujus nomen, laudes, inclyta facta canere, dicere, celebrare; laudibus efferre, ore ferre, prædicare: lætis ad ſidera vocibus extollere. *Sen.* —— illum laudibus cuncti canent, Magnumque terræ nomen ignotæ audient. Nec veſtra feretur fama levis.

Scribere laudes, annalibus addere, carmine celebrare, longum verſibus demittere in ævum: inſigni Camœna referre: Muſa, lyrâ, cythara celebrare. *Ovid.* Te celebrant alii quanto decet ore, tuaſque Ingenio laudes uberiore canunt. *Tib.* Convenientque tuas cupidi componere laudes Undique, quique canunt vincto pede, quique ſoluto. Te noſtra ſemper carmina, te lyræ ſonabunt. Carminibus ſemper celebrabere noſtris. Nulla mihi ſtatuent finē te fata canendi. Nec tu carminibus, Regina, tacebere noſtris: Quaque patet tellus liquido circumſona ponto, Poſteritas te ſera canet; dumque aurea volvet Aſtra polus, memori ſemper celebrabere cantu. *Vide* CARMINE CELEBRARE *ſupra fol.* 142.

Laudare Deum.

Deum, Tonantem, ſummum Numen; *vel* Dei laudes, munera, facta memori ſonare plectro, voce celebrare, canere: feſtivo tollere plauſu: canoro dicere barbito: victuro tollere verſu; totum ferre per orbem: efferre ad ſidera cantu, *&c.* Eja Deum celebrate, Deo date carmina digna: Ferte roſas, date thura, *&c.* In Dei laudes ora reſolvere. *Virg l.* 8. Tunc Salii ad cantus, incenſa altaria circum, Populeis adſunt evincti tempora ramis. Hic juvenum chorus, ille ſenum, qui carmine laudes HERCULEAS & facta ferunt *Pap.* 2. *Theb.* Fundite vina focis, ſervatoremque parentum LATOIDEN votis iterumque iterumque canamus. *Buch. Pſ* MAGNE PARENS, ſancta qui majeſtate verendus Ætheris æternas rector moliris habenas: Te Deus alme colam, te toto pectore amabo: Tu clypeus, tu tela mihi, tu certa ſalutis Anchora, tu ſtatio fidi placidiſſima portus. Te prædicare, laudibus te proſequi, Rex alme cælitum decet: Seu Sol Eoâ luce terras purpuret, Seu nox tenebris obruat, *&c.*

mentis) GRABATUS & PANNUS, nisi apparuit aliquem illa non necessitate pati, sed malle. *Apulejus* 1. *Met.* Grabatulus alioqui breviculus, & uno pede mutilus ac putris. *Talis plane est, quem Mart. ponit in fracta & vili supellectili migrantis Vacerræ*: Ibat tripes grabatus, ac bipes mensa. *Virg in Moreto signate* vilem *appellat*:

Membra levat sensim vili demissa grabatæ.

LECTUM PETERE.

Membra locare toro: stratis componere, recondere: strato defessa reponere. Toro procumbere. Premere cubile. Corpora dare somno, mandare quieti. Membra toro reddere. Petere torum.

Lecto surgere.

Lectum linquere, deserere. Toro *vel* stratis consurgere. *Virg.* Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. Membra, artus, corpora è stratis corripere: tepido cubili tollere. *Ovid.* Excussere metus somnos, conterrita surgo.——— attollit membra, toroque erigitur.

LEVIS.

Gravitate carens. Sine pondere. Ponderis expers. *Ovid.* Cur tua promissi pondere verba carent? Di faciant verbis pondus abesse meis. Levior pluma, folio caduco, summa arista, &c. *Plaut.* Si quid bene facias, levior pluma est gratia: Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt. Sarcina parva: leve pondus: quod digitis quinque levetur onus. Non me labor iste gravabit. LEVITATEM *in proposito sive sententia. Vide supra* V. INCONSTANS *fol.* 299. *Quibus adde locum Ovidii non negligendum, quo excusat suam in amore levitatem, collatis navigantium & aurigantium exemplis:*

Nec levitas mea culpanda est, nec semper eodem
  Impositos vento panda carina vehit:
Nam modò Threicio Boreâ, modò currimus Euro,
  Sæpe tument Zephyro lintea, sæpe Noto.
Aspice, ut in curru modò det fluitantia rector
  Lora, modò admissos arte retentet equos.

LEX.

Epith. Sĕvēra, sancta, justa, æqua, aspĕra, dūra, rĭgĭda, mălĭgna, ĭnīqua, *&c.* Legis decreta, statuta. Æqua instituta: Legum veranda jussa: jubentia verba. Legum vincula. Sacratæ sanctio legis. Publica jura. Leges ac jura vetant, prohibent. *Pers.* Publica lex hominum, naturaque conti- *Edictū. Statutum.*

nct

nec hoc fas, ut &c. *Claud.* 4 *Conf. Hon.* Primus jussa subituus observantior æqui Fit populus, nec ferre negat cùm viderit ipsum Auctorem parêre sibi. Componitur orbis Regis ad exemplum; nec sic inflectere sensus Humanos edicta valent, ut vita regentis. Legis norma. Legum præscripta. Legum tabulæ *Ovid.* Verba minantia: *Nempe ob pœnam appositam, si quis violare ausus fuerit: atque hanc infligere competit* Judici, *qui propterea* Legum vindex *vocatur. Vnde rectè Ovid.* 1. *Met. de Legibus nondum latis*:

Aurea prima sata est ætas, quæ VINDICE nullo,
Sponte suâ sine LEGE fidem rectumque colebat:
POENA, metusque aberant

Legem violare.

Leges negligere, spernere. contemnere. Legibus vetita patrare. *Ovid.* Nec quicquam, quod lege veter committere, feci. Legum vincula rumpere, perfringere Legum sacrata resolvere jura. Oppressæ jacent leges, spernuntur: pereunt discrimine nullo. *Luc* Ausus medias perrumpere leges. Tunc data libertas odiis, resolutaque legum Frenis. Ira ruit, Inter arma silent leges. *Lucan.l.*1. Sed postquam leges bello siluêre coactæ, Pellimur è patriis laribus, *&c.*

Legem ferre.

Leges sancire, dare, præscribere, indicare, statuere, ponere. Jura dabat legesque viris Leges æternaque fœdera certis Imposuit natura locis. *Horat. Ep.* Quin etiam lex Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quemquam describi. *Prop. l.* 4. Indixit leges, respondi: Ego legibus utar; Riserat imperio facta superba dato.

Jura constituere. Mores ac leges populis dare. Jura dare per populos. Legibus urbes fundare: Componere legibus orbem. *Sil.* Qui leges posuêre atque inclyta jura Gentibus, & primas fundarunt mœnibus urbes. Figere leges. *Virg.* 6. *Æneid* Fixit leges pretio, atque refixit, i. e. *Suadente avaritiâ rogavit & abrogavit.* FIGI *enim* LEGES *dicuntur Latinis, quòd olim æreis incisa tabulis populo proponebantur. Ad quem morem respexit Ovid.* 1. *Met. loco supra citato.*

——— —nec verba minantia fixo
Ære ligabantur: nec supplex turba timebat
Judicis ora sui, sed erant sine judice tuti.

LEGUM-LATORES

POETIS NOTI ET USITATI.

1. *Prima omnium Leges invenisse perhibetur* CERES: *inde* *Gra-*

Græcis dicta Θεσμοφόρος *& Latinis verò, atque inter eos Virgilio lib.* 4. *Æn.* Legifera. *Ovid.* 4. *Metam.*

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro:
Prima dedit fruges; alimentaque mitia terris,
Prima dedit LEGES, Cereris sunt omnia munus.

2. *Inter gentes Europeas, Italos primus* SATURNUS *legibus à se latis formasse traditur, nempe jam à Iove regno pulsus & apud Ianum delitescens. Testis iterum Virg. Æn lib.* 8.

Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo:
Is genus indocile ac dispersum montibus altis
Composuit, legesque dedit.

3. MINOS *Cretensium Rex, inter legislatores non ultimum olim locum habuit, cujus meminit Ovid. lib.* 3. *Eleg.* 9.

Optavit Minos similes sibi LEGIFER annos.

4. *Atheniensibus leges salutares admodum constituit* SOLON: *sicut & Lacedæmonis* LYCURGUS. *Adducit utrumque Claud.* 4. *Hon. Cons.*

———priscamque resumunt.
Canitiem Leges: emendanturque vetustæ,
Accendunt novæ. Talem senserе SOLONEM
Res Pandioniæ, sic armipotens Lacedæmon
Despexit muros rigido munita LYCURGO.

LIBER *sive* CODEX.

Ep Doctus, lĕpĭdus, lăbōrātus, tersus, *&c.* Ære bullatus: pumice rasus, *Ovid. ad lib. suum*: Nec te purpureo velent vaccinia succo: Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes. *Idem*: Sex ego Fastorum scripsi totidemque libellos, Cumque suo finem mense volumen habet. Docta scripta: mentis pignora. Victuræ in secula chartæ Doctorum scripta virorum. *Mart. l.* 10 At chartis nec furta nocent, nec sæcula præsunt, Solaque non nôrunt hæc monumenta mori. *Mart.* Perdite Niliacas, Musæ, mea damna, papyros. *Ov.* 1. *Fast.* Pagina judicium docti subitura movetur Principis, ut Clario scripta legenda Deo. NOTA *scripsisse Veteres primùm in palmarum foliis; deinde in tenuioribus arborum libris, unde* Librorum *nomen: qui, quòd in orbem, perpetuâ chartâ ac longè excurrente, volverentur;* volumina *dicti sunt. Hinc* evolvere librum, i. e. *inspicere vel perlegere. Postea inventa est* papyrus, *quæ fiebat ex juncis, Nilo per Ægyptum stagnante, item propè* chartam *Tyri urbem, subnascentibus Vnde* chartæ *&* Papyri *pro libris senechdochicos, sicut &* Pagina: *sic dicta, quòd in illa versus panguntur,* i. e. *veteri verbo* paguntur, *sive figuntur. Virg Ecl.* 6. *de Quintilii Vari laudibus scripturus:*

Libellus *Volumen* *Charta.* *Papyrus* *Pagina.*

nec

——— ——nec Phœbo gratior ulla est,
Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.

Libros componere, edere.

Libros scribere, facere. Victuras pangere chartas. Res gestas chartis tradere, intexere, mandare: describere, posteris tradere, in longum ævum demittere, venturis tradere sæclis: scripto complecti, pandere, in apertum proferre.

Libros edere, proferre in lucem, famæ committere. *Mart* Ede tuos tandem populo, Faustine, libellos: Et cultum docto pectore profer opus Scriptis Famam *vel* æternum nomen sibi *vel* aliis parare. *Ovid. de poëtarum geniot* Nec nos ambitio, nec nos amor urget habendi: Contemto colitur LECTUS & UMBRA foro, i e. *à strepitu forensi abhorrentes, domi aut in hortulis nostris libellis lectitandis ac scribendis vacamus. Vbi cum* LECTUM *audis, noli desidiæ aliquem nidum aut otii stabulum cogitare: sed* Lectulum lucubratorium *intellige, in quo seduli illi jacebant, semi tamen recti, ut legere ac scribere commodè possent. Plin. Epist l.* Visus est sibi jacere in lectulo suo, compositus in habitum studentis. *Hinc lucem capiet alius Ovidii locus Tristia sua excusantis:*

Non hæc in nostris, ut quondam, scribimus hortis:
Nec consuete meum LECTULE corpus habes.

Libros legere.

Lustrare, evolvere, excutere, percutere veterum monimenta virorum. Manu terere: manibus avidis versare: Nocturnâ versare manu, versare diurnâ Positos ex ordine, positos per scrinia libros percurrere, revolvere. Scripta doctorum sinu gestare *Mart. l. 6.* Laudat, amat, cantat nostros mea Roma libellos: Méque sinus omnis, me manus omnis habet. Scripta oculis percurrere, perlustrare, perlegere. Detinuêre oculos carmina nostra tuos. Paginaque est oculos docta morata meos. *Addo his Ovidium. Cottæ sui scripta legentem ac relegentem, neque unquam tamen saturum aut fastidientem, l. 3. de Pont. El. 5.*

Legimus, ô juvenis patrii non deneger oris,
Dicta tibi pleno verba deserta foro.
Quæ quamquam lingua mihi sunt properante per horas
Lecta satis multas, pauca fuisse queror.
Plura sed hæc feci relegendo sæpe; nec unquam
Hæc mihi, quàm primò, grata fuêre minus.

LIBERALIS.

Largus. Largus opum, Prodigus æris. Largâ benignus indulgen-

gentiã. Cujus habet nullas larga indulgentia metas Munera, dona, prompta manu largiens, pluens: nimbos donorum, auratos imbres effundens. Non parcus: non incubans congestis. Abditæ cistis inimicus lamnæ, &c. *Lucan. Pis.* Quis tua limina pauper adit, quem non animosa beatum Excipit, & subitò juvat indulgentia censu? *Ovid.* Nunquam pigra fuit nostris tua gratia rebus, Nec mihi munificas arca negavit opes. Instar hermi, aut Pactoli aurum fundens, divite vena, pleno cornu, &c. *Excurrit in hunc campum latissimè Claudianus in Probini & Olyb. Consulatu*:

Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes: sed largior imbre,
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.
Quippe velut denso currentia munera nimbo
Cernere semper erat: populis undare penates:
Assiduos intrare inopes, remeare beatos.
Præceps illa manus fluvios superabat Iberos,
Aurea dona vomens —— ——

Vide supra DONUM *fol.* 225.

LIBERTAS *pro* LICENTIA.

Epit. Noxia, damnōsa, effrēnis, sŏlūta, văga, lasciva, indŏmita, effūsa, Legibus soluta: libera frenis: Juventæ pernicies. Quidlibet audendi potestas. *Lucan.* Tunc data libertas odiis, resolutaque legum Frenis ira ruit Libertas scelerum: sublatusque modus. *Claud.* 4. *Hon.* —— proclivior usus in pejora datur, suadetque licentia luxum. Illecebris effrena favens. Licentia proterva, indomita, legibus refrenanda, jugo premenda. Monitoribus aspera, &c. *Nihil verò potest excogitari magis accommodatum ad protervam illam iuvenum* LICENTIĀ *explicandum, quàm quod, paucis immutatis, habet Horat. l.* 3.

Quæ (velut latis equa trima campis)
Ludit exultim, metuitque tangi,
Vinculorum expers, & adhuc *momenti*
Cruda *magistro*.

LIBERTAS PUBLICA.

Epit. Aurea, candĭda, grāta, dulcis, pulchra, optāta. Jugi impatiens Infensa tyrannis. Servitio libera. Servile jugum exosa. Vita potior. *Virg.* Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant. *Claud. l.* 5. Fallitur, egregio quisquis sub Principe credit Servitium: nunquam LIBERTAS gratior exstat, Quàm sub rege pio.

Liber-

Libertate asserere.

Liberare. Asserere. Jugo eripere. Vinclis eximere. Servilia vincula solvere, abrumpere. Manicas atque arcta levare vincula. Turpe jugum servitii collo demere, detrahere. Eripe me tandem, servilibus eripe regnis. (*Ovid.*) Scilicet asserui jam me, fugique catenas. Medio ex hoste recipere. *Claud Eutr.* Asseritur ferro captivum vulgus, & omnes quos sævus traxerat hostis Servitio, tandem dominorum strage redempti Blanda cruentatis affigunt oscula dextris. *Ovid.* Auxiliumque domûs, servatoremque salutant. Quos dira tyrannis, Cùm premeret, sævo incolumes ex hoste recepit, Et juga captivo excussit servilia collo.

LIBIDO.

Amor. Venus. Cupido. Ardor. Ignis, &c. *Ep.* Turpis, fœda, incesta, vēsāna, indŏmĭta, dīra, fŭrĭōsa, prŏbrōsa, infāmis, obscœna, spurca, damnōsa, *&c.* Obscœnus ardor. Probrosa Venus. Turpis cupido, *&c.* Veneris damnosa voluptas, Incesti flamma furoris. Rabies Veneris malesana nefandæ. Nunc mores periêre boni, regnique libido Improba: animis hominum deterrima pestis. Infesta corporibus animisque lues. Amoris impii flammæ. Veneris nequitiæ, ludus, deliciæ. *Sen.* ——— cujus incestis stupris Fumant tot urbes, bella tot gentes gerunt, Et versa ab imoregna tot populos premunt. Nocturna voluptas: dolore ingenti luenda: *Spectat huc aurea Claudiani gnome:* Sed quàm cœcus inest vitiis amor! omne futurum Despicitur, suadentque brevem præsentia fructum; Et ruit in vetitum damni secura LIBIDO: *Detestatur eandem Prudentius Psychomachiâ: apud quem* PUDICITIA *victa Libidini insultat hunc in modum*:

Tu Princeps ad mortis iter, tu janua lethi,
Corpora commaculans, animas in tartara mergis.
Abde caput tristi, jam frigida, pestis Averno,
Inque tenebrosum noctis detrudere fundum.
Te volvant subter vada flammea, te vada nigra,
Sulphureusque rotet per stagna sonantia vortex;
Nec jam Christicolas, FURIARUM MAXIMA, tentes.

LIBIDINOSUS.

Pronus in Venerem. Cupidinis satelles: nepos Dionejus. More ferarum in Venerem præceps. In Venerem fœdo stimulatus amore. Percitus indomitâ libidine, furens, fervens: ardens impiâ face: impos sui, amore cœco Cujus turpes

turpes exurunt flammæ medullas. Cujus animum jugo premit Cupido turpis. Cujus opes, corpus, animum libido perdit, frangit, atterit Veneris castra sequens: Paphio percussus ab œstro. Mollis, fractus: mollibus deliciis victus: Deliciis animi vires cum stulta libido Affligit, corpusque gravi languore solutum Stultitiæ pendit pœnas, *&c.*

1. ADULTER. *Ep.* Incestus, mollis, nocturnus, turpis, obscœnus, impudicus, *&c.* Lecto maritali insidiatus. Thalamis insidias struens. Nuptas: nuptarum fidem tentare, sollicitare ausus. Furtivæ indulgens Veneri. Furtivus thalami prædo Furta in recessu & obscuro improbus. Quærens cubili Vetitos sectans Hymenæos. Veneris qui furta nefandæ Sectatur. thalamosque incesto polluit ausu. *Helena Paridi apud Ouid.* Ausus es hospitii temeratis advena sacris, Legitimam nuptæ sollicitare fidem *Claud.* 1. *Eutr.* —— —— omnesque pudoris Hauserat insidias: custodia nulla tuendo Fida thoro, nulli poterant excludere vectes. Ille vel ærata Danaen sub turre latentem Eliceret, *&c.*

2 ADULTERA. *Ep.* Turpis, incesta, impia, probrosa, nefanda, *&c.* Turpis admissi conscia. Fidei jugalis oblita. Non vetita thori mariti jura, thalami socialia fœdera frangere, violare, temerare, fallere, rumpere vincola thori, pactam temerare fidem, *&c.* Nefanda Venere thalamos fœdans; Viro infida. *Paris Helenæ apud Ouid* An pudet? an metuis Venerem temerare maritam, Custaque legitimi fallere tori? *&c.*

3. MERETRIX.

Ep. Sordida, impura, pellax, lasciva, spurca, obscœna, Stupri plena. Fucato vultu, risibus: jocis pellax. Scopulus castæ juventæ. Turpi in fornice prostans, latens. Mille fallere docta dolis: Corpus prostituens. Turpi mercede se populo vulgans. Faciles cini puellæ. Saburræ uxores olidæ: Infames lupæ. *Mart* Uxores Summœnianæ. *Ouid.* Stat meretrix, parvo cuivis mercabilis ære STABANT *nempe olim meretrices ante cellam suam sive stabulum quæstûs gratiâ (quod supra tangit Ouid.) hinc* pro stabula *vocata. Vnde & verbum* prostare *i.e. pudicitiam venalem habere. Tametsi interdum etiam sederint; unde Plauto aliisque* prosedæ *dicuntur, Quod firmari potest pulcherrimo ejusdem Ouidii loco 2. Pont El 3. de Amicitia venali:* *Pellex. Lupa. Prostibulum,*

Illud Amicitiæ sanctum & venerabile nomen
PROSTAT, & in quæstu pro meretrice SEDET.

LIGARE.

Alligare. Vincire. Illigare. Fune, vinclis, nodo nectere, connectere, vincire, coërcere, cohibere. Connexis inter se nodis vincire. Vincula stuppea, ferrea, ahenea injicere, intendere. Arcto nexu, firmis vinclis retinere, adstringere. Laqueo, vincloque tenaci illigare, implicare. *Ovid.* —elabique volentem Implicat, ut serpens quem regia sustinet ales Sublimemque rapit: pendens caput illa pedesquè Alligat, & caudâ spatiantes implicat alas. Crinem religare, in nodum colligere, *&c.* *Virgil.* Crines nodantur in aurum. Vincite vites. *Prop.* Junco brassica vincta levi. *Vide* VINCULORUM GENERA *fol.* 146. CARCERI CLAUSUS *fol.* 137.

LIQUEFACERE.

Solvere. Dissolvere. Mollire. Remittere. Liquidum facere, resolvere. *Ovid.* Nix jacet, & jactam non Sol pluviæque resolvunt. *Lucan.* Nix quam mollit aquaticus Auster. Æs fornace mollire, solvere, *&c.* Sol fervidus dissolvit glaciem, & radiis tabescere cogit. *Virg* 4. *Georg.* ——— —frigore mella Cogit hyems, eademque calor liquefacta remittit.

LIQUEFIERI, Se remittere, se resolvere. *Virg.* Canis cum montibus humor liquitur. & Zephyro putris se gleba resolvit Fluere, abire in rivos. *Virg.* Fluit æs rivis, aurique metallum, Vulnificusquè chalybs vastâ fornace liquescit. Nix vel cera vicino Sole liquescit, funditur, solvitur, tabescit, resoluta fluit, victa liquescit *Ovid.* Liquitur; ut glacies incerto saucia Sole: Ut intabescere flavæ Igne levi ceræ, matutinæque pruinæ Sole tepente solent.

LITTERÆ.

Epistola. Littera Pagina notata. Scriptum. Tabella. Cera. Littera missa : animi fida internuntia : conscia mentis : Sermonis fida ministra : linguæ subitura vices. *Ovid.* Et subeunt linguæ cera manusque vices. Lacrymis humida facta, fletu turbata, manu notata, *&c.* Charta verbis notata, notis perarata : manu, digitis, pollice ducta : Articulo labente perarata: festinâ properata manu. Studiosæ littera dextræ. Chartis verba notata. Verbis missa salus : quæ portant verba salutem. Scripta notata manu. *Ovid Ep.* ... pertimui scriptumque tuum sine murmure legi. Blandæ gratæ tabellæ. *Ovid.* Accipe, & ad dominam perarata manè tabellas Perfer. —— Nec mora, perlectis rescribat multa jubeto. Odi, cùm latè splendida cera vocat. Comprimat ordinibus versus : oculosque moretur Margine in extremo littera rasa meos. *Bellè, pulchrè. Postulat autem larg*

largè sibi rescribi, & piginam totam repressis versuum ordinibus ita arctari, ut nihil (ipsius Verbis utar) in tota Epistola splendeat, i.e. *nihil appareat notis sive scripturâ vacans.* OBSERVANDUM *verò* tabulas, tabellas, Ceram *significare quodlibet scripti genus: quòd olim in tabulis sive ligneis codicillis cerâ obductis scribi soleret; unde etiam* ligna *dicuntur Ovidio lib.* 1. *Eleg.* 12.

Ite hinc difficiles, funebria ligna, tabellæ.

LITTERAS *scribere.*

Perscribere, stylo detexere, Tabellas scribere, mittere; Ferendas dare, portandas tradere. Mittere salutem, salutis verba, Portantia verba salutem, præmissa verba salute, &c. *Ovid. variis locis variaque Musâ*: A tibi dilecto missam Nasone salutem Accipe, pars animæ magna, Severe meæ. Præpositâ mitto verba salute tibi Hæc tibi non vanam portantia verba salutem Naso, Tomitanâ mitti ab urbe tuus. Hanc tibi Naso tuus mittit, Ruffine salutem. Vade salutatum subitò perarata per illam Littera, sermonis fida ministra mei. Ille tuos quondam non ultimus inter amicos, Ut sua verba legas Maxime, Naso rogat. Quem legis, ex illis tibi venit epistola terris Nasonem nolles in quibus esse locis. *Heroides apud eundem in Epistolis*: Mittit, & optat amans, quo mittitur ire, salutem, Æmonis Æmonio Laodomia viro Mittit Abydenus, quam mallet ferre, salutem, &c. Quâ, nisi tu dederis, caritura est ipsa, salutem. Mittit Amazonio Cressa puella viro. Æolis Æolidæ quam non habet ipsa, salutem Mittit. Quam legis, à rapta Briseide littera venit; Vix bene barbaricâ Graja notata manu: Quascunque aspicies lacrymæ fecere lituras, &c. *Ubi* NOTA *has voces* salutare & salutem mittere (*quas videre potes passim à poëtis in fronte litterarum usurpari*) *respicere morem Antiquis in Epistolæ inscriptione servari solitum, qui fere fiebat hunc in modum*; M. T. CICERO ATTICO S. *id est*, salutem *vel* S. P. D. *id est*, Salutem plurimam dicit: *Ex hoc more Ausonius Ep.* 26. *Epistolam vocat* chartam salutiferam. *Et carmine præcedenti expostulans cum Paulino de obstinato ejus silentio*:

Officium sed nulla pium mihi pagina reddit
Fausta saluti geris adscribens ora libellis.

LITTERAS *finiendi Formulæ.*

Scribere plura libet; sed, &c. Quò feror? attentas lassem longior aures; Jam die consuetum scri[...] ta tabel-

Diceris auratæ vellere dives ovis.
GRATULOR incolumi, quantum finis: hoc tamen ipsa
Debueram scripto certior esse tuo.
Cur mihi fama prior, quàm nuntia littera venit,
Ille sacros Marti sub juga panda boves?
Hæc, ego si possem, timidè credentibus ista
IPSE MIHI SCRIPSIT, dicere; quanta forem!

LOQUI.

ATQUE HUC SPECTANTIA:

Loqui ore amico, blando, placido, &c. ore effari. Dare ore loquelas. Vocem ab ore proferre: Verba *vel* voces ore expromere. Ore sonos edere, proferre, promere loquelas. Sermone *vel* voce silentia rumpere. *Ovid.* Jupiter hoc iterum sermone silentia rupit. —Quid me alta silentia cogis Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem? Pectore voces edere, effundere, rumpere. *Virg.* Rupitque hanc pectore vocem. Sic ore effatus amico est. Tum breviter Dido vultum demissa profatur. Vix ea fatus erat Hæc ubi dicta dedit. Talia verba dabat. Verba reddere sono gravi, dulci, &c. Incipit & blandas addit pro tempore voces. Vix hæc ediderat: Ea verba locutus. Tantum effatus, &c. *Fari. Dicere Eloqui Referre. Effari. Profari.*

Ut primum fari potuit sic incipit ore: Talia verba refert: solio sic infit ab alto: tunc sic orsa loqui. Sic incipit ille. Placido sic pectore cœpit. Tum senior tales referebat pectore voces. Vocibus his tandem mœsta ora resolvit. Incipit effari. Talibus inde molis ora indignantia solvit, &c.

2. ALLOQUI. Voce, dictis, verbis affari, compellare, aggredi, Coram alloqui. Ad aliquem dicta dare. Ad superos talia dicta dedit *Virg.* —— —— mihi mens juvenili ardebat amore Compellare virum, & mœstas expromere voces. Tandem his Æneam compellat vocibus ultro: —dictis affatur amicis. Ad quem tum Juno supplex his vocibus usa est. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. *Ovid.* Hunc, simul agnovi Talibus affata est libera lingua sonis. *Affari Compellare.*

3. COLLOQUI. Audire & reddere voces. Vice sermonum *vel* vario sermone viam levare, noctem trahere, diem eximere Licito tandem sermone fruuntur. *Virg.* Talibus inter se dictis ad tecta subibant. Multa inter sese vario sermone serebant. Vario noctem sermone trahebant. Vari- *Confabulari.*

oque viam sermone levabant. *Ovid. 2. Pont. Eleg. 10. ad Marcum poetam, peregrinationis suæ per Asiam ac Siciliam comitem.*

Sæpe brevis nobis vicibus via visa loquendi est,
Pluraque, si numeres, verba fuêre gradu.
Sæpe dies sermone minor fuit: inque loquendo
Tarda per æstivos defuit hora dies.

Quærere 4. INTERROGARE *Ouid. 1. Fast.* Dic age, frigoribus quare novus incipit annos? *Ibid.* Desierat Janus: nec longa silentia feci, Voce mea voces eliciente dei: Quid vult palma sibi? *&c.* Dixerat: & vultu, si plura requirere vellem, Se mihi difficilem non fore pactus erat. *Virg.* Horrescit visu subito, causasque requirit: quæ sint ea flumina porrò, Quive viri? *Idem*: His vatem aggredior dictis, ac talia quæro: Quæ scelerum facies, ô Virgo, effare: quibusvé urgentur pœnis *Id.* Ac prior, Heus, inquit, juvenes, monstrate mearum Vidistis si quam hîc errantem fortè sororum.

5. RESPONDERE. Responsum *vel* responsa dare, reddere, contra reddere Responsum paucis ita reddidit heros. Tum sic pauca refert. Sic Venus, at contra Veneris sic filius orsus. Dixerat Æneas, contrà cui talia reddit. Vix ea fatus erat, gemitu cum talia reddit. Dictis dicta sequi, resequi. Dixerat, & dicta Ilioneus sic voce sequutus. Talibus resecuta est Pallada dictis. *Huc spectant sequentes particulæ, à poetis usurpari solitæ*: Tum contra Juno. Æolus hæc contra. Turnus ad hæc. Quærenti talibus ille, &c. *In quibus subintellige*, Respondit.

Memorare. Dicere, referre. Edere. &c. 6. NARRARE. Rem ordine pandere, digerere, expedire pauca tibi expediam è multis. Altiùs omnem expediam, prima repedens ab origine, famam. Versu *vel* dictis prosequi. Fando enumerare: voce referre, promere: Verbis complecti. *Virg.* Expediam dictis, & te tua fata docebo. Expediam, & paucis (animos adhibere) docebo. Fert animus causas tantarum expromere rerum. *Seneca*: Expone seriem cædis, & duplex nefas prosequere. ——— ede & enarra omnia. Edissere agedum, quo cadat fato parens. *Ovid.* Longa mora est, quantum sceleris sit ubique repertum, Enumerare Et quæ præterea longa referre mora est.

7. INENARRABILE. priùs me vox deficiet Quis tanta relatu æquet? numero comprendat? verbis perstringat? centum valeat perstringere linguis? Quis cladem illius noctis

ctis,quis funera fando Explicet? Plura quidem feci,quàm quę comprendere dictis In promptu mihi sit. *Ouid* Nec mala voce mea poterunt tua cuncta referri, Ora licet dederis multiplicata mihi. Non mihi si centum Deus ora sonantia linguis, Ingeniumquè capax, totumque Helicona dedisset Tristia persequerer, *&c.* Non mihi, sacrilegas meretricum ut persequar artes, Cùm totidem linguis sint satis ora decem. *Papin.* 12 *Theb* Non ego contenta si quis mea pectora laxet Voce Deus, tot busta simul vulgique, ducumque, Tot pariter gemitus dignis conatibus æquem. *Claud.* Non mihi centenis resonent si vocibus ora, Multifidusque ruat centum per pectora Phœbus, &c. *Quibus adde Virgilium suprà fol* 303. *& observa, quantâ varietate eandem rem plures tractaverint. Nemo enim non poetarum hunc sibi campum decurrendum putavit, ut meritò dixerit Persius sat*.5.

VATIBUS HIC MOS EST, centum sibi poscere voces,
Centum ora, & linguas optare in carmina centum.

LOQUAX *sive* GARRULUS.

LINGUA. *Epit* effrēnis, infrēnis, intemperans, garrŭla, mŏbilis, verbōsa, dĭserta, lībĕra, dĭcax, pĕtŭlans, prŏterva, *&c* Lingua parens fœcunda malorum: nullis obnoxia vinclis: freno domanda: nihil clausum tenens: omnia vulgans. *Huc transferri possunt, quæ poetæ Famæ attribuunt*: Lingua malum, quo non aliud velocius ullum Mobilitate viget. —— quæ veris addere falsa gaudet. —— facta atque infecta canebat. Picaloquax. *Ouid.* —— nemorum convicia, picæ. Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit, Raucaque garrulitas; studiumque immane loquendi Cicada vocalior. Æs Dodonæum *Quamquam æs omne sonorum. Unde ex eo Famæ arcem construxit Ouid* 12.*Met.* ——tota ex ære sonanti, Tota fremit, vocesquè refert, iteratq; quod audit. *Iuv sat.*6. *de muliere locutuleja*: —— verborum tanta cadit vis: Tot pariter pelves, tot tintinnabula credas pulsari. —— jam nemo tubas atque æra fatiget: Una laboranti poterit succurrere Lunæ. *Hæc postrema intelligi poterunt ex iis, quæ annotamus, infrà in* LUNÆ ECLYPSI. *Verborum porrò ac tinulam mulierum loquacitatem* (*quæ huic sexui nunquam desit, non magis, quàm Lusciniæ sua cantio*) muliebrem supellectilem *venustè admodum appellat Comicus in Pœnulo*:

POE. Tace, atque parce muliebri supellectili.
AG. Quæ ea est supellex? POE. Clarus clamor, sine modo.

LOQUELA *sive* SERMO VARIUS:

1. SERMO BLANDUS.

Epit. Blandĭlŏquus, ſuāvis, dulcis, mellītus, *&c.* Verba byſſina, au:es mulcentia: Melle ac ſeſamo ſparſa. Blandi ſuſurri Grajæ voces *Ovid.* Blanditias molles, aureſque juvantia verba. Credidimus blandis, quorum tibi copia, verbis. *Propert. his deceptus*: O nullis tutum credere blanditiis!

2. SERMO VENUSTUS.

Epit. Cultus, lĕpĭdus, ămœnus, feſtīvus, pŏlītus, Sermonis verba politi. Oris venuſtas. Dicendi lepor Madens Hyblæo lingua liquore: *Vide ſupra* ELOQUENS *fol.* 229. Cui Neſtor, & eloquio facundus cedat Ulyſſes Sermonis gratia. *Prop.* Nec deſit jucundis gratia verbis. Nec abeſt facundis gratia dictis.

3. SERMO INCULTUS.

Epit. Rŭdis, dūrus, ingrātus, *&c.* Lepore carens Male comptus, incomptus, inficetus Ruris plenus, & inficetiarum Dignus agreſtibus *aut* ſubulcis. Lutulentus, indolatus: plebejus *vel* media de plebe, *&c.*

4. SERMO INSOLENS.

Magnifica verba. Magna, ſuperba, magnifica loqui dicere. Ore magnifico loqui. *Ovid.* Ubi ſunt ingentia magni Verba viri? Heu ubi nunc faſtus, altaque verba jacent?

5. SERMO LONGUS.

Longo ſermone morari, fatigare aures. Verbis latè exſpatiari. *Ovid.* Quid moror exemplis, quorum me turba fatigat Quid moror, & variis onero tua pectora cauſſis: *Id.* Quo feror immenſum eſt erratas dicere terras. Deſeret ante dies. & in alto Phœbus anhelos. Æquore tinget equos, quam perſequar omnia dictis Tempore deficiar, tragicos ſi perſequar ignes. *Lucan.* Nec, ſi cuncta velim breviter decurrere, poſſim Et prius ætheriæ moles circumvaga flammæ Annua bis ſeni revocabit menſibus aſtra, Quàm, *&c.*

6. SERMO BREVIS.

Epit. Conciſus, ſuccinctus, curtus. Brevibus agere: paucis expedire: curto ſermone includere. Tribus explicare verbis. Nec te longo ſermone morabor. *Ovid. Faſt.* Quæ-

Quæsieram multis: non multis ille moratus Contulit in versus sic sua verba duos. *Plaut.* Verba quàm maximè confer ad compendium. *Idem:* Sermonis operam compendi facere. *Eo scil. modo, quo dicimus lucrifacere. Addo his Martial. apud quem Liber ejus decimus ita Lectorem alloquitur :*

Terque quaterque mihi finitur carmine parvo
Pagina facta tibi, dum cupis esse brevem.
Si nimius videor, seráque coronide longus
Esse Liber; Legito pauca, libellus ero.

LUCTARI.

Luctâ contendere. In fulva luctari arena. Corpora dura exercere palæstra. *Virg* Pars in gramineis exercent membra palæstris, Contendunt ludo, & fulva luctantur arena. *Ovid.* Et jam contulerant arctu luctantia nexu Pectora pectoribus. *Lucan.* Tunc cervix lassata quati, tunc pectore pectus Urgeri, tunc obliquâ percussa labare Crura manu : —rapit arida tellus Sudorem, calido complentur sanguine venæ.

LUCTUS & LUGERE.

Epit. Mœstus, æger, tristis, ămarus, ăcerbus, ătrox, crūdēlis, sævus, mĭsĕr, quĕrŭlus, informis, rĕsŏnans, *&c.* Luctibus indulgere, Luctu squallere, tabescere. Dare animum in luctus: Se in luctum solvere, Luctu vultus condere : hominum consortia vitare, *&c* Luctûs videt omnia plena. Diverso miscentur compita luctu. Motoque immugit regia luctu. *Virg. l. 4. in morte Didonis;* It clamor ad alta Atria. : lamentis gemituque, & femineo ululatu Tecta fremunt : resonat magnis clangoribus æther : NON ALITER, quàm si immissis ruat hostibus omnis Carthago, &c. *Ovid. de sororibus Phaëtontis* : Nec minus Heliades lugent, & inania morti Munera dant lacrymas, & cæsæ pectora palmis Non auditurum miseras Phaëtonta querelas Nocte dieque vocant, asternuntuique sepulchro. *Vide* DOLERE & DOLORIS SIGNA *fol.* 218.

COMPARATIONES:

1. LUGENS *parentem, filios, conjugem,* &c. *Comparari potest cum* PHILOMELA & PROGNE. Item *desfentibus· de quibus vide fol.* 110. *Aut cum* CYGNO *vicinâ jam morte flebiles modos integrante fol.* 105.

2. *Cum* HALCYONIBUS *suum Cejcem suprà fol.* 104. *aut cum sororibus Phaëtontis, fratris sui casum lugentibus, de quibus vide Ovid· 2. Met.*

Sic flevit Clymene, sic & Clymeneides altæ,
Cùm juvenis patriis excidit ictus equis.

3. LUCTUS *ingens & complorantium ululatus comparari potest cum lamentis* TROJANORUM, *urbe jam in ignes considente; aut cum Vrbe qualibet, hoste jam muris potito. Exemplo prait Virg. 4. Æn.*

———— resonat magnis plangoribus æther.
Non aliter, quàm si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros, flammæque furentes
Culmina perque hominum volvantur, perque Deorum.

LUDUS & LUDERE.

Ep. Lætus. gratus, blandus, jucundus. amœnus, *&c.* Ludo noctem *vel* diem ducere. Æquare noctu ludum. Ludo diem terere, perdere, transigere, consumere. Debita Musis tempora ludo dare. Tempora longa ludo fallere. Ludo vacare: Lusibus indulgere, Ludo animum levare jacentem, erigere, recreare, Ludo Musas severas temperare, Ludo corpora, vires, membra exercere Ludo contendere, *&c.*

LUDORUM GENERA,

quorum alii Iuvenibus, alii Pueris olim & nunc usitati;

1. CURRUS. *Hujus specimen habes apud Virg. l. 5.* Hic, qui fortè velint rapido contendere cursu, Invitat pretiis animos & præmia ponit, *&c.* Hæc ubi dicta: locum capiunt, signoque repentè Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt Effusi nimbo similes. Primus abit longeque ante omnia corpora Nisus Emicat, & ventis & fulminis ocyor alis. Proximus huic, *&c.* CURSUI *vicina est* LUCTA *sive* Palæstra, *de qua vide suprà fol. 61. Item fol. 2. 7. inter exercitia Iuventuti olim ad corporis robur frequentata; ad quæ* DISCUS *pertinet.*

2. DISCUS. *Cujus exemplum exstat apud Ovid. l. 10. Met.* Corpora veste levant, & succo pinguis olivæ Splendescunt, latique ineunt certamina disci: Quem priùs aerias libratum Phœbus in auras Misit, & oppositas disjecit pondere nubes. Decidit in solidam longo post tempore terram, Pondus, & exhibuit junctam cum viribus artem. *Prop.* Missile disci pondus in orbe rotare. *Papin.* Aerem disco findere. *Horat.* Disco aerem cedentem petere. *Est autem* Discus *massa ænea aut ferrea, trium circiter digitorum crassitudine, formâque rotunda; quam nunc in sublime, nunc ad metam destinatam jacien-*

tes artis ac simul virium suarum specimen dabant. Hoc genere ludi exanimatus est Hyacinthus, puer Spartanus, cujus miseram sortem adversario suo imprecatur Ovid.

Aëra si misso vacuum jaculabere disco;
Quo puer OEbalides, ictus ab orbe cadas.

3. PILA. *Lucan. ad Pison.* ——— si forte volantem Aut geminasse pilam juvat, aut revocare cadentem, Et non sperato fugientem reddere gestu. *Propert.* Cùm pila veloci fallit per brachia jactu, id est, *inter manus ludentium excidit Horat.* Seu pila velox, Molliter austerum studio fallente laborem, Seu te discus agit. *Ovid.* 3. *Trist.* Otia nunc istic: junctisque ex ordine ludis Cedunt verbosi garrula bella fori: Lusus equo nunc est, levibus nunc luditur armis: Nunc pila, nunc celeri vertitur orbe trochus PILA *Græcis generali nomine* σφαῖρα: *unde* Sphæromachia, *pilæ certamen sive pilaris lusio*: Sphæristæ, *ipsi lusores*: Sphæristerium, *locus, in quo pilæ vacabant. Voces in hoc ludo Latinis usitatæ sunt*; dare & expellere: *deinde* accipere & remittere. *Ludebant autem vel complures ordine certo hinc inde quasi per adversas acies dispositi, quæ Sidonius appellat* contrastantium paria: *vel cum duo solùm, aut etiam plures in orbem stantes, pilam inter se versabant, cavebantque pro se quisque, ne vitio suo aliquando in terram decideret. Prius illud credo esse, quod Varroni dicitur* expulsim ludere: *posterius verò, quod Plauto dicitur* datatim ludere; *Gallis hodie* pilotter: *atque hanc esse* pilam communem, *de qua Ennius:*

——— quasi in choro pila
Ludens, datatim dat se, & communem facit.

Inter Pilæ *genera reperitur &* FOLLIS *sive pila magna coriacea vento inflata, quæ non palmâ, sed brachio; aut, si minor esset, pugno expellebatur Unde Comici jocus in Rud.* Extemplo hercle ego te follem pugillatorium faciam, i. e. *pugnis conteram. Est & pila major* Paganica, *plumis farcta: sic dicta à pagis in quibus frequentior ejus usus. Meminit utriusque Mart. inter exercitia lavationi præmitti solita*:

Non PILA, non FOLLIS, non te PAGANICA thermis
Præparat, aut nudi stipitis ictus hebes.

4. TROCHUS. *Horat.* Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis: Indoctusque pilæ, discive, trochive quiescit. *Id.* Ludere doctior, Seu Græco jubeas trocho, Seu malis vetitâ legibus aleâ *Ovid.* Nunc pila, nunc celeri vertitur orbe trochus. *Propertius*: Increpat & versi clavis adunca trochi, *planè assentior iis, qui trochum à turbine distinguunt: tum*

tum quòd rotæ *fuisse genus ex auctoribus colligatur;* & clavem *sive ansam habuisse*, annulos, *præterea strepitum edentes, ut homines per viam ambulantes sonitu audito longius ab incursu trochi caverent: Tum verò, quia juvenum magis erat, quàm puerorum, & meditationem atque artem requirebat. De* annulis, *autem, quod dixi, habes apud Mart. l. 14.*

Garrulus in laxo cur annulus orbe vagatur?
Cedat ut argutis obvia turba trochis.

5. TURBO *sive* TURBEN. *De quo elegantissimus Virgilii locus l 7.* Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo, Quem pueri magno in gyro vacua atria circum Intenti ludo exercent: ille actus habenâ Curvatis fertur spatiis: stupet inscia turba, Impubesque manus mirata volubile buxum, &c. *Nec minus lepidè Tib. libro* 1. Namque agor, ut per plana citus sola verbere turbo, Quem celer assueta versat ab arte puer. *Vides flagellum, quo turbo versatur, à Virg. nunc* verber *nunc* habenam *vocari*: *tu si vis*, & scuticam & lorum *insuper dicere potes. Ipsum verò turbinem præter Virgilium etiam* buxum *vocavit Persius sat.* 3. *Nempe quòd è buxo fieret.*

Neu quis callidior buxum torquere flagello.

6. NUCES. *Ludus planè puerilis*, *unde* Nuces relinquere, *dictum Latinis pro studiis puerilibus omissis ad graviora magisque seria converti. Ita Pers. sat.* 1.

Tunc, cùm ad canitiem, & nostrum istud vivere triste
Adspexi, & NUCIBUS facimus quæcumque RELICTIS.

CÆTERUM *varia hujus ludi genera pueris nostratibus hodieque usurpata recenset Ouid. libello de nuce: quem, si cui fortassis tanti videbitur, non piget adducere.*

1. Has puer aut certo, rectas diverberat ictu,
Aut pronas digito bisve semelve petit.
2. QUATTUOR in nucibus, non amplius, alea tota est,
Cum sibi suppositis additur una tribus:
Per tabulæ clivum labi jubet alter, & optat,
Tangat, ut è multis quælibet una suam.
3. EST etiam PAR sit numerus, qui dicat, an IMPAR:
Ut divinatas auferat augur opes.
4. Vas quoque sæpe cavum spatio distante locatur,
In quod missa levi Nux cadat una manu.

LUDI

LUDI REMISSIORES.
five
Ad nullum corporis exercitium adhibiti:

I. LATRUNCULI.

Mart.l 14. Insidiosorum si ludis bella latronum Gemmeus iste tibi miles, hic hostis erit. *Ovid.* Cautaque non stultè latronum prælia ludat :| Unus cùm gemino miles ab hoste perit. *Lucan.* Callidiore modo tabula variatur aperta CALCULUS, & vitreo peraguntur MILITE bella : Ut niveus nigros, ut nunc niger alliget albos. *Peragebatur hic ludus calculis discoloribus: nempe albis & nigris, vel, candidis & rubeis. Materia olim videtur fuisse è lapide pellucido, nā auctoribus nunc* gemmei, *nunc* vitrei *dicuntur.* LATRUNCULI *dicti, quod milites turmatim dispositos referrent* (*Nam milites olim conductitii seu Principum stipatores* Latrones *dicebantur, quod Principi ad latera semper essent, quasi* Laterones.) *Italis dicuntur hodie* Scacchi, *quod refert antiquum* Calculi *vel* Scalculi, *ut vult Scaliger. Mihi videtur à Longobardis, Germanicâ gente, hanc vocem, ut multas alias, in Italicam linguam irrepsisse. Est autem Belgo-germanis* Schaken *idem, quod latrocinari: &* Scakers, *Latrones. Vidas initio pœmatis de hoc Ludo.*

Laudimus effigiem belli, simulataque veris
Prælia, buxo acies fictas, & ludicra regna.
Ut gemini inter se Reges ALBUSQUE, NIGERQUE
Pro laude oppositi certent bicoloribus armis

2. ALIA.

Epit. Fallax, incerta, anceps, dubia, damnosa, blanda, quia spe lucri allicit: *Præceps*, quia multos fortunis suis devolvit. *Horat.* Quem damnosa Venus, quem præceps alea nudat. *Ovid. de se se*: Nam neque me vinum, nec me tenet alea fallax. *Id.* Nec tenet incertas alea blanda manus. *Iuven.* Si damnosa senem juvet alea, ludet & hæres Bullatus, paruoque eadem movet arma fritillo *Ovid.* ——— —talorum dicere jactus Ut sciat, & vires, tessera missa, tuas.

ALEA *Græcis* κύβος, *Latinis aliter* Tessera, *sex habebat latera, suis, ut modo, punctis distincta.* TALUS *ad formam talorum* (*quos Belgæ appellant* Pickel-steenen) *ex ebore, argento, aliave materia efformatus, latera habebat quatuor. Iam verò Talis ludebant quatuor; Tesseris tribus. In talorum jactu varius eorum situs notabatur, in Tesseris, puncta sive numeri. Mitte-*

cant

bant autem & has & illos in Tabulam *sive* alveum *per vasculum quoddam quod Latinis à fritinnienti sonitu* fritillus *dicebatur, Græcis* Πύργος *à pyrgi sive* turriculæ *forma*) *ad evitandam mittentis fraudem Hinc intelliges locum Horatii sat. 7. lib. 2. de insigni aleatore, qui cum manus impeditas chiragrâ haberet;*—qui pro se tolleret, atque mitteret in pyrgum talos, mercede diurnâ Conductum pavit. *Vnde ipsa* TURRICULA *apud Martialem lib. 14.*

Quæ scit compositos manus improba mittere talos,
Si per me misit, nil nisi vota facit.

Iactus felix Talorum aut Tesserarum generatim Venereus *dicebatur, fortassis quòd Veneris sidus inter amica Astronomi numerant: Idem Plauto* basilicus *dicitur, sive regius, quòd is Regem sive magistrum convivii designaret. Signatè verò felix erat jactus, cùm talus vel tessera Senarium numerum efficeret, qui* Senio *dictus: infelix, quando unum tantùm numerabat; qui* Unio *dictus, & Græcis* ὄνος *sive Asinus; Belgis hodieque* Esels; *Latinis aliter* Vulturius, & Canis *ab animalibus rapacibus & infausti ominis. Mart.* SENIO nec nostrum cùm CANE quassatebur. *Ovid. 2. Trist.*

Quid valeant tali, quo possis plurima jactu
Figere, DAMNOSOS effugiasque CANES.

3. TALI PUERORUM.

Diversi à talis jam memoratis fuerunt Tali, *quibus olim pueri ludebant, ut apud nos hodie puellæ illi, artificiales erant; hi naturales, ossa nempe è posteriori quadrupedum crure, quæ Græcis* Astragali, *unde* Astragalismus, *talorum usus Horat. lib. 2. sat. 3. cum* nucibus *jungit, atque inter puerilia oblectamenta.*

—postquam te talos, Aule, nucesque
Ferre sinu laxo, donare, & ludere vidi.

LUDI *sive* SPECTACULA.

Ep. Sólemnes, festi, célebres, *&c.* Ludos celebrare, instituere. Ludos *vel* Spectacula dare, edere, exhibere. Diem ludis celebrare *Mart.* Publica viderunt læti spectacula cives. *Ovid.* Spectatum veniunt, veniunt, spectentur ut ipsæ, *Id. de ludis magnis sive Megalesiis.* Scena sonat, lituique vocant spectare Quiritis, Et fora marte suo litigiosa vacent. *Id.* Instituit sacros celebri certamine ludos. *Id. de ludis Martis Bis. Vltoris*: Solennes ludos Circi celebrare Quirites: Non visa est fortem scena decere Deum. LUDI *apud Romanos alii erant* scenici, *qui in Theatris ad id constructis fiebant: alii* Gladia-

diatorii, *qui in Amphitheatro; alii* Circeniis, *qui in Circo curuli certamine exhibebantur. Ouid.*

Scena viget, ſtudiiſque favor diſcordibus ardet;
Cumque tribus reſonant terna theatra foris.

LUMEN,

ATQUE HUC SPECTANTIA.

Lux *Ep.* Clāra, rŭtila, rŭtilans, rădians, cŏruſca, candĭda, nitens, aurea, ignea, dĕcōra, grāta, jūcunda, nĭtida, fulgĭda, fulgens, *&c.* Rūbens, purpŭrea, crŏcea, ſīdĕrea, Phœbēja, *&c* Lucis nitor. Luminis decor. Igneus candor. Lucidus nitor, Fulgor auricomus. Fulgor lucis. Flammis & luce coruſcā. Tremulus ſplendor. Nitido ſplendore coruſcat. *Lux. Lumen Fulgor Splendor*

Jubar *propriè eſt ſplendor ſolis aliorumve ſiderum: ſed transfertur ſapiſſime ad cujuscunque alterius rei ſplendorem, ut auri, argenti, gemmarum; forma pulchritudinem,* &c. *Sen.* Non ite vultus flammeum intendus jubar. *Claud.* Arcanum radiant oculi jubar, igneus ora Cingit honos. *Virg.* Clarum emicuit Sole oriente jubar. *Sil* — Flammam ingentem frons alta vomebat. *Vide* Astra *fol.* 79. *Iubar. Flamma.*

Radius. *Ep.* Clārus, fulgens, ardens, mĭcans, cŏruſcus, ăcūtus, ignitus, illuſtris, flammĭfĕr, *&c.* Radiorum lux, Radiorum ſplendor, fulgor. Radios ejicere, proijcere, emittere, jacere, vibrare, ſpargere, *&c.*

Lucere

Lucem dare, fundere, jacere, diſpergere, ſub nubila jactare. Luce coruſcare, renidere, *&c.* Lumine radiare. Clara in luce refulgere Luce latè loca implere. Lucem ad ſidera remittere. *Ouid.* Poſitæque ex ordine gemmæ Clara repercuſſo reddebant lumina Phœbo. Radiis micare, luce fulgurare, ardere, lumen vibrare, ſpargere, vomere, *&c* Solem *vel* ſidera ſplendore vincere, ſuperare, &c. *Horat.* Micat inter omnes Julium ſidus, velut inter ignes Luna minores. *Ouid Ep.* 17. *ad Lunam.* Quantum, cùm radiis fulges argentea puris, Concedunt flammis ſidera cūncta tuis, *Idem Metam.* ——taliſq; apparuit illi: Qualis ubi oppoſitas nitidiſſimā ſolis imago Evicit nubes, nullaque obſtante reluxit. *micare Radiare. Nitere Fulgere, Splendere. Coruſcare.*

Illuminare.

Lumine replere, perfundere. Luce domum ſerenare. Lumen præbere, ſuppeditare, *&c.* Dant clara incendia lucem. Lucem latè loca flammis: collucent flammæ; lucem ad ſidera jactant. Crebris collucent ignibus agri.

Faci-

Facibus *vel* lychnis noctem vincere, tenebras frangere, pellere, superare. *Papin.* Ast alii tenebras & opacam vincere noctem Aggressi, tendunt auratis vincula lychnis *Ovid.*— Ignibus atria fumant. —Rutilis collucent ignibus ædes. *Lucret* —— ——pingues multâ caligine tedæ Suppeditare novum lumen, tremere ignibus instant. *Vide infra* LUMINA.

LUMINA *sive* LUMINARIA.

Lampas. 1. FAX. *Epit.* Lūcĭda, lūcens, ignea, flammea, flagrans, ardens, fervĭda, flammĭvŏma, rŭtĭla, cŏrusca, trĕmŭla, fūmĭda, multĭfĭda, nocturna Flammas *vel* fumum vomens. Igne corusco lucens, micans. Noctem illustrans. Fulgenti lumina ferre face. *Virg.* —rapuêre faces, lucet viô longo Ordine flammarum, & latè discriminat agros. *Catull.* Viden, ut faces splendidas quatiunt comas? *Ovid. Ep* 12. *de face nuptiali:* ——accenso lampades igne micant. *Lucret. de signis seu simulacris*: Lampadas igniferas manibus retinentia dextris, Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur *Ovid. Met.*— ——pinguesque ardere videntur Lampades, & rutilis collucere ignibus ædes. Pingues tædæ. Flammifera pinus. *Catull* Pinea teda. *Ovid Ep.* 12 .—ignotis ignibus arsi, Ardet ut ad magnos pinea tæda Deos, *Idem*: Uror, ut inductæ ceratæ sulphure tedæ. *Virg.* Piceum fert fumida lumen teda, *Ovid.* 4. *Fast.* —unctas accendite tedas. *Sen. Med. ad Hymenæum*: Multifidam jam tempus erat succendere pinum. FACES *Antiquorum, erant pingulum arborum sive resinæ feracium; ramalia, quæ superiore parte in longum minutis virgulis, instar spicarum, incidebant : ut facilius ardorem conciperent. Vnde* pinus *Seneca* multifida, *& apud Virg* 1. *Georg.* inspicare faces, *quod Eclogâ* 8 *dixerat*, incidere faces. *Inter arbores resiniferas ac facibus aptas præcipuæ erant* Teda *&* Pinus: *à quibus Ceres* tedifera *dicta, quòd facibus accensis Proserpinam abductam quæsisset, unde & in ejus sacris discurrebant faces ardentes manibus gestentes* Ovid. 4. *Fast.*

Illic accendit geminas pro lampade pinus:
Hinc Cereris sacris nunc quoque teda datur.

2. LUCERNA *Epit.* Pinguis, ignĭfĕra, cŏrusca, flammĭvŏma, clāra, trĕmŭla, rŭtĭlans, ardens, *&c.* Tremulâ luce coruscans. Fumum vomens: Noctem eripiens: Tenebras vincens, *&c.* Pendentes lychni. Tectoque superrè pendentes *Lychnus* lychni spiris retinentur ahenis. Laxis vaga lumine nutant funibus. *Iuven.* Dispositæ pinguem nebulam vomuêre lucer-

cernæ. Accensis lucernis atria hilarare, noctem fugare, &c. *Prud.* Pendent mobilibus lumina funibus, Quæ suffixa micant per laquearia; Et de languidulis fota natalibus Lucem perspicuo flamma jacit vitro. *Virg* Dependent lychni laquearibus aureis Incensi *Olim maximus in conviviis* Lucernarum *pensilium usus, quod ea veteribus noctu celebrari solita. Unde* Lucerna πολύμυξος, i. e. *pluribus elychniis lumen diffundens, apud Mart l.* 14.

Illustrem cùm tota meis convivia flammis.
Totque geram myxos: UNA Lucerna vocor.

3. FUNALIA. *Claud.* 1. *Nupt.* ——alii funalibus ordine structis Plurima venturæ suspendite lumina nocti. *Virg.* 1. *Æn* —noctem flammis funalia vincunt *Sunt* Funalia *faces ex contortis funiculis, pice aut cerâ oblita; ut quibusdam placet: vel lychnuchi trabales funibus de cœnaculi fornice dependentes. Quod indicare videtur* Ov. 12 *Met. in Lapitharum pugna*:

Lampadibus densum rapuit funale coruscis:
Elatumque altè
Illisit fronti Lapithæ Celadontis———

4. CEREUS. *Mart. l.* 14. Hic tibi nocturnus præstabit cereus ignes; Subducta est puero namq; lucerna tuo. *Candelabrum apud eund.* Nomina candelæ nobis antiqua dederunt: Non norat parcos uncta lucerna Patres. *Iuv.* Me quem Luna solet deducere; vel breve lumen Candelæ, cujus dispenso & tempero filum. *Arguté pauperem & è media plebe hominem designat; quippe cui nulla Lampas aut Lucerna præferatur, sed exigui luminis candela, eaque ingenti curâ observata, ne liberius evagante funiculo protinus absumatur.* NOTA *verò* Candelam *Cereo viliorem esse, & priscis illis Romanis ac frugalibus usitatam: in cujus demum locum, unà scilicet cum imperio crescente luxu: successit* lucerna *: quæ largâ & ampliore flammâ lumen diffundebat. Quod inter cætera colligi potest ex Martial, facetissimo loco l.* 14. *de* CANDELABRO LIGNEO: Candela

Esse videns lignum: serves nisi lumina; fiet
De CANDELABRO magna LUCERNA tibi.

5. LATERNA. *Mart. l.* 14. Dux laterna viæ, clausis feror aurea flammis; Et tuta est gremio parva lucerna meo. Laterna cornea: cornibus apta cavis: tereti perlucida viro. *Està olim è cornu fieri solitam, apparet ex Plauti joco in Amphitryone*:

Quò ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris?

LUNA.

Epit. Menstrua, bicornis, vaga, errans, noctivaga, roscida, silens,

silens, tăcĭta, alta, pūra, nĭtĭda, rădians, mĭcans, lūcĭda, aurea, argentea, candĭda, pallida, &c. Mēstrua diva. Dea noctivaga. Siderum regina bicornis Soror pulcherrima Phœbi. Nitidi soror æmula Phœbi: fratris de lumine lucens. Nativa luce carens. Rutilantia, micantia, fulgentia Lunæ cornua. Lunæ vultus, jubar, facies. Lunæ currus, radii, orbita. Lunæ globus, orbis, ignis lumina. Lampas lunaris. Instabili varians sua cornua motu. Quam nunc in cornua primùm Surgere, nunc plenam tumido splendescere vultu Cernimus, &c. Tacitæ moderatrix Cynthia noctis. Nec nova crescendo reparabat cornua Phœbe. Phœbe noctibus imperans. *Sen.* Sororq; fratri semper occurrens tuo, noctivaga Phœbe, —cornu præsignis adunco Delia. Nocturna Diana. *Ovid.* 15. *Met.* Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ. Esse potest unquam, &c. Latonæ filia *Ovid.* 5 *Met.* Astrorum decus, & nemorum Latonia custos. Quoties Latonia cœlo exoritur. *Tib.* Candor erat, qualem præfert Latonia Luna. *Senec. Med.* Video Triviæ currus agiles. Non quos pleno lucida vultu pernox agitat. *Idem.* Solis ad primos Hecate vapores Lassa nocturnæ levat ora bigæ. *Idem Hipp.* Aut te stellifero dispiciens polo, Sidus post veteres Arcades editum *Quâ phrasi Lunam describit. Nam Arcades olim ante Lunam extitisse crediti sunt, atque hinc* προσέληνοι *sive* Antelunares *dicti: propter observatum ante omnes Lunæ cursum. Quo etiam nomine se ipsi jactabant: ut in Fast. inducat Ovidius:*

Orta prior Lunâ (de se si creditur ipsi)
A magno tellus Arcade nomen habet.

Nox erat, & cœlo splendebat Luna sereno. *Virg.* —almaque curru Noctivago Phœbe medium pulsabat Olympum. Jam tacito Dictynna polo rorantes agitabat equos. *Ovid.* Lunaque nocturnos alta regebat equos. *Papin. lib* 8. Sed vesper opacus Lunares jam ducit equos. *Ex quibus patet Lunæ suum etiam currum tribui, quo per cœlum vehitur: Cui Tyrones duos tantùm equos subjungere discant, ne à recepto inter poëtas more abeant, qui Lunæ bigas assignant, sicut soli quadrigas Manil.*

Quadrijugis ut Phœbus equis, & Delia bigis.

Lunæ ECLIPSIS.

Cùm Luna densis tegit ora tenebris: velato latet abdita vultu: obscuris laborat equis: terrarum subitâ expalluit umbrâ Cum Lunæ obscurior orbis Palluit. Lunæ splendor tenebris caliginis atræ obruitur. Luna mœsto tecta dolet vultu. *Claud.* Orba sui fratris, noctisque immersa tenebris

Cu

Margin notes: *Cynthia.* *Phœbe.* *Delia.* *Diana.* *Latonia.* *Latoia.* *Trivia.* *Hecate.*

Cùm Phœbum adversis currentem non videt astris. *Accidit enim Eclipsis Lunæ, quoties ipsa soli, terra mediante, ex diametro (quod ajunt) opponitur: sive, ut idem ait Claudianus:*

Cum medius Phœbi radios intercipit orbis.

Ovid — Cantatis Luna laborat equis *Claud.* — Nec credunt fraudatam sole sororem, Telluris subeunte globo: Verū Thessalidas propriis Lunare venenis. Incestare iubar. *Sen. Hipp.* At nos solliciti lumine turbido, Tractam Thessalicis carminibus rati, tinnitus dedimus, id est, *area cymbala pulsavimus, ne scilicet magica incantatio à Luna exauriretur. Existimabant enim veteres in Lunæ defectu, illam à sagis incantari, ac cœlo deripi, nisi æris pulsati sonitu adjuvaretur. Tib.*

Cantus & è curru Lunam deducere tentat:
Et faceret, si non æra repulsa sonent.

LUNÆ INSTABILITAS
sive
TRES EJUS FACIES.

1. LUNA CRESCENS. Cornua *vel* orbem resumens, reparans, rènovans, &c *Ovid.* 1. *Met.* Nec nova crescendo reparabat cornua Phœbe. *Idem*: Luna resumebat decimo nova cornua motu. *Horat.* 4. *Carm de vitulo corniculante*: Fronte curvatos imitatus ignes Tertium Lunæ referentis ortum. *Virg.* 1. *Georg* Luna revertentes cùm primum colligit ignes. *Claud.* ——Lunâ nuper nascente profectus, Antè redis, quàm plena fuit, *&c.*

2. LUNA PLENA. Orbem *vel* cornua complens, implens, explens. Orbe pleno micans Cornua jungens: orbem junctis *vel* coactis cornibus implens, &c. *Senec Hippolyt.* Clarior quanto micat o be pleno. Cùm suos ignes coëunte cornu Junxit, & curru properante pernox Exerit vultum rubicunda Phœbe *Idem OEd* Lunaque demissos dum plena recolliget ignes *Virg* 2. *Æneid.* ———— quà se Plena per insertas fundebat Luna fenestras. *Ovid.* Luna quater plenis implérat cornibus orbem. *&c.*

3. LUNA DECRESCENS Deficiens, lumina perdens, tenuans Orbem contrahens, angustans, &c. *Horat.* 2. *Carm.* Novæque pergunt interire Lunæ: *post quam nempe è novis in plenum orbem excreverunt. Nam* Luna, *cùm plena fuerit, paullatim lucem deperdit, atque in dies se ipsa minor minorq; evadit: donec de novo se rursus recolligens paullatim amissam lucem recuperat, seque ipsa major ac major evadit, usquedum iterum plena fuerit. Atq; hoc modo mutatur perpetuò in aliam ex alia formam transit Quæ omnia tribus versibus usque pulcherrimis complectitur Ovidius Met. l. 15.* Aa 2 Nec

Nec par, aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Esse potest usquam: semperque hodierna sequente,
Si crescit, minor est, major, si contrahit orbem.

LUXUS.

Epit Mollis, iners, deses, fluens, effusus, insanus, malus, turpis, *&c.* splendidus, regificus, ingens, *&c.* Dissuasor honesti luxus, Populator opum. Luxus luxuque malo conjuncta voluptas. *Iuven.* Prima peregrinos obscœna pecunia mores Intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu Divitiæ molles Luxu diffluere, solvi Luxu opes perdere, dissipare: animum corrumpere, &c. *Sumitur autē luxus sicut & Luxuria, non solùm pro libidine, verùm etiam, imò maximè pro omni profusione & sumptu in cibo, vestitu, denique omni genere voluptatum.*

Luxuries. Blanda pestis, Orbi imperans. Homines mente deturbans. Virtuti inimica. *Sen.* Luxuria victrix orbis immensas opes Jam pridem avaris manibus, ut perdat, rapit. Illecebris prædita mollitie fluens marcida deliciis. *Prud. Psychom* Delibura comas, oculis vaga, languida voce. Perdita delitiis, vitæ cui caussa voluptas. *Descripsit eam suprà reliquos, & suis coloribus depinxit Claud. in hoc genere scripti nunquam non dives & abundans l. 2. laud. Stil.*

———————nec te jucundâ fronte fefellit
Luxuries; prædulce malum: quæ dedita semper
Corporis arbitriis, hebetat caligine sensus;
Membraque Circæis effeminat actius herbis.
Blanda quidem vultu, sed quâ non tetrior ulla
Interius: fucata genas, & amicta dolosis
Illecebris, torvos auro circumligat hydros.

M.

MACIES.

Epit. Turpis, deformis, informis, ægra, horrida, jejuna, decolor, pallida, pallens, *&c.* Cutem adducens, artus consumens, duro languore artus attenuans. *Ov.* Auxerat articulos macies, genuumq; tumebat Orbis, & immodico prodibant tubere tali. Macie tenuatus, attenuatus. Macie deformis, peresus, turpatus. Vix habens tenuem, quæ tegat ossa cutem. *Ov.* Fugerat ore color, macies adduxerat artus. Concidimus macie, color est sine sanguine. Macies turpis membra depasta est: genas occupavit: exedit lacertos. *Sil.* ——— jam lumina retrò Exesis fugêre genis: jam lurida solâ Tecta cute, & venis malè juncta trementibus ossa Exstant consum-

ſumptis viſu deformia membris. *Tib.* Effice, ne macies pallentes occupet artus, Neu notet informis pallida membra color. *Ovid.* Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſent: *nempe inſtar cornu ſicca & pellucens: qualem* laternæ *comparat Plautus in Aulularia de Agno curione*:

Qui oſſa atque pellis totus eſt, ita curâ macet
Quin exta inſpicere in Sole etiam vivo licet
Ita is pellucet, quaſi laterna Punica.

MACULA.

Ep. Immunda, turpis, ātra, nigra, impūra, fœda. Sordida labes. Labe fœdare, turpare, deformare. Sordib⁹, cœno aſpergere, fœdare, inquinare. Se *vel* manus ſuas commaculare, coinquinare, polluere, inficere. Sanguine pias ſcelerare manus, ſcelere temerare, contemerare, &c. *Vide infrà* SORDES. *Labes.*

Maculas tollere.

Labem eximere, fugare. *Ovid* Turpes ore fugare notas. *Id.* Hanc cole, qui maculas læſi, de veſtibus aufers. Manus cæde infectas abluere, undâ abluere, purgare, piare, expiare. *Æneas apud Virg. l. 2. Sanguine cæſorum inquinatus*: Tu genitor cape ſacra manu, patrioſque Penates: Me bello è tanto digreſſum & cæde recenti Attrectare nefas, donec me flumine vivo abluero, *planè ex Veterum religione, quibus uſitatum cæde factâ manus abluere aquâ vivâ, præcipuè ſi Sacra attrectanda: quòd illâ ſcelera omnia luſtrari atque expiari crederent. Quam religionem ridet Ovid. in Faſt.*

Ah! nimium faciles, qui triſtia crimina cædis
Fluminea tolli poſſe putatis aquâ.

MAGISTER.

Epit. Doctus, prōvĭdus, ſēdŭlus, *&c* Rĭgĭdus, aſper, dūrus, *&c.* Vagæ, juventæ, impubis turbæ moderator, rector. Teneram pubem erudiens, præceptis imbuens, non ſinens eſſe rudem. Præcepta inſtillans teneræ coronæ: Os pueri tenerem balbumq; figurans. *V. ſuprà* DOCERE *fol.* 217 *Hor.* — Pueris dant cruſtula blandi Doctores, elementa velint ut diſcere prima. *Ovid. Amorem alloquens*: Dum damus arma tibi, dum te laſcive docemus; Hac te diſcipulo dona magiſter habet —— ſtultus quoque carmina feci, Artibus ut poſſes non rudis eſſe meis. *Perſ. ſat.* 5. Me tibi ſuppoſui; teneros tu ſuſcipis annos Socratico, Cornute, ſinu. *Ibid.* Tunc premitur ratione animus, vinciq; laborat Artificemq; tuo ducit ſub pollice vultum, i.e. *præceptis tuis informatur: ſive inſtar ceræ manu tua fingitur, ducta à figulis ſive plaſtis Metaphorâ, cui, & luven. inſiſtit, loquens de eadem re ſat.* 7. *Præceptor. Doctor. Rector. Monitor*

 Exi-

Exigite, ut mores tenero seu pollice ducat,
Ut si quis cera vultum facit———

MAGNES.

Decolor saxum, ferrum ducens: lapis ferro amicus. Nigri miracula saxi. *Claud.* Lapis est cognomine magnes, Decolor, obscurus: Ex ferro meruit vitam, ferrique rigore Vescitur, has dulces epulas hæc pabula novit. Hinc proprias renovat vires, hinc fusa per artus aspera secretum servant alimenta vigorem: Hoc absente perit, *&c.*

MAGNUS.

Grandis Ingens. Vastus, immanis, immensus. Non parvus: non exiguus. Clamorem immensum, molem immensam, immane saxum tollere. *Virg* Immensam Calchas attollere molem Imperat. Immanesque columnas rupibus excidunt. ———vastosque ab rupe Cyclopas. Vastâ se mole moventem Pastorem Polyphemum. *Hor.* Minaci Porphyrion statu. *Vide* GIGAS *fol.* 274. EXCELSUS *fol.* 236.

MAJESTAS.

Ep. Celsa, sublimis, grăvis, vĕnĕranda, impĕriōsa, augusta, *&c.* Oris honos, dignitas, Morum gravitas. *Ov.* Sedibus altis Augustâ gravitate sedent. *Sen. de Plut.* Dira majestas Deo, Frons torva, fratrum quæ tamen specimen gerat gentisque tantæ. Majestas regali turgida fastu. Insuetos terrens oculos: splendore animos percellens, &c. *V.* GRAVITAS MORUM *fol.* 278.

MANIFESTARE.

Aperire Revelare. Prodere Indicare: indicium facere. Arcanum retegere, prodere, revelare, resolvere. *Ovid.* Mentitaque sacra revelat. In lucem trahere: Luce palàm ostendere. Tum verò manifesta fides, Danaumque patescunt Insidiæ. Causas & signa docere. Voce prodere: expedire dictis, pandere, docere Rem ordine promere. Pandere res tenebris atque alta caligine mersas: manifesta in luce ponere: latebris educere, &c. *Vide plura* NARRARE.

MALUM.

Ep. Triste, dūrum, ingens, dirum, fĕrāle, fătāle, *&c.* Malorum turba. Series immensa laborum, malorum cumulus. Duri labores. Mala vel hosti lacrymas motura: hostibus ipsis miseranda. Quis talia fando temperet à lacrymis? *Ov* Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent. *Prop.* Illi post mortem fiant mala multa puellæ. *Sen.* O mea nullis æquan-

da

da malis fortuna! *Id.* — malorum maximum hunc cumulum reor. *Cic.* Moles molestiarum. *Plaut.* Montes mali. *Mali impendentis elegans est Allegoria apud Plautum in Epidico*:

Epidice, nisi quid intere auxilii est, absumptus es.
Tantæ in te impendent ruinæ, nisi suffulcis fortiter
Non potes subsistere. Itaque in te irruent montes mali.

MALEDICERE.

Convicia alicui facere. Dicere opprobria. Aliquem probris *vel* maledictis incessere. *Ovid.* Quid queror? & toto facio convicia cælo? *Id.* Quàm sæpe, ut tardis, feci convicia remis. *Prop.* Quæ mulier rabidâ jactat convicia linguâ. *Id.* Vocis & insanæ tot maledicta tuæ. *Ovid. de Ranis*: —nunc quoq; turpes Litibus exercent linguas, pulsoq; pudore, Quāvis sit sub aqua, sub aqua maledicere tentant. *Phaëton apud eund.*—pudet hæc opprobria nobis Et dici potuisse, & non potuisse refelli. *Id* Neve in me stolidæ convicia fundere linguæ. *Id.* Addidit obscœnis convicia rustica dictis. *Vide* DENS CALUMNIÆ *fol.* 192. INJURIA AFFICERE *fol.* 325.

MARE.

Ep. Vēlivŏlum, rĕfluum, undōsum, undĭsŏnum, indŏmĭtum, fluctĭvăgum, ventōsum, procellōsum, spūmeum, spūmans, lĭquĭdum, vitreum, hūmĭdum, salsum, cærŭleum, prŏfundum, altum, dūrum, sævum, *&c.* Văgum, vastum, lātum, immensum, sĭnuōsum, effūsum, longum, *&c.* Infidum, incertum, dŭbium, naufrăgum, ăvĭdum, ăvārum, *&c.* Latè effusum: Orbem cingens. Magnas obeuntia terras Æquora: *Æquor.* medias cingentia terras. *Ovid.* 1. *Met.* Tum freta diffudit, rapidiq; tumescere ventis Jussit, & ambitæ circumdare littora terræ. *Fretum.* Æquoris unda: æquoreæ aquæ. Salsæ undæ. Aquarum *Gurges.* vastus gurges Liquidarū Campus aquarum. Pelagus patens. *Pelagus.* Pelagi jacentis area. Vastum maris æquor. Vada cærula Neptunia arva. Nerei vada. Tethyos undæ, regnum, aula, sinus. Oceani unda, æquora. Maxima Nerei stagna. Neptuni gurges. Fluctus marini. Alta pelagi Lati stagna profundi, *&c.*

Virg Secant spumantem pectore pontum. Vasti gens humida ponti. *Papin.* Hiberno deprênsus navita pontô. *Pontus.*

Virg. Postquam altum tenuêre rates; nec jam amplius ullæ Apparent terræ: cælum undique & undique pontus Multum ille & terris jactatus & alto. *Ovid.* Jactor in indomito brumali luce profundo. *Sil.* Insula fluctisono circumvallata profundo. *Altum. Profundum.*

Virgilius libro 12. Fluctu spumabant cærula cano. *Idem* *Cærula.*

dem 3. *Æn.* At nixi torquent spumas, & cærula verrunt.

Sal. Salum. *Cat.* —— Tremuli salis undæ. *Virg.* 1. *Æn.* Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant. *Id. lib.* 2. Fit sonitus spumante salo *Prop.* —— Ægæo ducere vela salo.

Marmor. *Virg.* 1. *Georg* — Infidum remis impellere marmor. *Imitatione, ut volunt, Græcorum: quibus μαρμαρον dicitur, quidquid* nitidum, candidum, fulgidum, læve, *quæ fere undis omnia conveniunt, quas & propterea* marmoreas *dixerunt. Virg. l.* 6.

Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.

Oceanus. Amphitrite. Nereus Thetis & Thetys. USITATISSIMUM *verò poëtis Deos marinos metonimicos pro ipso mari ponere. Exempla passim occurrunt: visum hic tamen quædam subjicere. Virg.* 1 *Æn* Cur tantum Oceano properent se tingere soles Hiberni *Ovid* 1. *Met.* — Nec brachia longo, margine terrarũ porrexerat Amphitrite *Tib. de Vlysse*: Vexit & Æolios placidum per Nerea ventos. *Ovid* Quà latum Nereus cærulus ambit humum. *Virg. Ecl* 4. Et tentare Thetin ratibus. *Luc. l.* 1. Tethyos unda vagæ lunaribus æstuat horis *Æstum maris describit, sive fluxum & refluxum, cujus caussam plerique ad* Lunam *referunt. Inter quos Sil. Italic. l.* 3.

——— —pelagique labores
LUNA movet, Luna immissis per cærula bigis
Fertque, refertque fretum: sequiturque reciproca Tethys.

MARE TRANQUILLUM.

Ep. Plăcĭdum, strātum, quiētum, tăcĭtum, sĭlens, tūtum, jăcens, *&c.* Pax alta maris. Jacens sine murmure Pontus. Jam posito Boreâ, pacemque tenentibus Austris. Æquora nullis concita ventis: nullis fluctibus turgida, tumentia. Æquora lenta jacent, alto torpore ligata: stratis æqualiter undis. *Virg.* Cum placidum ventis staret mare: Sæva quiērant æquora: Pelagi cecidit fragor. Subsidunt undæ: sternitur æquor aquis fugiunt vasto æthere nimbi. *Ov. Ep.* Jam venti ponent, strataque æqualiter undâ Cæruleus Triton per mare curret equis. *Venti* ponere *dicuntur, cùm flatus suos tanquam iram vel rabien deponunt, i.e. vires suas sensim remittunt. Vt ille apud Luc. l.* 5.

Ac primum levior propellere lintea ventus
Incipit, exiguumque tument; mox reddita malo
In mediam cecidêre ratem: terrâque relictâ
Non valet ipsa sequi puppes, quæ vexerat, aura.

MARE TURBATUM.

Ep. Turbĭdum, īrātum, concĭtum, tŭmĭdum, tŭmĕfactum, trŭcŭlentum, aspĕrum, trux, horrĭdum, commōtum, ăgĭtātum, insānum, infestum, raucum, horrĭsŏnum, hĭbernum.

mĭ-

minax, stridens, *&c.* Mare ventis agitatum: tumidis albens fluctibus. Ventis tumens, surgentibus horridum procellis: volvens ad littora ingentes fluctus. Infesta pelagi rabies. Ira maris. Fervent spirantibus æquora ventis: Montes tolluntur aquarum: exultant vada, atq; æstu miscentur arenæ Turgida vesani furit ira freti. Vento resistit æstus, & ventus retro Æstû revolvit: non capit sese mare. Turgida vesani cùm furit ira freti: Crescentia surgunt Æquora, Neptuni valido concussa tridente. *Dido apud Ov.* Aut mare, quale vides agitari nunc quoque ventis: Quò tamen adversis fluctibus ire paras. Quò fugis? obstat hiems: Aspice, ut eversas concitet Eurus aquas. *Ead. apud Virg. Æn* Quin etiam hiberno moliris sidere classem, Et mediis properas Aquilonibus ire per altum. *V.* TEMPESTAS.

Maris FLUCTUS.

Ep Horrisŏnus, ingens, tŭmĭdus, tŭmens, vastus, spŭmans, cānus, nĭgĕr, cæruleus, trux, sævus, rapĭdus, raucus, mĭnax, *&c.* Insano murmure stridens, resonans: Littora frangens, feriens, tundens, pulsans Torta vertigine fluctus, Sinuoso vortice involvens navemq; virosque. Longo per multa volumina tractu unda minax. Unda tumens: cumulus aquarum. Præruptus aquæ mons. Agmen aquarum, turbine confusum piceo & ingruante procella *Virg l* 1. Insequitur cumulo præruptus aquæ mons: Hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens Terrā inter fluctus aperit. *Ovid.* 1. *Trist El* 2. Me miserum! quanti montes volvuntur aquarum! Jam jam tacturos sidera summa putes. Assiliunt fluctus, imoque à gurgite pontus vertitur: Inque modum tumuli concava surgit aqua. Pulsant celsi latera ardua fluctus. *Id.* Fluctibus erigitur, cælumque æquare videtur Pontus, & inductas aspergine tangere nubes. *Ov.* 1. *Tr. Eleg.* 3. Monte nec inferior proræ puppique recurvæ Insilit, & pictos verberat unda Deos *Sen. Agam. de navibus tempestate agitatis.* Hæc onere fidit: illa convulsum latus summittit undis: fluctus hanc decimus tegit. FLUCTUS DECIMUS *sive* DECUMANUS (*quem tacito nomine designat Virgil. supra allatus*) *Latinis dicitur, qui est omnium maximus à* Denarii *scil* numeri *perfectione, ad quem ubi perventum est, progrediendi finem facimus, atque ad numerandi principium sive Unitatem revolvimur Vide verò, quam scitâ periphrasi hunc* fluctum *descripserit Ovidius l.* 1. *Trist. El.* 3.

Qui venit hic fluctus, fluctus supereminet omnes.
Posterior NONO est, UNDECIMOQUE prior.

Maris LITTUS.

Epit. Raucum, spūmōsum, spūmans, sĭnuōsum, curvum, procurvum, saxōsum, sŏnōrum, fluctĭfrăgum, ărēnōsum, bibŭlum, tūtum, optātum, *&c.* Littora fluctibus sonantia, percussa, pulsata. Fluctus *vel* spumas saxis oppositis, objectis scopulis frangens. Algâ respersum. *Ov.*—Scopulos fruticosaque littora calco. *Pap. l.* 11.—ceu gurgite cano Nunc retegit bibulam, nunc obruit æstus arenam. *Hor.*——cras foliis nemus Multis, & algâ littus inutili Demissa tempestas ab Euro sternet. *Virg. de fluctibus scopulum oppugnantibus* —nequicquam spumea circum saxa fremunt, lateriq; illisa refunditur alga. ALGA, *herba in mari nascens quæ tempestate in littus ejici solet. Virg in Ecl. pro re nullius plane pretii usurpat:*—projecta vilior algâ *Et Horat. l.* 2. *Serm. de perversis seculi sui moribus.* Et Genus, & Virtus, nisi cum re vilior alga est.

Arena.

Ora. Littoris ora. *Virg. Ecl.* 8. Sive oram Illyrici legis æquoris. *Id. l.* 3. *Æn.* Mox ubi digressum Siculæ te admoverit oræ Ventus. ORA *dicitur Latinis cujusque rei extremitas, ita ora vestimentorum, ora maris, ora terrarum,* ORA *littoris. Prop.* Sive gigantei spatiabor littoris ora. *Virg.*

——— ———proxima littora cursu
Contendunt petere, & Lybiæ vertuntur ad oras.

RIPA *Ep.* Vĭrĭdans, umbrōsa, gĕlĭda, ămœna, mollis, ŏpāca, algens, frondens, grāmĭnea, herbĭda, aprĭca, garrŭla, strĕpens, *&c.* Flūmĭnea, ărundĭnea, līmōsa, oblīqua, curva, căva, spūmans, *&c.* Viridissima gramine ripa: crepitantibus undis resonans, garrula: gramine vernans. Ripæ margo. *Ovid.* Riparum clausas margine finit aquas. Agger ripæ. *Virg.* Gramineo ripæ religavit ab aggere classem. Ad ripas lenè sonantis aquæ. Mollis declivo tramite ripa: aquas obliquo margine cingens, finiens, claudens, *&c* OBSERVA *Virg* 3 *&* 6. *Æneid.* Litus *pro ripa posuisse: quo in magnis præcipuè fluminibus facilè cuivis imitandum permisero: secùs verò, ut ripa ponatur pro littore: quamvis id fecisse Horat video l.* 3 *Od.* 27. *Est autem* litus *propriè maris, ut* ripa *fluminum. Quod vel ex uno Ovid. colligas* 1. *Met. de fluminibus in mare se exonerantibus:*

Margo.

——— —campoque recepta
Liberioris aquæ, pro RIPIS LITTORA pulsant.

MARIA
sive
VIRGO DEIPARA.

Idumæa Virgo: Jessææ stirpis generosa propago. Virginei

nei chori flosculus: Jessææ gloria stirpis: oræ Palæstinæ decus, &c. Nympha decus cœli: terrarum gloria: Superûm regina: quam circum mille frequentant agmina pennigerique chori, cui splendidus æther Stellarumq; greges longo famulantur honore, &c Virgo parens. Alma Dei genitrix. Casta puerpera: Naturæ stupor. Intacta virginitate parens. Viri nescia mater: tactûs ignara virilis: expers viri. Diva parens atque eadem innuba Virgo. Regia progenies, genus alto à sanguine Judæ. &c. Cœli Regina: parens formosa Tonantis: nitido cui Cynthia vultu Cedit, & auricomum Phœbus substernit amictum Felix uteri Virgo magna parens & nata Dei. Quæ Superûm regem gravidâ portavit in alvo, Auctorem complexa suum. O nimium dilecta Deo! dulcissima rerum: Optima mater: maxima Virgo: cui mille juvandi artes: cui omnia posse dedit Rector superûm. Unica spes trepidis perfugiumque reis. Pax hominum, rerumque salus. Rebus solamen in arctis: quassatæ Cynosura rati. &c Prompta vocari. Quam nullus nomine nequicquam compellat, mediaque vocant in morte jacentes. Æterni Regis genitrix, domina ætheris alti. Cœlicolûm virgo decus innuptarum Castissima mater, nullis temerata Hymenæis: nullos Lucinæ experta labores.

MARMOR.

Epit. Læve, pūrum, pictum, candens nōbile, Pārium, Mygdōnium, Phrygium, idqum, Spartānum, Penārium, &c Phrygius lapis. Parium saxum. Marmora rupibus secta, montibus excisa Pariis jugis avulsa. Marmoreus nitor. *Horat. l.* 1 Urit me Glyceræ nitor splendentis Pario marmore purius *Prop l* 2. —medium claro surgebat marmore Templum. *V. supra fol.* 221. NOTA *verè* Marmora, *ut locis ita & coloribus olim distincta fuisse* PARIUM, *è Paro maris Ægei insula* (*quod à Propert, suprà designari existimo*) candore eximium fuit: Phrygium, *sanguineum & purpureum Auctoribus à colore dicitur: viride,* Spartanum: *aureum & flavum,* Numidicum *Laudatissimum verò* Parium: *quo etiam usi sunt poëtæ ad corporis pulchritudinem vel eximium candorem exprimendum. Ita præter Horatium suprà, Virg.* 1. *Æn. Seu Hipp. etiam Ovid.*

Astitit illa gemens, albo & sine sanguine vultu:
Cæduntur Pariis qualia saxa jugis.

MARTYR.

Ep. Invictus, intrēpidus, ānimōsus, fortis, illustris, inclytus, &c. Ferrum ac vulnera contemnens. Morte major: Animæ

magnæ prodigus. Nil veritus trucis ora Tyranni. Nullum pro Christo discrimen fugiens. Vulneribus parta corona insignis: palmis sanguine emptis inclytus, &c. Martyrum invicta manus: Fidei proceres pro templis arisq; Dei, prompti effudisse cruorem; mortalem effundere vitam fortiter: contemnere vitam, Perq; ignes & tela feræ se opponere morti, &c. Perpessi pulchram Christi pro nomine mortem. Qui Christũ impavidè quondam cecidêre professi Purpurei proceres, qui sanguine fuso Ante diem, sanctæ pro Religionis amore Projecêre animas meriti post funera cœlum. Qui longam pepetêre sibi per vulnera vitam: Aurea quos jam nunc stellantis, regia cœli Accipit, oblitos pœnarum & funeris atri, &c.

Gens funere victrix Prodiga vitæ Lethi secura. Vadens haud dubiam in mortem, neci se offerens: pœnas docta irritare morantes, & vitæ in mediis ridere periclis. *Prud.* —— quos nec catenæ, Dira nec mors terruit, Unicum Deum faciteri sanguinis dispendio. Quos —— *Horat. l.* 3 Non civium ardor prava jubentium, Non vultus instantis tyranni Mente quatit solidâ *Vide supra* CONSTANS *fol.* 166. *Varias verò Martyrum pœnas videre potes infra.*

SANTORUM MARTYRUM

PRIMIPILI.

JOANNES BAPTISTA. Aureus vates: Christi prodromus: felicis ævi nuntius. Solis æterni Phosphorus. Sæcula cui vatem nulla dedêre parem. Zachariæ soboles Matre satus sterili, Regis præcursor Olympi *Iul. Scal* Ultima legiferæ naturæ meta. Cui fulvi claros humeros immane cameli Tegmen obit, nudoque sonant de vertice nimbi: Ante etiam immensi conspectum Regis, & ante Quàm rudis hauriret vitalia semina cœli (ô amor! ô pietas!) materna conditus alvo Ignotum tertiis dominum sine voce salutat. *Mur* Solis perpetui prodrome Lucifer Vates Zachariades. Qui liquidi Jordanis ad amnem Ipse Deum meruit fluviali tingere lympha Mella cui patriis liquentia ramis Dædala sudat apis, dant vilia alimenta locustæ, &c —— cujus caput ense recisum Horrida regali præbet spectacula mensæ.

STEPHANUS Primus martyrii, qui sibi lauream Vitæ prodigus induit, *sc. post Christi mortem*. Levitæ juvenis forte pectus: Qui Tyrio incedit chlamydem spectabilis ostro. Purpuream que aciem ducit per lucida cœli Atria. Isacides juvenis, quem saxeus obruit imber, errans aures & tempora circum, *Prud* Stephanus per imbrem saxeum Cœlos apertos intuens. *Hier. Vida:* Tu proceres longè ante omnes post

fune-

funera Regis Cælicolûm insignem meruisti morte coronam, Primus, & effuso tinxisti saxa cruore, Dum juvenem immeritâ testaris morte peremptum, &c.

LAURENTIUS. Juvenis Iberus. Qui facibus flagrans melioribus, intus In mediis sævos risit fornacibus æstus Terrâ prognatus Ibera: Juvenum fortissimus: Actæo Xisto ante alios carissimus omnes: Vix prima ora puer signant intonsa juventâ. Ustus in prunis mediis triumphat, Despicit flammas meliore tostus intus ac igne. Quem ferrea crates nobilitat, cœlo adscribit:irrisæque extrema in morte favillæ. *Tormenti hoc genus; sive cratem ferream pulchrè describit Vidas, dignusque locus videtur, quem hic adjungam:*

Huc statuunt fulcrum infandum, exitiale cubile
Vectibus intextum ferreis, atque ære rigenti,
Compactæ in morem cratis: cui plurimus ater
Subjicitur fumus, semustaque robora subdunt.

MARTYRUM SUPPLICIA,

quibus variè torti aut necati, breviter explicata, & Prudentii potissimùm versibus illustrata.

1. EQUULEUS, UNGULÆ.

EQUULEUS: *Lignei tormenti genus, in quo Martyrum corpora appensa, machinis quibusdam distendebantur, ad Vngularum fossionem.* UNGULÆ *dictæ sunt à ferarum ungulis, unci scilicet ferrei, quibus in equuleo pendentium latera fodiebantur.* *Prudent.* Costas bisulcis exarandas ungulis.

Vinctum retortis brachiis
Sursum ac deorsum extendite:
Compago donec ossium
Divulsa membratim crepet.
Pòst hinc hiulcis ictibus
Nudate costarum abdita.
Ut per lacunas vulnerum
Jecur retectum palpitet.

2. CANDENTES LAMINÆ.

Hoc genus cruciatus etiam apud Ciceronem reperies Act. 7. in Verr. & Plautum in Asinaria, ubi nequissimo ingenio servus animum egregiè obfirmavit adversum stimulos, laminas, cruces, *aliaque noxiis puniendis inventa. Apud Horat. quoque l. 1. Ep. 15. quidam luxuriosis ac profugis infensus est adeò——* ut ventres lamnâ candente nepotum Diceret urendos *Erant*

rant autem laminæ *crusta ferrea, qua igni candefacta nocentium corporibus admovebantur; irridet hoc tormentum inter alia Vincentius Martyr apud Prudentium his verbis:*

Tormenta carcer, ungulæ,
Stridensque flammis LAMINA:
Atque ipsa pœnarum ultima
Mors, Christianis ludus est.

3. PLUMBATÆ & SCORPIONES.

PLUMBATÆ, *flagri genus ex tortis funiculis, in quorum summitatibus glandes plumbea impacta erant. Unde Prudent. in Roman.* grandinem *appellat, &* ictus plumbeos. *Petita hoc verbere præcipuè cervix, membrum ad ferendos ictus maximè invalidum. Prudentius ubi suprà:*

Plumboque cervix verberata extuberet.

SCORPIONES *dicta sunt virga nodosa & aculeis exstantibus qui sæpe cæsorum lateribus inhærebant (prædita) Nomen desumptum à* Scorpionis *cauda, qua arcuato vulnere corpori infigitur. De his fortassis (sed meliùs tamen de Ungulis) capi possunt versus Prudentii Hymno* 10.

Scindunt utrimque milites teterrimi
Mucrone hiulco pensilis latus viri:
Sulcant per artus longa tractim vulnera,
Obliqua rectis, recta transversis secant,
Et jam retectis pectus albet ossibus.

4. LECTUS MOLESTUS *sive* POENOSUS.

Lectum & grabatum *appellat Prudentius supplicii genus, cùm nuda scilicet Martyrum corpora in substratis testarum fragmentis collocata, per dies plures summis doloribus atque insomnia torquebantur. Idem in Martyrio S. Vincentii appellat* pœnam novam, Nulli tyranno cognitam, Nec fando compertam retrò *Describit ibidem hunc in modum:*

Fragmenta testarum jubet
Hirta impolitis angulis,
Acuminata, informia,
Tergo jacentis sternerent.
Totum cubile spiculis
Armant dolores anxii,
Insomne qui subter latus
Mucrone pulsent obvio.

5. CRUX, IGNIS, GLADIUS.

Gladii *simplex pœna est, cùm scil.* ense *(ut Lucanus loquitur)* rotato *caput alicui aufertur.* Ignis & Crucis *non unum erat supplicium: interdumque illico reos tollebat, interdum in plures dies cruciatus producebat. Prudent.*

Huic

Huic abscinde caput: CRUX illum tollat in auras,
Viventesque oculos offerat alitibus.
Hos rape præcipites, & vinctos conjice in ignem.
Sit PYRA quæ multos devoret una reos.

6. IN MARE vel FLUVIUM ABJICI.

Demergebantur interdum in fluvium saxo ad collum alligato. De quo Prudent.

Summo pontis ab ardui
In præceps fluvio datur,
Suspensum laqueo gerens
Ingentis lapidem molæ.

Interdum sacco coriaceo (quem Culleum *Latini vocant) unà cum cane, gallo, serpente ac simia insutos, ita in profluentem præcipitabant. Quod genus supplicii apud Romanos in parricidas constitutum erat. Iuven. sat.* 13. *sceleratorum varia genera conjungens:*

Confer & artificem mercatoremque veneni:
Et deducendum CORIO BOVIS in mare, cum quo
Clauditur adversis innoxia SIMIA fatis.

Interdum plures simul in laceră ac rimosam cymbam impositi sine velis ac gubernaculo, in mare ad certum (quod diu exspectando augebant) naufragium propellebantur. Prudent.

En tibi quos properes rimosæ imponere cymbæ,
Pellere & in medii stagna profunda freti.
Quos ubi susceptos rapidum male futa per æquor
Vexerit, & tumidis fracta la. ascet aquis;
Dissociata putrem laxent tabulata carinam,
Conceptumque bibant undique naufragium.

7. DAMNARI AD BESTIAS.

Genus supplicii apud Romanos in viles plerumque personas decerni solitū: ut sc. in Circo vel Amphitheatro spectante populo, efferatis bestiis, Leonibus, Tigribus, Pantheris nudi atq; inermes objicerentur. Ad hoc supplicium postulati frequenter ac damnati olim Christiani, ut ostendunt populi adversus eos voces apud Tertullianum: Christiani ad Leonem. Christiani ad bestias. *Quid verò ad hæc illi? animo excelso atque invicto.*

Stant parati ferre, quidquid sors tulisset ultima.
Seu foret præbenda cervix ad bipennem publicam,
Sive Pardis offerendum pectus, aut Leonibus,

8. EQUIS INDOMITIS DISTRAHI.

Illigabantur scilicet equis duobus aut quatuor, atq; iis irritatis & in contrarium actu membratim discrepebantur. Quo suppli-

plicio affectus Metius Fufetius Albanorum Princeps, cùm datam Tullo Romanorum Regi fidem turpiter fefellisset. Ov. 1. Tr. el. 3.

Sic doluit Metius, tunc cùm in contraria versos
Ultores habuit proditionis equos.

Non semper tamen equi in contraria agebantur, sed sæpe juncti atque incitati illigatum pedibus noxium per saxa & vepres raptando minutatim lacerabant. Jussus olim hoc supplicio mori S. Hippolytus, ut Hippolytum Thesei filium ab equis suis raptatum, quem nomine exprimebat, mortis quoque genere referret. Tyrannus apud Prud.

Ergo sit HIPPOLYTUS; quatiat, turbetque jugales,
Intereatque feris dilaceratus equis, &c.
Jamque reluctantes sociarant vincula bigas,
Oraque discordi fœdere nexuerant, &c.
Scissa minutatim labefacto corpore frusta
Carpit spinigeris sentibus hirtus ager.
Pars summis pendet scopulis: pars sentibus hæret.
Parte rubent frondes: parte madescit humus.

Vide plura tam ad dicta jam supplicia, quàm ad alia ab his diversa spectantia, suprà CRUX *fol.* 180. LANIARE 43. S. LAURENTIUS *fol.* 381. *& in Indice* TELIS CONFIGI, DE RUPE PRÆCIPITARI, VERBERARI, *&c.*

MEDICINA.

Medicamen. Medicatus. *Epit.* Grata, optata, valida, præsens, salutaris, salubris, &c. Morbos pellens, fugans, tollens, levans. Corpora morbis levans. Morbos corpore fugans. Ars medica. Ars Apollinea, Phœbea, Machaonia, Pæonia. Herbarum vires, potestates. Phœbi potentes herbæ. Manus medica. Succus Pæonius Ars medendi. *Ovid.* Quas mihi non herbas, quæ non medicamina nutrix Attulit? *Papin.* Deficio, medicasque manus fomentaque quæro Vulneribus; sed summa meis. *Medea Ovid* Quæque feros repuli doctis medicatibus ignes, Non valeo flammas effugere ipsa meas: Ipsi me cantus, herbæque, artesque relinquunt: Adjutor & nulla fessa medentis ope. Ille Machaoniæ non eget artis ope, &c. *Medicinæ varia munia ac potestates complectitur breviter Papinius 2. Achill.*

Quin etiam succos, atque auxiliantia morbis
Gramina; quo nimius staret medicamine sanguis,
Quid faciat somnos, quid hiantia vulnera claudat;
Quæ ferro cohibenda lues, quæ cederet herbis;
Edocuit.———

Medicinam adhibere.

Medicas manus adhibere,applicare,adferre.Sanare vulnera,arte levare.Uti tentatis operosæ viribus herbæ. Dolorem medicando auferre,mulcere.Vulnera fovere. Medicas artes exercere,tentare.Dare medicinam;ferre medicamina. Pœonias admovere herbas; Apollinea arte morbum *vel* malum tollere,levare,pellere,corpore deducere.*Ovid.de Rem.* Principiis obsta,sero medicina paratur. Cùm mala per longas invaluêre moras. Qui modò nascentes properabam pellere morbos;Admoveo seram nunc quoque lentus opem. *Virg.* Continuò culpam ferro compesce, priusquam Dira per incautum serpant contagia vulnus. *Sil.l* 1 ——nunc purgat vulnera lymph s,Nunc mulcet succis; ligat inde; ac vellera molli Circumdat tactu,& torpentes mitigat artus,*&c.* Medeti.

MEDICUS:

Ep. Prudens,cautus,fidus;potens,sciens,doctus,*&c.* Medicamine pollens:sciens herbarum artisque medendi. Præsens morbos corporibus fugare;ægris opem ferre. Non ultimus arte medendi.Machaonia clarus in arte. Arte Pœonia potens.*Mart.* Quid mihi cum medicis?dimitte Machaonas omnes.Sciens potestates herbarum,usumque medendi. *Ov.* Vos quoque Phœbea morbos qui pellitis arte. *Id.* Nullus, Apollinea qui levet arte malum est,*&c.* Medici.

MEDICI PRÆSTANTES POETIS ANTE ALIOS USITATI.

1. *Agmen ducit* APOLLO,*cui antiquitas eam medicinæ partem imputat,quæ medicamentis purgat,& herbarum præcipuè viribus peragitur,Græcis* φαρμακευτικὴ *dicta Hinc medicina* Ars Apollinea;*&* *Apollo apud Ouid.in Ep.* Repertor opis *dicitur.Nec omittit ipse hanc inventionem inter laudes suas recensere,apud eundem* 1.*Met.*

Inventum medicina meum est,OPIFERQUE per orbem
Dicor,& herbarum subjecta potentia nobis.

2. ÆSCULAPIUS; *Apollinis & Coronidis Nymphæ filius, quem Græci tradunt primum omnium vulnus obligasse, eamq; medicinæ partem perfecisse,quæ manu peragitur,* χειρουργικὴ *dicta. Ob artis certè præstantiam ab hominibus in Deorum numerum relatus est; & in* Epidauro *Peloponesi urbe præcipuè cultus:unde Propertio* Deus Epidaurius *dicitur,& Ov.* 5 *Met.* Epidaurius *absolutè. Alii* salutiferum *&* opiferum *vocant: Mart.l.*9.Pergameum,*à Pergamo Phrygiæ,ubi nobile fanum*

habuit: Virg. verò l 7. Phœbigenam *appellat : qui & fulmine percussum à Iove memorat ob Hippolytum ad vitā revocatum.*
Ipse repertorum medicinæ talis & artis
Fulmine Phœbigenam stygias detrusit ad umbras.
3. MACHAON & PODALIRIUS *fratres, Æsculapii filii & medici insignes: qui unà cum Agamemnone ad bellum Trojanum profecti egregiam Græcis operam navârunt. unde Martialis* Machaonis *nomen absolutè pro medico posuit, sicut* Podalirii *Ovid. 2. de Rem.*
Curabat propriis æger Podalirius herbis,
Et fateor, medicus turpiter æger eram.
4. POEON: *Artis medicæ peritissimus, quem refert Homerus Iliad. 5. Plutonem curasse ab Hercule vulneratum. Fertur & herbam illam invenisse, quæ ab illo* Pœonia *dicitur. Allusit Claud. 2 Eutrop.* ——veteri post obruta morbo
Corpora, POEONIAE nequicquam admoveris herbas.
5. *Adde his* CHIRONEM & MELAMPUM, *quorum meminit Virgil 3 Georg & si quos alios videris probis Auctoribus usurpari. Porrò ad medendi artem pertinentia quædam habes infra* V. VULNUS.

MEMORIA.

1 MEMORIA TENERE Memorem *vel* non immemorem esse. Animo recondere, mente reponere, sub corde referre. Memori animo dare, mandare, *&c.* Fixum sub pectore servare, constanti mente tenere, memori pectore signatum habere. *Virg. de Iunone :* Necdum etiam irarum sævique dolores Exciderant animo : manet altâ mente repostum Judicium Paridis, spretæque injuria formæ. *Catull.* ——facito, ut memori tibi condita corde Hæc vigeant mandata, nec ulla oblitteret ætas. *Pap.* ——penitus noti tibi vatis amorem Corde exire veta *Ovid. Epist.* Æneasque oculis semper vigilantibus hæret, Æneamque animus nocte dieque refert. *Adde his formulas* MEMOREM SE PROMITTENDI *supra fol. 277. & Ovidii locum 3. Pont. El. 5. ad amicum Romæ absentem:*
Ipse quidem Getico peream violatus ab arcu
(Et sit perjuri quam propè pœna vides)
Te nisi momentis videam pænè omnibus absens.
Gratia Dis, MENTI quolibet ire licet.
Hanc ubi perveni nulli cernendus in urbem;
Sæpe loquor tecum, sæpe loquente fruor.
2, MEMORIA REPETERE. Animo reminisci : corde repetere. *Virg.* Si ritè audita recordor. Nec venit in mentem

tem,&c. *Ouid*: Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus Quo,&c. *Id. Trist* Cùm subit illius tristissima noctis imago. Cùm repeto noctem, quâ tot mihi chara reliqui, Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis. *Id.* Ante oculos errat domus, Urbs,& forma locorum, Succeduntque suis singula facta locis. *Idem l.* 1. *de Ponto El.* 10. *de Maximi filio ex incto, amico quondam suo ac dulcissimo sodali.*

Ante meos oculos tanquam præsentis imagò
Hæret,& extinctum vivere fingit amor.
Sæpe refert animus lusus gravitate carentes,
Seria cum liquida sæpe peracta fide.
Nulla tamen subeunt mihi tempora densius istis;
Quæ vellem vitæ summa fuisse meæ, *&c.*

MEMORIA LABILIS *aut* NULLA.

Non esse memorem. Oblito pectore dimittere: ex animo delere: procul ab animo pellere, fugare. *Virg.* Quò tibi nostri pulsus amor? Quoniam nostri tibi cura recessit? Sinere animo effluere *vel* excidere, tempore obliterari, corde exire,&c. *Virg Ecl* Antè leves ergo pascentur in æthere cervi, Et freta destituent nudos in littore pisces, Quàm nostro illius labatur pectore vultus. *Ouid.* Quàm subeant animo meritorum oblivia nostro, Et longà pietas excidat ista die. *V.* GRATIAS AGERE *fol.* 276. Oblivisci.

O nimium nimiumque oblite tuorum. Pocula Letheos ut si ducentia somnos, Arente fauce traxeris. Exciderant animo tot benefacta tuo. *Phillis apud Ouid.* Utque tibi excidimus, nullam puto Phyllida nosti. *Claud.* Tantané te nostri tenuêre oblivia, tantum Unica despicior? *V. supra* INGRATUS *fol.* 277. *Et quæ annotavimus ad* LETHEN *fluv: infernalem qui potus præteritorum oblivionem inducit Unde Ov.* 4 *Pont.*

Da mihi, si quid ea est, hebetantem pectora Lethen:
Oblitus poterò non tamen esse tui.

MENDACIUM.

Ep. Vanum, fictum, turpe, subdolum, callidum, *&c.* Verba ficta, falsa, vaniloqua, Sermo fictus. Vanæ mendacia linguæ: fallentia verba. *Ov:* Decipimur blandis, quorum tibi copia, verbis. Nec vos decipiant blandæ mendacia linguæ: falsæ perjuria linguæ, *&c.* Mistaq; cum veris passim commenta vagantur. Prodigiosa loquor veterum mendacia vatû. Quanta sub Argolicis mendacia vana Camœnis Fabula inanis, anilis. Fatui commenta cerebri,&c. *V. supra* FABULA *fol.* 245. Commentum.

Mendax, Mentiri.

Vanus mendaxque. Fandi fictor. Fallere doctus. Ore blan-

blando,falso,simulato,verbis vanis fallens, decipiens,&c. Omnia mentitis;neq;enim tua fallere lingua Incipit à nobis. *Ovid.* Qui se genitum septemplice. Nilo ementitus erat. *Iuven. sat.*7. Tunc immensa cavi spirant mendacia folles. *Prop.* Sperne fidem,provolve Deos:mendacia vincant.

MENSIS.
&
MENSIUM NUMERUS.

OBSERVA *poetas solitos numerare* menses,*per* Lunas:*quòd Luna curriculo mensis conficitur,unde & illa* Dea menstrua *appellatur. Incredibili enim celeritate vicenis,septenisque diebus & triente ferè diei signiferum totum perlustrat ; & tricesima quâque luce rursus ad easdem vices exit:ac tum poetis dicitur* redire,oriri,cornua resumere,*&c. Hinc verò quotidianis auctibus excrescens,luce fere decimâ quintâ plena apparet. Atque inde rursus quotidianis deminutionibus decrescit;ac tum poetis dicitur* deficere,tenuari,perdere lumina,&c. *Vide jam facile erit cujusvis* mensis *initium,medium ac finem describere,exemplo prait Claud.laud Stil.*

——Lunâ nuper nascente profectus
Ante redis,quàm plena fuit.

JAM verò,*si quis Mensium numerum describere velit*: Luna *vel* crescente,*vel* plenâ,*vel etiam* deficiente *uti poterit, addita voce Numerum certum indicante:ad eum ferè modum,quem supra fol.* 209. *in dierum numeris præscripsimus. Atque ecce auctorum loca,quibus res omnis clarior evadit* (1.) Cornua cum Lunæ pleno semel orbe coissent(2.) Ante reversurus, quàm luna bis impleat orbem (3.) Tertia jam lunæ se cornua lumine complent(4.)Luna quater latuit, toto quater orbe recrevit(5.) Luna resumebat quinto nova cornua motu(6.) Sexta resurgebant Orientis cornua lunæ. (7.) Septima jam rediens Phœbe mihi respicit ægras Stare genas (8.)Bis quater implêrantPhœbe radiantibus orbemCornibus(9.)Orta resurgebant Lunaria cornua nono. (10.) Jam novies erat orta soror pulcherrima Phœbi,Denaque luciferos Luna vehebat equos. *Et sic de reliquis.*

MENSIUM ROMANORUM NOMINA,
Item succincta eorum explanationes Ausonii & Ovidii testimoniis confirmata.

1. JANUARIUS *nomen obtinuit à* JANO, *cui consecratus* ...

erat. Ab hoc principium anni duxerunt Romani, sicut ab Iulio mense sive æstivo solstitio Athenienses.

FEBRUARIUS *nomen habet à verbo antiquo* februo, i. e. *lustro, purgo: quòd hoc mense civitas ex Numa Pompilii instituto variis sacris lustraretur, & Diis Manibus justa solverentur. Auson.* Primus Romanas ordiris IANE kalendas:

FEBRUA vicino mense Numa instituit.

3. MARTIUS *primus anni mensis fuit sub Romulo, qui armorum quàm siderum peritior, annum totum decem mensibus incluserat. Quem errorem successor ejus Numa Pompilius correxit, adjectis mensibus aliis duobus: quorum unum Ianuarium, alium Februarium appellavit.*

4. APRILIS *dictus quasi* aphrilis, *à* VENERE *(quæ aliàs ἀφροδίτη) cui hunc mensem Romulus (utpote primæ Æneadū) marti dicâsse creditur; uti præcedentem parenti suo Marti, inde* Martium *dictum. Alii non negant quidem Veneri sacrum fuisse* Aprilem, *sed nominis rationem malunt ab* aperiendo *deducere; quòd tunc omnia se ad fœtum & germina aperiant. Unde Ausonius* fœtiferum *dixit*:

MARTIUS antiqui primordia protulit anni,

Fœtiferum APRILEM vindicat alma Venus.

5. Majus *dictus est à* majoribus. *Nam Romulus, postquam populum in Majores Junioresque divisit, ut illi consilio, hi armis Remp. tuerentur; hunc* mensem *honoris caussa à* majoribus *(qui & Patres ex auctoritate ab ætate. Senatus vocabantur)* MAJUM *nominavit.*

6. JUNIUS *nomen à junioribus (qui in equis & armis ad subita bella excubabant) duxit: hunc eis similiter honorem deferente* Romulo. *Ovid. 6. Fast.*

——populum digessit ab annis

Romulus, in partes distribuitque duas,

Hæc dare consilium, pugnare paratior illa est:

Hæc ætas bellum suadeat, illa gerat.

Sic statuit, mensesque notâ discrevit eâdem.

JUNIUS est JUVENUM. qui fuit ante, SENUM.

7. JULIUS *olim* Quinctilis *dictus, quòd ordine* quinctus *esset à Martio, quem anni principium fecerat Romulus. quod nomen etiam postea retinuit (quamvis adjectis à Numa duobus mensibus, jam ordine septimus esset) donec in honorem* Julii Cæsaris, *legem ferente M. Antonio,* JULIUS *appellatus est.*

8. AUGUSTUS *olim dictus* Sextilis, *ut præcedens Quinctilis, quòd* sextus *esset à Martio anni principe: postea Augusto regnante in ipsius honorem* AUGUSTUS *appellatus est. Auson.*

Nomine Cæsareo Quintilem JULIUS auget.
AuGustus nomen Cæsareum sequitur.

9. SEPTEMBER *dictus, quod olim septimus esset à Martio: Auctumni initium.*

10. OCTOBER *identidem à numero nominatus: quo solent semina terræ mandari, magno postea fœnore reddenda. Auson.*

Auctumnum, Pomona, tuum SEPTEMBER opimat:
Triticeo OCTOBER fœnore ditat agros.

11. NOVEMBER *olim ordine* nonus, *crebris procellis & tempestatibus infamis, quare Vegetio & aliis hoc mense* Claudi maria *dicuntur.*

12. DECEMBER *dictus, quòd decimus esset à Martio. Quo mense* Saturnalia *Romanis magnâ libertate conviviorum ludorumque celebrata fuerunt. Unde* genialem *indigetat. Auson.*

Sidera præcipitas pelago intempesta, NOVEMBER.
Tu genialem hyemem feste DECENBER agis.

HIS PRÆMISSIS *cuivis facile erit, quem libuerit mensem describere; Notis vel à nominis ratione desumptis, vel ab ordine, vel à Festis sacrisve hoc vel illo mense celebrari solitis; de quibus plura videri possunt apud Ovid. in Fastis* MODUM *verò menses describendi per signa Zodiaci dedimus supra fol.* 87.

MERCATOR.

Ep. Impĭgĕr, gnāvus, inquiēs, ăvĭdus, sollers, *&c.* Subdŏlus, ăvārus, ĭniquus, *&c.* Lucri spe ductus; lucro inhians. Extremis faciens commercia terris. Spe lucri extremos ad Indos penetrans; pelago se committens; ventis infidis animam, merces, navim concredens. Divitiis inhians. Mercis mutator Eoæ. *Tib.* Nec vagus ignotis repetens commercia terris Præferat externam navita merce ratem. *Claud.* —vecturus longinqua per æquora merces Molitur tellure ratem, vitamque procellis Objectare parat. Divitiis parandis intentus: Mercurio studens: non una rate æquora pervolitans. Furente Noto pallidus, sollicitus, Ne Cypriæ Tyriæve merces addant avaro divitias mari, i. e. *Ne merces ab ultimis oris petitæ naufragio facto in mari pereant. V. supra* AVARUS *fol.* 89.

MESSIS.

Epit. Spīcea, frūgĭfĕra, flāva, cāna, grăvĭda, mātūra, *&c.* Gravidis onerati messibus agri. Albescens, canens maturis messis aristis. Ceres flava, rubicunda. *Sen.* Et tertia jam falce decubuit Ceres. *Virg.* ————neque antè Falcem maturis quisquam supponit aristis. Messis opima; ditans agricolam; horrea rumpens, plenis dives aristis. *Manil.* Seu Cererem plenam, vi..centemque horrea messem; Aut repetat Bac-

chum per pinguia musta fluentem Messis Afra, Lybica, &c. i.e. *dives opima Nam Africa atque in ea potissimum* Lybia, *frumenti feracissima est. Horat l.1. od 1.*

——— si proprio condidit horreo,
Quidquid de Libycis verritur areis.

Messem succidere.

Messem, aristas, arva flaventia demetere; succidere, tondere, falce resecare, secare, prosternere, deponere. Maturis falcem supponere aristis. Flavis arvis messorem inducere. Avectis messibus agros desolare. Flavas dum tondet messor aristas *Catull.* Namque velut densas prosternens messor aristas, Sole sub ardenti flaventia demetit arva, &c. Ceres *vel* seges matura, falce resecta cadit, decumbit. Congestas area cepit opes, Accipiunt succisas horrea messes, &c. *metere.*

METALLORUM GENERA.

1. Aurū *Ep.* Fulvum, clārum, nĭtĭdum, fulgens, mĭcans, splēdens, rădians, rŭtĭlans, dīvēs, Lydum, callaĭcum, &c. Fulvum metallum. Telluris fulva viscera. Auri magna vis. Auri dives vena. *Ovid.1.Met.*—itum est in viscera terræ: Quasq; recondiderat, Stygiisque admoverat umbris, Effodiuntur opes, irritamenta malorum: Jamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum Prodierat, &c. magni ponderis aurum. Auri facti, infectique pondera. *V supra* D. VITIÆ *fol* 25.

Auratus Auro circumdatus, multo spectabilis auro. Aurofulgens, radians, rutilans, nitidus, nitidissimus. Auratæ trabes: fulvo metallo satiatæ; auro obductæ. *Prop* Si non Tænariis domus est mihi fulta columnis, Nec camera auratas inter eburna trabēs. *Ovid. de curru solis*: Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curvatura rotæ, &c. Auri *olim atque alterius omnis metalli feracissima fuit* Hispania: *unde ejus partem* Celtiberiam *Catullus* cuniculosam *vocat*, id est, *cuniculis sive fodinis refertam* (*quamquam alii id explicent de* cuniculis *è leporum genere, qui & olim crebri in Hispania*) *quas Papin.3 sylv.* fossas *appellat*.

Quidquid ab auriferis ejectat Iberia fossis.

Inter *Fluvios verò aurifluos præcipuè celebrantur* Tagus & Iberus *in Hispania*; Hermus & Pactolus *in Lydia*; Ganges *in India. Exempla passim in Auctoribus occurrunt. V. supra* AVARITIÆ. Cup. DIT. INEXPLEBILIS *fol.90. Mart.l.8. Ep.8.* Non illi satis est turbato sordidus auro Hermus, & Hesperio qui sonat amne Tagus.

2. Argentum. *Ep.* Clārum, nĭtĭdum, nĭtens, pūrum, sŏlĭdum,

dum,*&c.* Argenti lamina. Argenti pondera. Argenti talenta. Argenti splendor. Argento fulgebat opus. Argenti vascula puri. Cymbiaque argento perfecta, atque aspera signis. *Virg.* ——quacumque opulenta recessit Regia, fulgenti splendent auro atque argento, *&c.*

3. Æs. *Ep.* Coruscum, fulgens, splendidum, micans, solidum, rigidum, durum, grave. *Æra* tinnula, sonantia, crepitantia, arguta, sonora, *&c.* Æris metalla Æra domant; stridentia tingunt æra lacu Ictibus æra sonant: arguta canis tinnitibus æra. *Virg* Nexæ ære trabes. Foribus cardo stridebat ahenis. Æratæq; micant peltæ, micat æreus ensis. Excudent alii spirantia mollius æra. Ære cavo clypeus. Æratæ steterant in littore proræ. Cavo protegit ære caput, &c. *Ex quibus videre potes, quàm latè olim Æris usus patuerit Laudatissimum dedit* Corynthus, *quæ alias* Ephyre *dicta, unde* æra Ephyreja. *Virgilio. Abundavit & ære* Temese, *Cypri oppidum, unde &* Temesæum *dictum est.*

4. FERRUM. *Ep.* Validum, durum, rigidum, solidum, forte, rigens, *&c.* Ferri rigor. Ferri durities. *Ov* Non tibi stant duro circum præcordia ferro Vincta. Nec rigidi silices, solidumve in pectore ferrum. *Prop. l.* 1 Sis licet & ferro durior & chalybe. Duri chalybis metallum *Ovid. de sæculo ferreo*: —chalybis jam massa placebat. CHALYBS *genus est durissimi purgatissimique ferri, quo aliud ferrum induratur. Nomen habet à populis in Ponto ferro abundantibus, qui etiam Virgilio* Chalybes *dicuntur* 2. *Georg.*

INDIA mittit ebur, molles sua thura SABÆI,
At CHALYBES nudi ferrum, ————

MILES.

Bellator. *Epit.* Fortis, durus, generosus, animosus, impavidus, strenuus, acer, intrepidus, validus, *&c.* Infestus, sævus, impius, scelêratus, trux, rigidus, indomitus, ferus, dirus, cruentus *&c* Acer in armis, Sumptis animosus armis. Duri miles Martis, Marte plenus. Ardens in arma avidus prædæ. sitiens cruorem Ore truci vultuque minax. Martis horrida castra sequutus. Quem castra juvant, & lituo tubæ permistus sonitus. Galeâ caput tectus: ense recinctus: ferro armatus, &c. *V.* ARMORUM GENERA.

Viri. Juvenes. Pugnaces viri. Robora pubis: quos nulla fatigant prælia, nulla terrent discrimina; in duri certamina Martis euntes Fulgente procul armis catervæ. Mavortia pubes. Fortia bello pectora. Bello lecta juventus. Experti bello juvenes.

pes. *Ovid.*—Miles numero præstantior omni. Fortes in Marte viri. *Virg* Exigui numero, sed bello vivida virtus. Densis acies stipata catervis. Militum manus, phalanx, cuneus, &c. *V. supra* EXERCITUS MEMBRA *fol* 239.

Militare.

Bella *vel* ad bella sequi. Castra sequi. Arma *vel* in arma sequi. Præmia militiæ pulverulenta sequi. Ruere in arma Tollere arma, & lateri custodem accingier ensem. Arma ferre. *Tib.* Castra Macer sequitur: tenero quid fiet Amori? Sit comes, & collo fortiter arma gerat. *Ovid.* Hæc mea militia est, gerimus, quæ possumus, arma. Merere in castris *vel* æra merere. Sudare sub armis. Martis opus gerere. Munia Martis tractare. Militiæ laborem ferre. *Virg.* Tolerare militiam & grave Martis opus. *Hinc. Prop.* Militiam subire. Corpora bello objectare: animas in aperta pericula mittere. *Cæsar apud Lucan.* Bellorum ô socii; qui mille pericula Martis Mecum, ait, experti, decimo jam vincitis anno *Vide* ARMARI & BELLUM GERERE. *merere.*

MINÆ, MINARI.

Ep. Sævæ, rigidæ, truces, tristes, diræ, hostiles, tumidæ, superbæ, horrendæ, terrificæ, ingentes, &c. Verba aspera, dura, minantia. Minacia dicta. Verborum fulmina Minas incutere, intentare, increpare. Multa ac metuenda minari. Edere truces ore minante sonos. Ab ore minas spirare: minas ore *vel* oculis gerere Minis instare, territare. Exitium *vel* extrema minari. Minis, ore minaci, trucibus verbis terrere, territare, metum incutere, increpare. Malum, supplicia, pœnas verbis intentare, &c.

MIRARI.

Molem, rem, factum admirari. Miratus, obstupefactus hæret, Tacitè mirari Obstupui, dubitoque diu; causamque requiro. Visum mirabile cunctis. Illi obstupuêre silentes, Conversique oculos inter se atque ora tenebant. Obstupuit primo aspectu. Dum stupet, obtutuque hæret defixus in uno. Obstupuit visu Æneas. Hæc dum Dardanio Ænææ miranda videntur. *Admirari. stupere obstupere*

Attonitus, Stupefactus. Confusus. Turbatus. Arrectæ mentes. stupefactaque corda, Stupet inscia turba. Obstupuit variâ confusus imagine rerum Turnus, & obtutu tacito stetit. *Vide supra.* VISU HORRIDUM *fol.* 284.

RES MIRA *sive* STUPENDA.

Res insolita, nova, insolens, rara, inaudita, miranda, ad- *Miraculum.*

admiranda,&c. Mira relatu. *Ovid.* Mira loquor. *Virg.* Dictu mirabile. Prodigium insolens, novum. *Mart.* Res nova, non ullis cognita temporibus Res plena stuporis. Miracula rerum, stupenda thaumata. *Virg. de Proteo.* Omnia transformat sese in miracula rerum. Mirabile visu. Visu mirabile monstrum. *Id. lib. 7. de Cac.* Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu) Evomit. *Id. 4. Georg.* Hic verò subitum, ac dictu mirabile monstrum Aspiciunt, *&c.* MONSTRA *&* PRODIGIA *vocabant raros atque insolitos rerum variarum eventus, quòd eis semper aliquid* monstrari *ac* prædici *sive præsignificari credebant. Inter quæ Iuvenalis sat. 13 &* virum bonum *numerat.*

Prodigium.

Egregium, sanctumque virum si cerno; bimembri
Hoc monstrum puero, & miranti jam sub aratro
Piscibus inventis, & fœtæ comparo mulæ:
Sollicitus, tanquam lapides effuderit imber, *&c.*

MISER.

Afflictus. Terque quaterque miser. Malis obrutus: casibus actus: fatis agitatus acerbis. Cui omnia adversantur, incumbunt. In quem omnia conspirant. Dîs natus iniquis. Infausto sidere natus In luctu ac squallore vitam trahens, Æger, inops, squallore obsitus. Malis oppletus. *Sen. Thyeste.* Proprium hoc miseros sequitur vitium, Nunquam rebus credere lætis: Redeat felix fortuna licet, tamen afflictos gaudere piget, *&c. Vide supra* MALUM *fol. 374. & infrà* SORS ADVERSA, TRISTIS, *&c.*

MISERERI.

Misereri laborum vel malorum, domûs labentis, *&c.* Miserari laborem, casum, res fractas, &c. *Virg.* —— oro miserere laborum Tantorum, miserere animi non digna ferentis. Nil nostri miserere? *Id.* Phœbe graves Trojæ semper miserate labores. Contusosque animos & res miserabere fractas. Me liceat casum miserari insontis amici, Tangi malis alterius, moveri, flecti. Jacentem respicere, solari. Doluit miserans inopem. Miserescimus ultro. Se mitem alicui præbere, facilem, æquum, propitium, lenem, benignum, &c. *Cat.* O Di, si vestrum est misereri, aut si quibus unquam Extremâ jam ipsâ in morte tulistis opem. *Vide plura huc spectantia supra* AUXILIUM IMPLOR. *fol 113 & infra* SOLARI.

Miserari.

MO-

MODUS.

MODUM SERVARE.

Modus pulcherrima Virtus: vim temperans: Nimio inimica. Modum tenere, adhibere. Dolori, cupidini, iræ modum ponere, figere, statuere. Dolendi modum facere. Non sequi impetum animi: non permittere libera frena. Premere malum, cupidinem comprimere, coërcere, &c. *Horat.* Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos ultra citraque nequit consistere rectum *Ovid. ad Phaëtont.* Inter utrumque tene, medio tutissimus ibis. *Huc spectat Horatii gnome Oraculo digna, extollentis media Fortunæ statum, inter nimias divitias & sordidam inopiam.* *Mediocritas.*

AUREAM quisquis MEDIOCRITATEM
Diligit, tutus, caret obsoleti
Sordibus tecti, caret invidendâ.
Sobrius aulâ.

MONERE.

Providâ mente monere, præcipere. Præceptis *vel* monitis implere. Iterumque iterumque monere. Præcepta dare. *Ovid.* ——— Troja maneret, Præceptis Priami si foret usa senis *Virgil.* Præterea si qua est Heleno prudentia vati, Unum illud tibi, nate Dea, præque omnibus unum, Prædicam, & repetens iterumque iterumque monebo. *Ib.* Hæc sunt, quæ nostrâ liceat de voce monere: Vade, age, &c. Me patris Anchisæ Admonet in somnis, & lurida terret imago. ——celerare fugam, patriaque excedere suadet. *Ovid* Usibus edocto si quidquam credis amico; Vive tibi, & longè nomina magna fuge. *Phœbus Phaëtonti.* 2. *Met.* At tu, funesti ne sim tibi muneris auctor, Nate cave: dum resque sinit, tua corrige vota. ——consiliis, non curribus, utere nostris. *Admonere. Præmonere. Præcipere. Suadere.*

MONS.

Ep. Arduus, celsus, altus, excelsus, āĕrius, prōcērus, æthĕrius, nūbĭfĕr, &c. Saxōsus, asper, dūrus, ădēsus, præruptus, inaccessus, rĭgĭdus &c. Frondōsus, intonsus, incultus, ŏpācus, nĕmŏrōsus, umbrōsus, umbrĭfĕr, viridis, herbōsus, &c. Tangens sidera: sidera vertice pulsans, astra vertice petens, feriēs: in astra surgens Ad astra caput tollens: superas se attollens in auras: caput inter nubila condens, nubes vertice contingens, &c. Operti arbore montes: frondoso vertice conspicui Montis sublime cacumen. Nimbosa cacumina montis. Ardua montis. Montana cacumina. Montis supercilium. Montium

tium juga; vertex, apex. *Virg.* Saxi dejectæ vertice capræ. *Silv.* Nubiferi montes, & saxa minantia cœlo. Riget ardua montis ætherei facies. *Vide supra* CACUMEN *fol* 129. EXCELSUS *fol.* 236. *Quibus adde pulcherrimos duos Papinii versus de Maleæ promontorii vertice, 1. Theb.*

Saxum.

Stat sublimis apex, ventosque, imbresque serenus
Despicit, & tantum fessis insiditur astris.

Collis.

COLLIS. *Ep.* Umbrōsus, viridis, herbifer, herbōsus, nĕmŏrōsus, aprīcus, sŭpīnus, excelsus, *&c.* Frondoso vertice colles *Virg.* Tumulis acclive solum, collesque supini. Colles vitiferi *Virg.* Duceret apricis in collibus uva colorem, *&c.*

Iugum.

Ovid. Arte citos egi per juga summa canes. Leviter acclivo constituēre jugo. Saxoso præcipitēre jugo. *Silv.* Quâ nemorosa juga, & scrupulosi vertice colles. *Virg.* Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit. MONTES *teste Servio dividuntur in radices, latera, juga, vertices. Erit igitur jugum montis pars vertici proxima. Nam non esse idem cum summo vertice sive cacumine apparet ex Ovid. 4. Met. de Atlante in montem converso:*

————JUGA sunt, humerique manusque:
Quod caput ante fuit, summo est in monte CACUMEN.

MONSTRUM.

Prodigium.

Ep. Horrendum, infāme, informe, ingens, trux, fērum, terrĭficum, turpe, dīrum, horrĭbĭle, dēforme, formīdābĭle, *&c.* Semiferi partus. Varia atque bicorpora monstra: aspectu horrida. Visu mirabile monstrum, Prodigium infandum: iratâ Naturâ genitum. *Sen. Hipp.* Prodigia toties orbis insueta audiet? Natura toties legibus cedet suis? *Virg.* Tristius haud illis monstrum, nec sævior ulla Pestis & ira Deûm Stygiis sese extulit undis. Infame portentum. Monstrosi partus. Terribiles visu formæ. *Vide supra* VISU HORRIDUM *fol.* 284. *Huc spectant, quæ poëtæ olim de Scyllis suis & Chymeris, atque aliis id genus prodigiis, vel animi caussâ, vel, ut his enormia hominum vitia depingerent, fabulati sunt. Nam ut ipsi hæc aliquando extitisse crediderint; Nugæ. Non credidit certè Ovidius, qui de his apertè:*

Portentum.

Prodigia loquor veterum mendacia Vatum:
Non tulit hæc unquam, nec feret ulla dies.

MONSTRA VARIA:

Quorum frequens apud poetas Mentio, & ad varia usus.

1. CENTAURI *membra partim humana, partim equina ha-*

bentes. 2. GIGANTES (*de quibus supra fol.* 275.) *Centimani ac pedibus serpentinis.* 3. MINOTAURUS *monstrum biforme, ex homine nempe & tauro* 4. MEDUSA *angues gestans pro crinibus.* 5. SCYLLA *utero tenus canibus latrantibus succincta.* 6. SPHYNX *monstrum* Harpyis *non absimile, de quibus supra fol.* 281. 7. GERYON *tergeminus sive triplici constans corpore.* 8. CERBERUS (*de quo supra fol.* 308.) *Canis infernalis tria habens capita* 9. CHYMÆRA *monstrum suprema parte Leo, media parte capra aut, ut alii, ignis, ima vero serpens.* 10. HYDRA *serpens septemplici capite. Ex his aliquot attingit Virgilius l.* 6. *primum Inferni aditum describens:*

Multaque præterea variarum monstra ferarum.
Centauri in foribus stabulant, Scyllæque (5.) biformes.
Et centum geminus (2.) Briareus, ac bellua Lernæ (10.)
Horrendum strident, flammisque armata (9) Chymæra:
Gorgones, Harpyiæque, & forma (7.) tricorporis umbræ;

Quorum omnium synonyma & Epitheta habes ad libri calcem. Ante omnia tamen consulendus INDEX *Tantum hic addam Ovidii locum* 4. *Trist. Eleg.* 7. *qui alia insuper monstra recenset Virgilio supra intacta.*

——credam prius ora Medusæ
Gorgonis (4.) anguineis cincta fuisse comis:
Esse canes (5.) utero sub virginis: esse Chymæram (9.)
A truce quæ flammis separet angue leam.
Quadrupedesque homines (1) cũ pectore pectora junctos:
Tergeminũque (7) virum: tergeminumque canẽ (8.)
Sphyngaque, & Harpyias, serpentipedesq; (2.) Gigantes.
Centimanumque (2) Gygen: semibovemque (3) virũ

MORA.

Ep. Longa, tarda, turpis, fera, deses, iners, segnis, lenta, ignava. Long: mora temporis. Animus moras odit. Surgit, & ignavæ fert male damna moræ Torpuerant longa pectora nostra mora. Erit nostri mora longa laboris *Ovid.* Principiis obsta: sero medicina paratur, Cum mala per longas invaluere moras Nam mora dat vires, teneras mora percoquit uvas, *&c.*

Moras trahere o:

Quæ tantæ tenuere moræ? Nam quæ tam sera moratur segnities? Quæ tardis mora gressibus obstat? Eia age senes rumpe moras. Sedibus iisdem hærere, Non se movere. Fixum manere. Moras rebus addere. *Virg.* Rutulos respectat, & urbem, Cunctaturque metu: *Lucan.* ——gressumque coercens. Languor, in extrema tenui vestigia ripa. *Cunctari. Stare. Hærere.*

Morari sive subsistere.

Figere pedem. Sistere gradum, firmare. Comprimere gressum. *Virg.* Constitit Anchisa satus, & vestigia pressit. Siste gradum, teque aspectu ne subtrahe nostro. Continuitque gradum. Adductis subsistit habenis. In limine portæ substitit. *Phœbus Daphnidi 1. Met.* Nympha precor Peneja mane: non insequor hostis. Nympha mane ——— fugit ocyor aurâ Illa levi, neque ad hæc revocantis verba resistit. *Ibid. Daphnide in laurum conversâ:* Pes, modò tam velox, pigris radicibus hæret.

MORBUS.

Ep. Tristis, mălus, grăvis, mŏlestus, tēter, tetrĭcus, trux, crūdēlis, atrox, pallens, exsanguis, ĭners, *&c.* Pestĭfĕr, lēthĭfĕr, lēthālis, dīrus, mălignus, grassans *&c.* Fædus, obscœnus, turpis, indĕcens, *&c.* Cæcus, lătens, ignōtus, *&c.* Vis morbi. Nefanda morbi sævities. Morbi contagia. Morbi semina. Morborum examina. Triste malum. Dira lues. Variæ pestes. *Virg.* Quàm multæ pecudum pestes. *Ouid.* Principiis obsta, serò medicina paratur, Cum mala per longas invaluêre moras. *Papin. de Medicis:* Donec lethiferas vario medicamine pestes Et suspecta mali ruperunt nubila somni, *&c.* Morbus membra *vel* artus populatur, depascitur: corpus atterit, attenuat: decerpit corpore vires: Latus, renes, caput tentat, excruciat, lancinat, *&c* Malum immedicabile: artes medentum *vel* tentamenta mortalium superans. *Ovid. met.* ——— postquam mortalia cernunt Tentamenta nihil, nihil artes posse medentum; Auxilium cæleste rogant. *Id. albi:* Non est in medico semper relevetur ut æger: Interdum docta plus valet arte malum. *V. supra* MED. cus.

(margin: *Malum.*)

Morbo affici.

Morbo *vel* morbis tentari, vexari, torqueri, premi, affici, confici, corripi, *&c.* Morbo decumbere, cubare. Salutis egere. Salute destitui. Ægrum trahere corpus: languida membra vix cubito levare: lassos *vel* fractos artus insomni toro versare: vix caput sustentare. *Virg.* Tristi languebant corpora morbo. *Id.* ——— omniaque in se Ossa minutatim morbo collapsa trahebant. *Ovid. metam.* Dira lues quondam Latias vitiaverat auras, Pallidaque exangui squallebant corpora morbo.

(margin: *Ægrotare.*)

Morbo affectus.

Invalidus, infirmus. Morbo gravis, languens, afflictus, fractus. Egens salutis. Membris omnibus æger. Grave mor-

(margin: *Æger.*)

morbo, lenta tabe correptus. Artus invalidos, languida membra trahens: ora buxo pallidiora gerens. Orco proximus: Jam Stygias subiturus aquas. *Ovid.* Ad medicum spe-cto venis fugientibus æger: Ultima pars animæ dum mihi restat, ades. *Id.* 3. *Trist.* Nec mea consueto languescent corpora lecto, Nec qui depositum me fleat, ullus erit. *Ubi* OBSERVA *Latinis depositos dici, quorum salus desperata est. Quod Servius aliique natum existimant à ritu prisco, quo morti vicinos ante januas ædium collocabant; ut illic vel spiritum terræ redderent? vel à transeuntibus; si qui fortè simili morbo consuetati fuissent, medelam acciperent. Hoc sensu Cicero in Verr. ait se suscepisse* maximè ægram, ac PROPE DEPOSITAM Reipub. partem. *Et eâdem phrasi Ovid. de seipso 2. de Pont. El.* 2.

Jam PROPE DEPOSITUS, certè jam frigidus æger,
Per te servatus, si modo servor, ero

MORBORUM.

IN ÆGRIS CORPORIBUS EFFECTUS.

1. LANGUOR. *Ep.* Pigĕr, grăvĭs, tristis, ĭners, ignāvus, *&c.* Membra gravans, occupans, alligans. *Sen.* Piger ignavos alligat artus languor. *Lucan.* —— tum frigidus artus. Alligat, atque animum, subducto robore torpor.

2. CIBI FASTIDIUM. *Ovid.* —— positæque movent fastidia mensæ: Et queror, invisi cûm venit hora cibi. *Id.* Sumebant minimos ora coacta cibos.

3 INSOMNIA *Ovid.* —— invisi tædia lecti Vexant insomnia: & nox immensa videtur. *Id.* Nec somni faciles, & nox erat annua nobis.

4 MACIES. *Ov.* Fugerat ore color, macies adduxerat artus. *Id.* Nam neque sunt vires, nec qui color esse solebat: Vix habeo tenuem quæ tegat ossa cutem. *Vide supra* MACIES *fol.* 372.

5 PALLOR. *Ovid.* Concidimus macie, color est sine sanguine. *Id.* Quique per Autumnum percussis frigore primo Est color in foliis, quæ nova læsit hiems; Is mea membra tenet. *V.* PALLESCERE.

MORBORUM.

NOTIORA ALIQUOT GENERA.

1. PESTIS. *Ep.* Sæva, dīra, fœda, ăvĭda, atrox, trux, ignĕă, fŭnesta, damnōsa, lĕthālis, mortĭfĕra, infesta, ĭnĭmīca, mĭsĕranda, ăcerba, fluĭda, tābida, tetra, Stygia, *&c.* Dira lues,

per

per viſcera ſerpens,ſæviens.Lethalis flamma.*Lucan.* Mortifer æſtus.*Lucret,& Sen.* Sacer ignis,viduans civibus urbes; atque arva colonis.Per urbes errans,ſerpens,graſſans. Sævi contagia morbi. *Sil:* ——ſeu dira per omnes Manarent populos,ſævi contagia morbi. *Idem* :—ſedet acta medullis Jam dudum ; & miſeros penitus coquit intima peſtis. ——eſt furtim lento durantia tabo Viſcera , & exurit ſiccatas ſanguine venas. *Manil.*——& lentâ corpora tabe Corripit exuſtis lethalis flamma medullis,Labentes rapiens populos.*Sen.OEd.*Alligat artus languor,& ægro rubor in vultu,maculæque caput ſparſere leves:tum vapor ipſam corporis arcem flammeus urit:Oculiſque rigent,& ſacer ignis paſcitur artus. Reſonant aures,ſtillaque niger naris aduncæ cruor,& venas rumpit hiantes:Intima creber viſcera quaſſat gemitus,&c.*Vide in Indice*:MORTALITAS,*quibus adjice peſte correptos,ut illos deſcribit Ovid.l.7.Met.*

Viſcera torrentur primo,flammæque latentis
Indicium rubor eſt,& ductus anhelitus igni.
Aſpera lingua tumet,tepidiſque arentia venis
Ora patent,auræque graves captantur hiatu.
Non ſtratum,non ulla pati velamina poſſunt:
Tantaque ſunt miſeris inviſi tædia lecti;
Proſiliunt,aut,ſi prohibent conſiſtere vires,
Corpora devolvunt in humum,fugiuntque penates
Quiſque ſuos,ſua cuique domus funeſta videtur.
Aſpiceres flentes alios,terraque jacentes,
Laſſaque verſantes ſupremo lumina motu.
Membraque pendentis tendunt ad limina cœli,
Hic,illic,ubi mors deprênderat,exhalantes.

2.CANCER Dira lues.Tabida peſtis.Per membra ſerpens: artus lento morſu depaſcens.*Mart.l.*1. Indignas premeret peſtis cum tabida fauces,Inque ipſos vultus ſerperet atra lues.*Id.l.*12.———horrida vultus Abſtulit , & tenero ſedit in ore lues:Ipſaque crudeles ederunt oſcula morbi,Nec data ſunt nigris tota labella rogis:*nempe ab ipſo morbo jam adeſa.Deſcribit autem* Mentagram,*puellæ os ac fauces infeſtantem,concluditque non inſcitè:*

Si tam præcipiti fuerant ventura volatu,
Debuerant alia fata venire viâ.
Sed mors vocis iter properavit cludere:blanda
Ne poſſet duras flectere lingua deas.

3.FEBRIS: *Epit.* Ardens,arida,anhela,fervens,calida,vigil

gil,molesta,mala,tremula,&c. *V. suprà* MORBUS. Febris siticulosa.affectum depascens arida corpus. Rapido æstu| sæviens,immodico ardore furens: Ora anhela siti torrens : diris membra fervoribus urens. Torrentur febribus artus. Membra color,fugit ora cibus. Crebra vetant placidas insomnia currere noctes,Urit sitis arida fauces,&c. *Ovid. Ep.* At mihi væ miseræ torrentur febribus artus : Et gravius justo pallia pondus habent. *Iuven. de Quartana, quæ pervicax plerumque, ac diuturna :*

Quid macies ægri veteris,quem tempore longo
Torret QUARTA dies,olimque DOMESTICA febris.

4. PODAGRA. *Ep.* Dura,acuta,sæva,dira,nodosa, tarda,*&c.* Contundens,frangens,stringens articulos. Pedes *vel* manus sævo rigore ligans. Nullis medicabilis herbis. Pæonia majus arte malum. *Ovid.* Tollere nodosam nescit medicina podagram. *M. Vrient* Lassa riget cervix, sine robore brachia torpent: cessat ab officio plena tumore manus,*&c.*

5. HYDROPS. *Epith.* Pallidus, dirus, languidus, fastidiosus, tabificus,*&c.* Aquosus languor. *Hor.* Crescit indulgens sibi dirus hydrops Nec sitim pellit, nisi caussa morbi Fugerit venis,& aquosus albo Corpore languor. *Ovid.* Sic, quibus intumit suffusa venter ab unda ; Quo plus sunt potæ,plus sitiuntur aquæ.

Sed pleniorem tum hujus, tum aliorum quorundam morborum Descriptionem prosecutus est cygnus ille Parthenius pulcherrimè de partu Virg. poëmatis l 3.

Cujus in adventu tristes discedere morbi
Corporibus passim incipient; jam victa repentè
Cessabit,turpeis squamas,maculásque remittet
Dira LUES; lacerósque ELEPHAS effusus in artus,
Ulcera sanguineo sistet manantia tabo.
Quin & lethales (dictu mirabile) FEBRES
Diffugient jussæ,possessaque membra relinquent.
Cedet & infestæ violentior IRA DIANÆ:
Ira nocens,quæ fulminea velut icta ruina,
Corpora cum gemitu ad terram prosternit,& igni
Interdum,nunc perdere aquâ (miserabile visu)
Festinat. Stygio nimirum armata veneno
Exuperat vis,& spumas agit ore tumenteis.
Nec jam ultrà longo vires minuente veterno,
Tabificus peroperta impunè vagabitur HYDROPS,
Exitio obrepens miserorum,atque omnia latè
Viscera per varios perdet tumefacta dolores.

MORS,

ALIAQUE HUC SPECTANTIA.

Ep. Frigida, gelida, pallida, sæva, indomita, ferrea, rigida, fera, immitis, rapax, avida, avara, invida, atra, nigra, horrida, &c. Tristis, misera, funesta, dura, crudelis, flenda, &c. Immatura, acerba, properata, importuna, inopina, &c. Nescia flecti. Surda precantibus. Omnibus æqua. Æquo pulsans pede pauperum tabernas, Regúmque turres. Nullum transiens caput. Omnibus obscuras injicit illa manus, Tenebris Mors adoperta caput. Immiti corpora falce merens. Mortis spicula Duræ inclementia mortis. Improvisa Lethi vis. (*Sen. Herc. Fur.*) Et cùm Mors AVIDIS pallida DENTIBUS, Gentes innumeras Manibus intulit. *Dat morti vastum hiatum sive rictum, quia nullis funeribus exsaturatur. Idem in OEd. insuper alas eidem tribuit, quia scil.* subitò *nec opinantibus obrepit:* Mors alta avidos oris hiatus

Pandit, & omnes explicat ALAS.

Libitina. *Horat. lib.* 3 Non omnis moriar? magnáque pars mei vitabit Libitinam. LIBITINA *Dea [illegible]erum apud Romanos, interdum pro ipsa morte sumitur. Martial lib.* 8. *Ep.* 43.

——— una duos ut Libitina ferat.

Summa dies, suprema dies. Dies supremus fati. Incerta funeris hora. Vitæ meta novissima. Fatalis hora: prece non ullâ movenda. Atra dies. *Ovid.* Cùm volet ilia dies, quæ nil nisi corporis hujus Jus habet, incerti spatium mihi finiat ævi. *Mart. l.* 10. Et cùm supremæ fila venerint horæ, Diésque tardus. *Cùm* FILA *dicit, alludit ad* Parcas *fatorum ministras, vitæ mortisque præsides: quarum* colos *vel* fila *poetæ in Mortis mentione frequenter adhibent, & sæpe pro illa ipsa usurpant. Seneca Herc. Fur.*

Evincas utinam jura feræ Stygis,

PARCARÚMQUE colos irrevocabiles!

Lethũ. Interius Hora Lethi. Lethi janua. Via lethi omnibus calcanda. Dare letho: letho occumbere, &c. Fato nobili, egregio, ignavo, turpi perire, interire, &c. *Cat.* Amissum credens immitti Theseа fato. Tristes obitus. *Ovid.* ——— ultima semper Expectanda dies homini: dicique beatus Ante obitum nemo, supremáque funera, debet. *Virg. Ecl.* ——— tuum etiam Pœni ingemuisse leones Interitum, montesque feri, sylvæque loquuntur.

Funus. Funus acerbum. Funeris hora. *Virg.* Exstinctum flemus crudeli funere Daphnim. ——— quem non virtutis egentem

Rogus. Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo. *Ovid.* Effugiunt stru-

ſtructos carmen honóſque rogos. i. e *non unà cum corpore intereunt. Ductum à more veterum, qui defunctorum corpora non integra, ut nos modò; ſed ubi ſuppoſitis flammis in cinerem redacta erant, tum demum ſepulchro mandabant. Hinc,* poſt cineres *vel* à rogo ſupereſſe *dicunt, quidquid immortale ſive morti intactum ſignificare volunt Ita Prop l. 4. Eleg. 7.*

Sunt aliquid Manes, Lethum non omnia finit:
Luridáque evictos effugit umbra rogos.

MORTIS MINISTRÆ *ſive* PARCÆ.

Ep Laníficæ, nigræ, duræ, ſævæ, ſeriæ, immotæ, avaræ, invidæ, rapaces Sorores laníficæ Stygiæ, fatidicæ. Fatalia nentes ſtamina. Quæ diſpenſant mortalia fata ſorores. Stamina quæ ducunt, volunt, devolvunt, evolvunt: penſa peragunt fatalia. Triplices Sorores. Sororum filatrium. Parcarum coli irrevocabiles. Duræ peragunt penſa ſorores. Nec ſua retro fila revolvunt. *Ovid.* Quæque fatum triplici pollice netis opus. *Sen.* Utinam antè manu grandæva ſuâ Mea rupiſſet ſtamina Clotho! *Claud* Tum demum ferrea ſumet jus in te Lacheſis. *Papin* Florentéſque manu ſcidit Atropos annos PARCÆ *(de quibus plura ſupra V* FATUM *fol* 48.) *tres à poëtis perhibentur Noctis & Erebi filiæ:* CLOTHO, LACHESIS & ATROPOS. *Atque has fingunt vitæ hominum præſidere, eámque fuſis & ſtaminibus ſuis componere: ita ut prima nati vitati præſit, quam propterea volunt colum velleribus veſtire: Altera vitæ totius curſui, quam fuſum verſare fingunt: Tertia denique morti ſive vitæ termino, quæ ſtamen incidit. Verùm poëtæ hæc illarum munia variè confundunt, & ſæpè habent eorum quodlibet uni alicui attribuere: quod patet clariſſimè ex ſupra allatis Auctorum locis. Unde Martialis lib. 9. Ep. 78. quamvis de morte agens, nullam tamen certam nominat.* ——invidit de tribus una ſoror;
Et feſtinatis incidit ſtamina penſis.

Mortem obire.

Mortem ſubire. Morti, letho occumbere. Morte perire. Fatis concedere. Morti ſuccumbere. Diem ſuum *vel* extremo ſua fata die claudere. Placido fine quieſcere. Morte lumina claudere. *Lucan.* — Nec plura locutum Vita fugit, denſæque oculos preſſere tenebræ. *Virg.* Olli dura quies oculos, & ferreus urget Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem. Delere lumen vitale. Linquere lucis auras. *Prop.* Quandocunque igitur noſtros mors claudet ocellos. Vitam relinquere. Homines lucemque reliquit. Animam *vel* Vitam dare, reddere, ponere, deponere, linquere, *Mori. Occidere. Exſtingui, Interire, &c.*

exuere. Animam *vel* vitam exhalare, effundere, expirare, vacuas in auras edere, effundere, dispergere, &c. *Ovid.* Spiritus hic vacuas priùs extenuandus in auras Ibit, & in tepido deferet ossa rogo. Spiritus abit in auras, in ventos recedit, *&c.* Cùm fuero vacuas dilapsus in auras. *Sen. Troad.* Cùm profugo spiritus halitu immistus nebulis cessit in aëra. *Vbi* NOTA *his & similibus modis mortem sæpe à poëtis describi ex opinione quorundam, qui* Animam *volebant ventum esse, qualis Diogenes aliique. Quorum poëtæ Christiani, licèt sententiam contemnant, modum tamen loquendi non rejiciunt. Quam benè; hic non disputo.*

Vitam *vel* ævi spatium finire. Adire mortis iter. Crudelibus occubare umbris. Stygias descendere ad umbras. Ire sub umbras. Extrema suis mandata dare. Dicere novissima verba. Deserere terras. Abire in rogos. Labi in cineres, *&c.*

Venit suprema hora, summa dies. Vita deserit: Fata vocat, metásque dati pervenit ad ævi. Sanguis membra fugit: Deserit artus color. Ad Manes fugit: nec flectere Parcas, aut placare malæ datur aspera Numina Lethes. Jam gelida ora tacent. Nullus in examini corpore sanguis erat. Inque leves abiit paulatim spiritus auras. *Ovid. Met.* Ille caput viridi fessum summisit in herba: Lumina mors clausit. Luctatúsq; diu cruciatos spiritus artus Deserit. *Virg.* ——— omnis & unà Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.

Mori in bello vel *pugna.*

Oppetere. Cadere. Cadere letho, bello. Marte. Fortiter occumbere, animam projicere, ponere, *&c.* Exhalare sub acerbo vulnere vitam. Cruentâ morte perire. Terram petere: terram ore mordere. *Ovid.* ——— rutilum vomit ille cruorem, Et resupinus humum moribundo vertice pulsat. Sanguine defectos cecidit collapsus in artus. —Cúmque animâ cruor est effusus in auras. *Virg.* Confixi exspirant: multo vitam cum sanguine fundunt. Concidit: procubuit moriens. Labitur exanguis, labuntur frigida letho lumina: Vitáque cum gemitu fugit indignata sub umbras. Collapsos artus, atque arma cruenta cerebro Sternit humi moriens. Sanguis ille vomens rivos cadit. Purpuream vomit ille animam, &c. *Vide suprà* MORI, *& infra* OCCIDI.

MORTI PROXIMUS
vulgò
In mortis agone constitutus.

Lethi in medio: media in morte teneri. In limine mortis: extremo sub tempore vitæ. Vicinâ jam morte: immi-

nente tetho. Animam sub morte trahere. Cum morte luctari. Paullatim solvuntur frigore membra: pallor simul occupat ora: vicina languescunt lumina morte. *Martial.* Cùm gravis extremas Vestinus duceret horas, Et jam per Stygias esset iturus aquas. *Prop.* Flens tamen extremis dedit hæc mandara querelis. Cùm moribunda niger tangeret ora liquor. Subitâ caligine mortem accipit. Sanguis abit, mentémque calor, corpúsque reliquit. Summis in labiis, supremo errat in ore Spiritus. Ora jam letho singultantia. *Lucan* 3. Ille caput labens, & jam languentia colla Viso patre, levat: vox fauces nulla solutas Prosequitur, tacito tantùm perit oscula vultu. *Virg. l.* 11. ——— tum frigida toto Paullatim, exsolvit se corpore; lentáque colla, Et captum letho posuit caput. Tenebris nigrescunt omnia circum. Lethæa subeunt oblivia mentem: Mors atra cavâ circumvolat umbrâ. Lethalis hyems paullatim in pectora venit, &c.

MORTUUS.

Functus vitâ. Lumine cassus. Cui jucundum lumen ademptum. Cœlestibus auris defunctus. Exstinctus funere. Corpore solutus. Fatis ereptus. Morte peremptus. Multis ille quidem flebilis occidit: Morti concessit amaræ: Vitam reliquit. Nec jam ampliùs æthere nostro vescitur. Spiritus vacuas dilapsus in auras. *Ovid.* Sive ego, quod nollem, longis consumptus ab annis, Sive manu factâ morte solutus ero. *Virg.* ——— tum vita per auras Concessit propera ad manes, corpúsque reliquit. Esse inter Manes: ire per umbras: Lethen bibere, &c. Flebile funus. Corpus exanimum. Corpora luce carentia. Defunctáque corpora vitâ. Spoliatum lumine corpus: æternâ damnatum nocte. *Vide* CORPUS EXANIME *fol.* 173.

Exstinctus. *Exanimis.*

Post mortem.

A morte. Post obitum. Post cineres. *Prop. l.* 2. Postquam suppositus cinerem me fecerit ardor. Cùm cinis, absumpto corpore factus ero. Cùm stamina vitæ ruperit de tribus una soror. *Virg.* Et cùm frigida mors animâ seduxerit artus. Vitæ peracto curriculo brevis Cùm permenso defunctus tempore lucis, Lethæam vatem conscendero. *Senec. Troad.* Cùm conjux oculis imposuit manum, Supremúsque dies Solibus obstitit. *Vbi* OBSERVA *Morem veterum solemnem, ut conjuges, parentes, liberi, proximi denique aut amici, morientium oculos manu suâ clauderent Hinc Ariadna deserta & amicis omnibus destituta apud Ovid. in Ep.*

Ergo ego nec matris lacrymas moritura videbo;
Nec, mea qui digitis lumina condat, erit.

MULIER.

Femina. *Ep.* Levis, inconstans, timida, imbellis, mutabilis, *&c* Formosa, pulchra, casta, proba, *&c.* Improba, mala, garrula, callida, dolosa, fallax, *&c.* Impotens animi Sine pondere. *Ovid.* ——Mens est mutabilis illis. *Propert. lib.* 2. Nulla diu femina pondus habet. *Virgil.* 4 *Æneid.* Varium ac mutabile semper femina. *Tib. lib.* 3. Crudele genus, nec fidum femina nomen. Sexus infirmus. *Sen. Ort.* ——— dedit natura cui pronum malo Animum; ad nocendum pectus instruxit dolis, Sed vim negavit, &c. *Mart. lib.* 4. Atque inter Latias gloria prima nurus *Ovid. de electris*:—— Nuribus mittit gestanda Latinis, *i. e. Feminis Latinis Nam interdum pro toto sexu sumitur, præcipuè tamen pro conjugatis, ut &* Matris nomen. *Virg. l.* 12.

Nurus.

Tum studio effusæ matres, & vulgus inermum
Invalidique senes ———

MULIEBRES ARTES:

1. Lanificium generatim. Ars Palladis. Ars lanifica. Opus Minervæ *Virg.* Operum haud ignara Minervæ. Lanificæ non cedere laudibus artis. *Ovid* 6. *Met.* Sive rudem primos lanam glomerabat in orbes, Seu digitis subigebat opus, repetitaque longo Vellera mollibat nebulas æquantia tractu, *Id.* ——— tibi fama petatur Inter mortales faciendæ maxima lanæ Est mihi quæ lanas molliat apta, manus. Lanam trahere, ducere. Lanam mollire trahendo. Lanificam imponere manum, *&c.*

2. Nere. Plenas exonerare colos. Versare pollice fusum. Fusis pensa devolvere. Stamina pollice torquere, digitis versare, trahere: motis digitis, versato ducere fuso. *Tib.* Hinc & femineus labor est, hinc pensa, colusque, Fusus & apposito pollice versat opus. *Ovid. Epist.* Nos humiles famulæque tuæ data pensa trahemus, Et minuent plenas stamina nostra colos: *idem*: Æquaque formosæ pensa rependit heræ Famulæ data pensa trahebant. *Virg. l* 8. *de sedulitate* *familias*:———— ceu femina primum Ceu tolerare colo vitam, tenuique Minervâ; Impositum cinerem & sopitos suscitat ignes, Noctem addens operi, famulasque ad lumina longo exercet penso: castum ut servare cubile Conjugis, & possit parvos educere natos.

3. Texere. Radio telas *vel* stantis stamina telæ percurrere, pectine denfare, percutere. Stamina telæ sociare, pectine percurrere. Auro telam discernere. *Ovid.* Illa etiam sta-

tes radio percurrere telas Erudit, & rarum pectine densat opus. *Virg.* 11, Tum geminas vestes, ostróque auróque rigentes Extulit Æneas, quas illi læta laborum Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido Fecerat, & tenui telas discreverat auro *Cetera ad hanc rem spectantia peti possunt ex Ovid. absolutissimo loco 6. Metam. Vbi Arachnem & Minervam texturæ intentas describit;*

Haud mora, consistunt diversis partibus ambæ,
Et gracili geminas intendunt stamine telas.
Tela jugo juncta est, stamen secernit arundo.
Inseritur medium radiis subtegmen acutis.
Quod digiti expediunt, atque inter stamina ductum,
Percusso feriunt inserti pectine dentes
Utraque festinat, cinctæque ad pectora vestes,
Brachia docta movent studio fallente laborem.
Illic & Tyrium quæ purpura sensit ahenum
Texitur, & tenues parvi discriminis umbræ:
Illic & lentum filis immittitur aurum,
Et vetus in tela deducitur argumentum.

MULIERES

LANIFICIO AC TEXTURA NOBILES.

1. MINERVA, *quæ propterea à Virg. l.* 8. *pro ipso* lanificio, *& à Propertio infra citando pro* texendi arte *ponitur. Quippe Artium omnium præses: nec bello solùm, sed & pace ac mittoribus his studiis nota. Vnde lucem accipit Claudiani sarcasmus in Eutropium eunuchum:*

———— quid te, turpissime, bellis
Ingeris, aut sævis pertentas Pallada campis?
Tu potes ALTERIUS studiis hærere MINERVÆ:
Tu telas, non tela pati: tu stamina nôsse,
Et niveam Dominæ pensis involvere lanam.

2. ARACHNE, *Mulier Lydia, Idmonis filia, quæ ausa est Minervam in certamen vocare: à qua radio percussa, cùm laqueo se præfocasset, in araneam mutata est. De quo vide supra fol.* 43. Idmonia *dicitur à patre*; puella Lyda *à patria. Artis ejus meminit & Iuven. sat.* 2.

———— vos tenui prægnantem stamine fusum
Penelope melius, levius torquetis ARACHNE.

3. PENELOPE *Vlyssis uxor, Icarii filia, unde ipsa* Icariotis, *&* Icariotidem telam *dixit Ovid. Hæc marito ad Trojam pugnante, cùm à variis magnisq; procis flagitaretur; ab iisdem impetravit, ne se cuiquam illorum nubere cogerent, donec telam, quam exorsa erat, pertexuisset. Dum autem, quod ante texuerat,*

xuerat, noctu rete xit; spem illorum in mariti adventum protu-lit. Vnde post Penelopes tēla, *in proverbium abiit : de qua Prop. l. 2. El. 9.*

Conjugium falsa poterat differre Minervâ,
Nocturno solvens texta diurna dolo.

MULIEBRIS MUNDUS.

1. Fucus. *Epith.* Vanus, mendax, splendens, fallax. Quæsitus color, peregrinus. Medicamina vultus, faciei. Exotica pigmenta. Externus nitor. *Prop.* Externo tincta nitore caput. Picta venena. Compositi, quos celat capsa, colores. Arma medicandis vultibus, tingendis, pingendis. Genas fuco excolere. Nativum fucare colorem. Fucata genas; saturo fucata colore. Deformes ore fugare notas. Colla genásque comere. *Manil.* Illis cura sui vultus, frontísque decoræ Semper erit. *Tib.* Quid fuco splendente genas ornasse? quid ungues Artificis doctâ subsecuisse manu? *Ovid.* ——— compositis sua cum linit ora venenis, Pixides invenias & rerum mille colores, Et fluere in tepidos œsipa lapsa sinus. *Id. de Medicamine faciei:* Nec cerussa tibi, nec nitri spuma rubentis Desit, &c. *Posterioribus his verbis* purpurissum *describit, quod roseum genis colorem conciliabat, ut candidum* cerussa. *Hæc unà cum aliis pigmentis* Medicamina *Latinis dicuntur à* medicando, i. e. *linendo, tingendo. Adde his terram,* Chiam, Samiam, cretam Cimoliam, panem madidum *ex oryza aut fabis*: OEsipa, Halcyonea, *aliáque sexcenta, cuti mulierum lævigandæ aut pingendæ reperta, ut merito Iuven. sat. 6.*

Sed quæ mutatis inducitur atque fovetur
Tot medicaminibus, coctæque siliginis offas
Accipit & madidæ; FACIES dicetur, an ULCUS?

2. CAPILLORUM ORNATUS. Ferro *vel* calamistro crines flectere, vibrare: myrrhâ & odoribus perfundere: acu discriminare: pectine deducere. *Ovid. de capillis.* Non acus ornavit, non vallum pectinis illos. *Virg.* ——— crines Vibrati calido ferro, myrrháque madentes. *V.* CAPILLUM COMERE *fol* 135. Crinibus emptis, mercato cultu formam augere; nec sincere in propriis membra nitere bonis. *Ovid ad puellam:* Jam tibi captivos mittit Germania crines, Culta triumphatæ munera gentis habes. *Vides ab usque Germania nostra mulieres Romanas comam petivisse. Quid mirum? Laudabant illa ante alios capillum rutilum ac flavum. Tales*

antiqua

autem antiqui omnes scriptores attribuunt Sicambris, Batavis. Mattiacis, *omnibus denique Germanis, è quibus nonnulli naturalem illorum* flavedinem *arte insuper ac studio magis incendebant. Hinc* pilæ Mattiacæ *ex sapone, apud Mart, Claud. de Suevorum Ducib.*——— crinigero flaventes vertice reges, *Et Sil. l.* 3.

Attu transcendes Germanicè facta tuorum,
Jam puer AURICOMO performidate Batavo.

3. CULTUS VARIUS. *Ep.* Dēcōrus, nĭtĭdus, dĕcens, sūperbus, nĭtens, magnĭfĭcus, luxŭrians. Cultúque superbo Pendebant niveo gemmata monilia collo Cultúque ornata decenti. Cultu gestare decoros. ——— nulli cessura Dearum Occurrit juveni mulier: non cultus in illa Segnior effigie, variis nam purpura gemmis Intertexta tegit. *Claud.* ——— ora puellæ, Spe propriore tori, mater solertior ornat Adveniente proco, vestésque, & cingula comit Sæpe manu, viridíque angustat jaspide pectus: Substringítque comam gemmis, & colla monili Circuit, & baccis onerat candentibus aures. *Prop.* Quid juvat ornato procedere vita capillo; Naturæque decus mercato perdere cultu? MUNDUM muliebrem *vocârunt antiqui munditias, ornatúm, & cultus, quibus feminæ gaudent. Plautus in his numerat* volsellas, pectinem, speculum, calamistrum. *Plura recensentur alibi à Prudentio, nempe:*

——— ——— crinalis acus, redimicula vittæ.
Fibula, flammeolum, strophium, diadema, monile.

4. SPECULUM. *Ep.* Nĭtens, nĭtĭdum, cōruscum, mĭcans, lævе, lævātum, mendax, *&c.* Nitido splendore coruscans; auro gemmato nobile: acceptas referens formas: spectanti simulacra remittens, *&c.* Orbis speculi. Lævati speculi nitor. Oppositum speculi æquor: plana speculorum, *&c.* Speculum consulere; Speculum *vel* se in speculo videre. *Ovid. ad formosas:* Tempus erit, quo vos speculum vidisse pigebit *Nempe, ubi jam turpe senium formæ prioris venustatem defloraverit. De quo idem l. 3. Trist. el. 7.*

Cúmque aliquis dicet; Fuit hæc formosa: dolebis,
Et speculum mendax esse querêre tuum.

MULTITUDO *sive* TURBA.

Unda vulgi. Turba frequens. Agmina densa virûm. Longus ordo virorum. Collecta undique pubes: manus in-

Cœtus. gens: densa cohors. Huc omnis turba effusa ruebat: Matres atque viri, pueri innuptæque puellæ. Millia multa. Innumeræ circa gentes. Magna comitante catervâ. Densa circumvallante corona. Cœtus densus. *Virg.* Læto regalia cœtu atria complentur. *Id,*1 *Georg.* Manè salutantum totis vomit ædibus undam. *Papin.*2. *Th* Unda fremit vulgi. *Apul. de formicis*: Sepedum populorum undæ. *Vbi* OBSERVA *& aliis auctoribus* populum *vocari cœtum sive turbam. Seneca Philosophus*: Populum amicorum describere; *Seneca tragicus in Troad.* Dulce mœrentum populus dolentum, i e. *multitudo Lucan.l.*10.

Tunc famulæ numerus turbæ, populúsque minister,

Multitudinis confusæ ac strepentis SONUS.

Murmur. MURMUR: *Ep.* Confusum, dissonum, cæcum, rabiosum, stridens, *&c.* Confusæ sonus urbis, atque illætabile murmur. Fremit omnis murmure campus. Circumstant fremitu densæ. *Ovid. Met.* Qualia succinctis, ubi trux insibilat Eurus, *Fremitus.* Murmura pinetis fiunt: aut qualia fluctus Æquorei faciunt, si quis procul audiat illos; Tale sonat populus sed per confusa trementis Verba tamen populi vox eminet una, &c. *Id.* Confremuêre omnes. —— qui postquam voce manúque Murmura compressit, tenuêre silentia cuncti. *Vide suprà* CLAMOR *fol.*154.

COMPARATIONES:

1. MULTITUDINIS *sive* TURBÆ *densioris confluxum comparat Virg.l.*6 *Æn. cum foliis autumni tempore cadentibus;* Item *cum avibus, quæ instante hieme in unum simul locum convenientes abitum in alias terras meditantur.*

Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat:
Quàm multa in silvis, autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia: aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.

2. *Cum floribus Hyblæ Ionii maris fluctibus comparat. Sen. OEd.*

Nec vere flores Hybla tot medio creat;
Fluctúsque non tot frangit Ionium mare.

3. *Cum Apibus quoque comparavit Virg l.*6. *Æn.*

Hunc circum innumeræ gentes, populíque volabant:
Ac veluti in pratis, ubi apes æstate serenâ
Floribus insidunt variis, & candida circum
Lilia funduntur, strepit omnis murmure campus.

4. Ea-

4. *Eâdem ratione comparari potest cum formicis, undequaque grana auferentibus, dum hiemi venturæ ingenti curâ prospiciunt. Ovid. 5. Trist. El. 6.*

Quam multæ gracili terrena sub horrea ferre
Limite, Formicæ, grana reperta solent.

MUNDUS.

Epith. Immensus, vastus, căpax, spătiosus, ingens, *&c.* Orbis, mundi fabrica, machina, globus. Mundi operosa moles. Opus magni mirabile mundi. Terræ ac maria. Quæ mare, quæ terras, quæ totum possidet orbem *Ovid. 2. Met.* Si freta, si terræ pereunt, si regia cœli; In Chaos antiquum confundimur. *Virg 6. Æn.* Terrasque, tractúsque maris, cœlúmque profundum. *Ovid. 1. de Chao*: Lucidus hic aër, & quæ tria corpora restant, Ignis, aqua, tellus, unus acervus erant. *Ibidem*: Quicquid ubique vides, cœlum, mare, nubila, tellus. *Ubi* OBSERVA *poetas mundi fabricam dividere nunc in quatuor membra sive Elementa; nempe* Aquam, Terram, Aërem, Ignem *nunc in tria tantùm; nempe* Terram, Aquam, Cœlum; *atque tum* Cœli *nomine Aërem simul & Ignem intelligere. Quamquam non ignorò* Cœlum *interdum pro solo Aere poni, atque ita explicari à Sabino Virg. l. 6. in nobili illa mundi sive Naturæ descriptione,*

Principiò cœlum ac terras, campósque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ Titaniaque astra
Spiritus intus alit, totámque infusa per artus.
MENS agitat molem, & magno se corpore miscet.

Per totum Mundum.

Mundum per omnem. Quâ terra patet. Quâ latam Nereus cerulus ambit humum. Qua Sol utrumque recurrens aspicit Oceanum. *Sen.* ——— —cujus excussum manu Utræque Phœbi sentiunt fulmen domus. *Ovid Ep. 9.* Se tibi pars terræ, tibi se tota æquora debent: implêsti meritis Solis utramque domum. *Virg.* Quæ regio in terris nostri non plena laboris? *Ovid de Cerere filiam quærente:* ——— natam Solis ab occasu, Solis quærebat ad ortus, Præteritus Cereri nullus in orbe locus, *&c. Adde his Ovidii locum ex 4. de Pont. el. 9 admonentis maledicum, ne pergat absentem lædere.*

Nostra per immensas ibunt præconia gentes:
Quodque querar, notum, quà patet orbis, erit.
Ibit ad occasum, quidquid dicemus ab ortu,
Testis & Hesperiæ vocis Eous erit.

Trans

Trans ego tellurem,trans altas audiat undas
Et gemitûs vox est magna futura mei.

Mundi exordium.

Mundi incunabula, rudimenta, primordia, origo. Mundus recens,nascens. A prima nascentis origine mundi. Ab orbis usque infantia. Post nati exordia mundi. Cùm mundus jam tener & lactens, pueríque simillimus ævo. *Ovid.* Nondum cæsa suis peregrinum ut viseret orbem Montibus, in liquidas pinus descenderat undas,&c. *Vide* ÆTAS AUREA *fol.*8.

MUSÆ.

Camœnæ, Aonides. Pierides, Castalides. Thespiades Aganippides. Pegasides. Heliconiades. Pimpleides. &c.

Ep. Doctæ,dulces,sacræ,sanctæ,vocales,dulcisonæ,castæ, teneræ, memores, aoniæ, Castaliæ,*&c.* Sorores Aoniæ, Castaliæ,Heliconiæ.Aoniæ virgines;Castaliæ puellæ.Aonius chorus. Aonii turba novena jugi. Heliconia turba. Heliconis numina. Camœnarum grex. Docti chors Heliconia Phœbi.Doctæ Jovis natæ Mnemosynes filiæ,puellæ.Helicona colentes;Heliconis alumnæ. Hyantiæ sorores: præsentia numina vatum. Parnassi juga sacra colentes : cinctæ Parnasside lauro. Pimpleæ Divæ. Thespiadum chorus. Nymphæ Libethridum. Quæ fontes colunt Aganippidos, Pieridum,Pegasidum.Heliconiadum chorus,*&c.* Ter tres puellæ.Doctæ virgines. Novem sorores.*Mart.l.*2. Quid mihi vobiscum est,ô Phœbe, novémque sorores? Ecce nocet vati Musa jocosa suo. *Ovid.*2. *Trist.* Si saperem, doctas odissem jure sorores, Numina cultori perniciosa suo. MUSAS *poëtæ novem fingunt, Iove & Mnemosyne genitas:variarum scientiarum, ac præcipuè carminis tùm poëtici,tùm symphoniaci præsides.Harum nomina sunt:*

CLIO, quæ historias condit.
MELPOMENE, quæ Tragœdias scribit.
THALIA, quæ præest Comœdiis.
EUTERPE, Tibiarum inventrix.
TERPSICHORE, quæ Choreis & Citharæ præsidet.
ERATO, quæ Lyram & res amatorias tractat.
CALLIOPE, Carminis heroici conditrix.
URANIE, Astronomiæ inventrix.
POLYMNIA, Actioni & Histrionicæ præsidens.

OBSERVANDUM *verò poëtis harum nomina atq; munia sæpenumero confundere,atq; Musam pro Musa usurpare: Non rarò etiam propriè accipere, & inventis suis distinguere. Ita fecisse Virgilium conjicio l.b.7. Æn.ubi ab illo* ERATO (*quæ* ἀπὸ ἔρωτος,*i.e. ab amore dicta est*) *invocatur : ad bellum nempe*

nempe describendum, quòd ex nuptiarum procatione & Turni amoribus *originem duxerat De Ovidio nihil ambigendum est, qui, cur hanc præaliis invocet, per se ipse rationem reddit:*

Nunc mihi, si quando, puer & Cytheræa, favete:
Nunc ERATO; nam tu nomen amoris habes.

Horatius *quoque l. 1. ode 1. de.* EUTERPE *loquens Tibiarum meminit, quarum illa inventrix:*

——— — si neque Tibias
EUTERPE cohibet.

Similiter *Claudianus in Malli Theodori consulatu Astronomiæ inprimis dediti, elegit cum judicio, quam è Musis loquentem induceret:*

URANIE redimita comas, quâ sæpe magistrâ
Mallius igniferos radio descripserat axes;

MUSARUM INVENTA

Carmine (ut volunt) Maroniano comprehensa.

CLIO gesta canens, transactis tempora reddit.
MELPOMENE tragico proclamat mœsta boatu.
Comica lascivo gaudet sermone THALIA.
Dulciloquis calamos EUTERPE flatibus urget.
TERPSICHORE affectus citharis movet, imperat, auget.
Plectra gerens ERATO, saltat pede, carmine, vultu.
Carmina CALLIOPE libris heroica mandat.
URANIE cœli motus scrutatur, & astra.
Signat cuncta manu, loquitur POLYMNYA gestu.

MUSARUM SEDES

sive

LOCA VARIA MUSIS CONSECRATA.

1. AONIA *montosa, Bœotiæ regio, Phocidi vicina ac tota Musis sacra, Bœotia verò olim etiam* Hyantis *dicta fuit. Hinc Musæ* Hyantides, Hyantiæ sorores, Aoniæ, Aonides *dictæ: & ipsarum sedes*, Aonii montes, Aonius lacus, Aoniæ silvæ, umbræ, valles, arva, undæ. Musarum antra: Aonia juga, Aonius vertex, Aoniæ rupes, Aonidum loca. Loca Musis culta, habitata, *&c.*

2. PARNASSUS & HELICON, *montes Musis consecrati: ille in Phocide regione Bœotiæ, hic propè Phocidem. Parnasso duo fuère vertices,* Cyrrha & Nysa: *quorum hunc Baccho, illum Apollini sacrum faciunt. Hinc Parnassus* biceps, bicornis, bivertex, geminus, &c. *Lucan. l. 5.* Parnassus gemino petit æthera

thera colle, Mons Bromio, Phœbóque sacer. *Sen.* OEd. Gemina Parnassi arx. Biverticis Parnassi umbra. Sacra Parnassi juga. Parnassi vertex bicornis *Ovid.* 1. *Met.* Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus, Nomine Parnassus, superátque cacumine nubes.

HELICON. Collis Heliconius. Heliconia culmina. Heliconis juga, floribus picta, musco virentia: Pieridum pede trita, &c. *Prop.* Me juvat in prima coluisse Helicona juventâ, Musarúmque choris implicuisse manum. *Id.* Visus eram molli recubare Heliconis in umbra, Bellerophontæi quà fluit humor equi.

3. CASTALIA & AGANIPPE, *fontes musis sacri, ille ad Parnassi radices, hic vero non procul ab Helicone. A quibus musæ* Castalides & Aganippides *dicuntur. Atque hunc quidem fabulantur poëtæ excitatum esse ungulâ* Pegasi, *equi Bellerophontis: unde ipse fons Græcis* Hippocrene, *Latinis verò* caballinus *dictus est,* & Bellerophontæus; *ipsæ verò musæ* PEGASIDES. Aquæ Castaliæ. Castalius fons. Pierius humor. Fontis lympha Castalii. Castalii latices, lacus. Docti amnes, unde novem bibunt sorores, &c. Unda Aganippæa. Fons Medusæus, caballinus. *Pers.* Nec fonte labra prolui caballino, Nec in bicipiti somniasse Parnasso memini. Fons Permessius, Heliconius. Humor *vel* latex Bellerophontæus. Pegasis unda: Ungula Gorgonei quam cava fecit equi. PEGASUS, *Equus alatus, natus fingitur è sanguine Medusæ, unâ Gorgonum: ut narrat Ovid.* 5 *Met. unde ipse poëtis* Medusæus & Gorgoneus. *Ovid.* 5. *Fast. ad musas.*

Dicite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes,
Grata Medusæi signa tenetis equi.

4. LOCA *præterea musis sacra, à quibus etiam varia nomina sortiuntur, sunt hæc sequentia:* Thespii, *civitas Bœotiæ.* Pierius, *mons Thessaliæ, in quo natæ feruntur.* Pindus, *mons Thessaliæ, Apollini & musis sacer.* Pimpla & Libethra *montes in Thracia, vel, ut alii volunt, fontes, Virg. Ecl.* 7.

Nymphæ, noster amor, Libethrides; aut mihi carmen
Quale meo Codro, concedite.——

MUSARUM AC BONARUM ARTIUM STUDIUM.

Musas colere. Pieridum castra sequi. Se musis, Musarum choro, Aoniis virginibus sacrare, addicere, dare, consecrare. Musarum sacra tractare, colere, frequentare. Pieriis invigilare choris. Phœbum musásque sequi. Musis vacare.

An-

Annos suos *vel* ætatem musis vovere. Ingenuis artibus pectus imbuere. Viridi ab ævo doctas animum per artes excolere, exercere. Musarum adsuescere castris. Doctarum sacra sororum non segni pectore amplecti, colereç. *Ovid. de seipso scribens l. 4. Trist.*

At mihi jam puero cœlestia sacra placebant;
  Inque suum furtim Musa trahebat opus:
Et petere Aoniæ suadebant tuta sorores
  Otia, judicio semper amata meo.

Studiis dare tempora; noctes diésque impendere, omne ævum transigere. Musas omni sedulitate colere. Studiis numquam frena remittere, laxare. Nunquam cessare. Musarum amore flagrare, incendi. *Hor.* Intendes animum studiis & rebus honestis. *Ovid.* Adde, quod ingenuas didicisse fideliter artes, Emollit mores, nec sinet esse feros. *Hinc Latini (Agellio teste)* Humanitatem *appellârunt eruditionem institutionemque in bonas artes sive musarum studia: quòd, qui eas sinceriter cupiunt, appetúntque, ii sunt vel maximè humanissimi. Ovidius l. 1. de Pont. El. 7. ad Gracinum:*

Non cadit in mores feritas inamabilis istos,
  Nec minus à studiis dissidet illa tuis.
Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,
  Pectora mollescunt, asperitásque fugit.

MUSICA,

ALIAQUE HUC SPECTANTIA.

Vocum discordia concors Vocum grata discrimina. Dulcisoni modulamina cantûs. Moduli musici. Numeri dulcisoni. Festi concentus. Lætæ voces, *&c.* Curarum dulce levamen. Docta animos dulcibus modis movere: apta curas fugare pectora mulcere, tristitiam pellere, *&c.* MUSICESCIE, *olim apud Græcos inter exercitationes erat liberales sive puero ingenuo dignas Unde adolescens apud Terent.*

Fac periculum in litteris, in palæstra, in musicis:
Quæ LIBERUM est æquum scire ADOLESCENTEM,
  sollertem dabo.

CANTUS & CANERE.

Ep. Lætus, dulcis, suāvis, rĕsŏnus, argūtus, dulcisŏnus, trĕmŭlus, festīvus, hĭlăris, *&c.* Lętum murmur. Vocis modulamen. Dulce carmen, *&c.* Ille canor natas mulcendus ad aures, Tantáque dos oris. Soni canori: dulcisonum melos. Cantus dare, edere, sonare, intonare. Cantu *vel* carmen dulci gutture promere, ore querulo referre, voce tinnula concinere. Cantu *Carmē. Canor. Modulamen. Modi. Concentus.*

aërem

aërem *vel* domum mulcere, personare. Argutâ modulari carmina voce. Lætis vocibus, cantu sonoro aërem ferire: concentibus latè loca implere. Liquidum fundere ab ore melos, voces inflectere cantu Ora vocalia movere, Doctas anteire canendo Aonides. Cantu lætitiam testari, Deum celebrare, mœstitiam levare, *&c.* In dulces modulos vocem flectere: lætos ore ciere modos: fundere cantus: lætas ad sidera voces tollere, *&c.* Cantu otia fallere, curas *vel* laborem solari. *Huc spectat locus Ov. non inamœnus 4. Trist. El. 1. Ubi cùm dixisset se carminibus operâ dare, non Famæ colligendæ causa, verùm ut, quâ posset arte, mala sua levaret; subdit deinde:*

Hoc est, cur cantet vinctus quoque compede fossor,
 Indocili numero cum grave mollit opus,
Cantat & innitens limosæ pronus arenæ,
 Adverso tardam qui trahit amne ratem.
Quíque refert pariter lentos ad pectora remos,
 In numerum pulsa brachia versat aquâ.
Fessus ut incubuit baculo, saxóque resedit
 Pastor, arundineo carmine mulcet oves.
Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis
 Fallitur ancillæ decipitúrque labor.

MUSICIS INSTRUMENTIS CANERE.

Tubam *vel* tibiam inflare, spiritu *vel* flamine animare. Tibiâ sonare, canere, murmur gratum edere, obstrepere. Buxea cùm lætos effundit tibia cantus. Tibia cùm teneros fundit eburna modos. Multiforæ murmure tibiæ aërem mulcere. *Porrò* TUBAM TIBIAM, FISTULAM. *V. supra fol.* 138. *vetus Epigramma:*

Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca queruntur,
 Quodque foraminibus tibia mille sonat.

Cymbala concava, ærea, rauca pulsare; tundere, manu ferire, dextrâ concrepare. Cymbalorum tinnitu, læti canore cymbali loca implere. *Prop. l.* 3. Tundet ad Idæos cymbala rauca sonos.

Testudinem, barbiton, chelyn sollicitare, digitis percutere plectro eburno pulsare, Threiciam digitis increpuisse lyram. Cithara aurata personare. Nabliis, lyrísque blandè garrulis Deum laudare, templa mulcere, &c. *Vide de his plura supra fol* 138. 139 *Hic tantùm* OBSERVA *poëtas sæpe sub finem convivii inducere juvenem aliquem, qui Deorum aut fortium virorum laudes ad citharam decantet.* Talis Jopas *ille apud Virg. l.* 1. *Æn.* Theutras *apud Sil. Ital. l.* 11.

Con-

Concordem citharæ movit per carmina linguam:
Atque hæc è multis carpsit mollissima MENSÆ
Facta antiqua virûm, placidas quêis mulceat aures.

MUSICI *sive* CITHAROEDI

POETARUM FABULIS CELEBRES.

1. ORPHEUS. *Epit* Vŏcālis, cănorus, doctus, Thracius, Threĭcius, Gĕtĭcus, Rhŏdŏpējus, *&c* Vates Ismarius. Senex Odrysius. Thrax citharœdus. Vates Bistonius. Nervis citharâque potens: blandus testudine. Auritas ducens testudine quercus. Diis genitus vates, qui potuit tigres comitesque silvas ducere, trahere, *&c.* —amissa qui conjuge mœstus, Ad Styga Tænaria est ausus descendere porta. *Sen. Herc. fur.* Immites potuit flectere cantibus umbrarum dominos Orpheus, Eurydicem dum repetit suam *Id. Herc. OEt.* Tangens Threïciam chelym Orpheus, Calliopæ genus: Cujus ad chordas modulante plectro restitit torrens: Cui, suo cantu volucris relicto adfuit, tota comitante silvâ. *Prop. l.* 3. Orphea detinuisse feras, & concita dicunt, Flumina Threïcia sustinuisse lyrâ. *Ovid.* 10. *Met.* Carmine dum tali silvas, animosque ferarum Threïcius vates & saxa sequentia traxit. ORPHEUS *Apollinis & Calliopes Musa filius à poëtis Inferos adisse fingitur, atque ab iis cantu suo uxorem Euridicem exorasse Cùmq; populares suos, homines agrestes, & belluarum propè ritu viventes, vi rationis ad meliorem vitæ cultum redegisset; dictus est à poëtis arbores, fluvios, saxa, feras dulcedine cantûs delinita ad se attraxisse. Hor. in Arte*:

Silvestres homines sacer, interpresque Deorum
Cædibus, & victu fœdo deterruit ORPHEUS:
Dictus ob hoc lenire tigres, rapidosque leones.

2. AMPHION. Vates Aonius: Thebanæ conditor arcis. Vates Dircæus; canoro saxa modulatu trahens: ducens duras testudine cautes: potens Aonia saxa animare lyra Qui lapides canendo movit. Cujus cantu permota saxa Fecerunt muros officiosa novos. *Pap.* 8. *Th.*—Tyriam reptantia saxa Ad chelyn, & duras animantem Amphiona cautes. *Sen OEd.*—— ——manuque sustinet læva chelyn, Qui saxa dulci traxit Amphion sono. AMPHION *Iove & Antiopâ genitus, qui cùm eloquii suavitate homines ex silvis & incultis locis in unum coegisset, & Thebanam urbem condere persuasisset, finxerunt poëtæ ad ejus cantum saxa & scopulos undequaque accurrisse, atque sic temerè inter se conjuncta muros Thebanos constituisse. Unde Iocasta apud Sen. Polynicem alloquens Thebanis bellum inferre meditantem;*

——— ———poteris has Amphionis
Quassare moles, nulla quas struxit manus
Stridente tardum machinâ ducens opus,
Sed convocatus, vocis & citharæ sono,
Per se ipse turres venit in summas lapis.

3. ARION. Vates Methymnæus: Lyricis modis nobilis: Lesbio carmine currentes ille tenebat aquas. Cujus Lyra piscibus audita est: Dum mulcet pandos tumidis Delphinas in undis. —quem citharæ tangentem fila canoræ Impositum dorso vexit per cærula Delphin, *Mart l* 8 Sic Methymnæo gavisus Arione Delphin, Languida non tacitum per freta vexit onus. ARION *poëta lyricus & Citharœdus excellens, cùm ob ingentes pecunias, quas secum in patriam deferrebat, insidias sibi à nautis parari videret, sumptâ lyrâ modulans in mare desilit, cujus cantu allectus Delphin, dorso exceptum portavit ad littus.* Non *defuerunt, olim qui hæc ad veram historiam referrent, quibus favere possunt quæ de voluptate* Delphinorum *erga Musicam passim leguntur. Ovidius nihilominus pro commento habet, & in fabulis numerandum censet.*

Quamvis mutus erat, voci favisse putatur
PISCIS, Arioniæ fabula nota lyræ.

MUTARI IN ALIAM FORMAM *sive* METAMORPHOSIS.

Figuram variare, novare, mutare, exuere, perdere. Nulli tenere veteris vestigia formæ. Novam formam, speciem, figuram subire, accipere, induere, sumere, assumere, *&c.* In novas species mutari, transferri: in alios vultus transformari Mutatâ figurâ alium imitari, alterius vultus induere. *Virg. l.* 7 Quos hominum ex facie Dea sæva potentibus herbis Induerat Circe in vultus ac terga ferarum. —formamque novat vultumque virilem Induit, &c. *Adde his desultoriam Metamorphosim* PROTEI *Dei marini, de quo Ovid. lib. 8. Met.*

Sunt, quibus in plures jus est transire figuras:
Ut tibi, complexi terram maris incola PROTEU.
Nam modò te juvenem, modò te videre Leonem:
Nunc violentus aper, nunc quem tetigisse timerent,
Anguis eras, modò te faciebant cornua taurum.
Sæpe lapis poteras, arbor quoque sæpe videri:
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras, interdum undis contrarius ignis.

Fuit hic PROTEUS *pecudum Neptuni pastor, à quo, cùm divinandi artem accepisset, oracula non edebat nisi captus ac vin-*

illis constrictus, quibus tamen sæpe in varias se species transformans edebatur, nisi summâ vi ac constantiâ astringerentur. Docet hæc Aristæum filium Cyrenæ apud Virg. 4. Georg.

Verum ubi correptum manibus, vinclisque tenebis;
Tum variæ illudent species, atque ora ferarum.
Fiet enim subitò sus horridus, atraque tigris,
Squamosusque draco, & fulvâ cervice leæna:
Aut acrem flammæ sonitum dabit, atque ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenues delapsus abibit.
Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes,
Tanto, nate, magis contende tenacia vincla, &c.

Atque hinc natum proverbium: Proteo mutabilior: *torqueri solitum in hominem ingenio versatili ac versipellem Hor. tergiversatorem ac fugacem debitorem (qui ex omnibus cautionibus, formulis, syngraphis, tabulis elabendi artificium novit) arguté* Proteo *assimilat l. 2. sat. 3. ubi Damasippus* Nerio *&* Cicutæ, *quantumvis diligentibus fœneratoribus illusurus dicitur.*

Scribe decem à Nerio: non est satis, adde Cicutæ
Nodosi tabulas centum: mille adde catenas:
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.
Fiet aper, modò avis, modò saxum, &, cùm volet, arbor.

N.

NASCI.

Lucem *vel* Lumen vitale primùm haurire: Ad auras ætherias surgere. Sub luminis auras prodire. Sub auras nasci, venire. In auras *vel* luminis oras exire, emitti, oriri. Vitæ lumen inire. Æthereas lucis in auras prodire, produci. Vitales auras vagitibus haurire Matris utero prodire: prolabi genitricis ab alvo. Primum diem videre, lucem aspicere. *Mart. de Lucani poëta die Natal.* Hæc est illa dies, quæ magni conscia partûs, Lucanum populis & tibi, Polla, dedit.

Ab aliquo genus *vel* generis primordia ducere, deducere, trahere. A sanguine alicujus principium ducere, deducere progeniem. Trojano à sanguine cretus, natus, genitus, &c. Genus alto à sanguine Teucri. Tegeææ de sanguine gentis. *V.* CONSANGUINEUS *fol.* 124.

NATARE.

Æquora *vel* undas natare. Fluvios innare rapaces. Aquas nando secare, corpore findere, frangere Per undas ferri, labi. Pendere aquis. Pectore undam pellere, findere. Nare gurgite summo. Brachia ponto ducere, aquis jactare, mari ten- *Nare.* *Innare.*

tendere: brachiis, manu, lacertis aquas ferire, dimovere, pulsare, percutere, verberare. Vitreas aquas natatu plaudere. Brachia mari credere. Remis corporis uti. Liquidas vias pectore findere. Candida perspicuo convertere brachia ponto. *Ovid. M. 1.* Nudaque mergor aquis: quas dum ferioque, trahoque, Mille modis labens, excussaque brachia jacto. *Idem Ep. 17* ——depofito pariter cum veste timore, Jactabam liquido brachia lenta mari. Jamque fatigatis humero sub utroque lacertis, Fortiter in summas erigor altus aquas. Sæpe per assiduos languent mea brachia motus, Vixque per immensas fessa trahuntur aquas. *Sed vide mihi vatis ingeniosissimi leporem: apud quem Leander artem natandi ænigmatis in modum describit eâdem Ep 17.*

——————fiat modò copia nandi,
Idem NAVIGIUM, NAVITA, VECTOR ero

Plura ad NATATIONEM *spectantia.*

ENATARE. Ad terram enare. Littora *vel* terram nando petere. Paulatim terris adnare. Ad littora percussis undis tendere, pervenire: ripam tangere, *&c.*

DENATARE. Prono denatare alveo. Secundo flumine ferri, labi. *Contra:* Adverso flumine niti. *Ovid.* Obsequio tranantur aquæ: nec vincere possis Flumina; si contra, quàm rapit unda, nates.

TRANARE. Fluvium nando vel natatu superare. Flumina nando transmittere. Transnare sonoras torrentium furias. *Sil. l. 10. de Clœlia puella:* —— ——& fœdere, & annis, Et fluvio spretis, mirantem interrita Tybrim Tranavit, frangens undam puerilibus ulnis.

NATURA RERUM.

Epit. Sōlers, săgax, ingĕnĭōsa, Dædăla, artĭfex, callĭda, pŏtens, omnĭgĕna, dives. Communis parens, rerumq; creatrix. Rerum natura novatrix. Benigno sinu omnia profundēs. Ex aliis alias renovans natura figuras. Mille rerum species suppeditans fœcundo natura sinu. Quidquid natura Dædala summittit, creat, profert, producit. Naturæ vis. Naturæ facies. *Vide* TERRA.

NAUFRAGIUM.

Nave fracta *vel* amissa æquoreas bibere aquas: tabulas amplecti: laceræ naufraga membra ratis arripere: pelago jactari, undis spumantibus ejici. *Sil.* ——Navita vasto Jactatur sparsus lacerata nave profundo. *Ovid.* Sive per immensas jactabor naufragus undas, Nostraque longinquus visce-

viscera piscis edet. Neu bibat æquoreas naufragus hostis aquas.

Navis lacera, fracta, convulsa; compago carinæ quassata, soluta, lacerata Navis remigio viduata; orba gubernaculis, antennis saucia fractis, scissis velorum debilis alis. Ludibrium pelagi vento jactatur & undis, Disjectæ toto æquore classes *Virg* Navis inflicta vadis solvitur, atque viros mediis exponit in undis. Fragmina remorum quos & fluitantia transtra impediunt. *Sen* Fertur in altum provecta ratis. Quæ resoluto robore labens Pressa dehiscit, sorbetq; mare Tollitur ingens clamor ad astra: Quærit lethi sibi quisque fugam. Alii laceræ puppis tabulis Hærent nudi: repetunt alii litora nantes: multos mergunt fata profundo. *V. plura infr.* V. TEMPESTAS.

NAUFRAGII DESCRIPTIO
ex Virgilii Æneid l. 1.

Talia jactanti stridens Aquilone procella
Velum adversa ferit, fluctusque ad sidera tollit,
Franguntur remi: tum prora avertit, & undis
Dat latus. insequitur cumulo præruptus aquæ mons.
Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet:
——————tres Eurus ab alto
In brevia & Syrtes urget, miserabile visu,
Illiditque vadis, atque aggere cingit arenæ.
Unam quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem
Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit. Excutitur, pronusque magister
Volvitur in caput: ast illam ter fluctus ibidem.
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquora vortex.
Apparent rari nantes in gurgite vasto
Arma virûm, tabulæque, & Troja gaza per undas.

Loca NAUFRAGIIS *infamia.*

1. SCYLLA. *Ep.* Răpax, vŏrax, fĕrox, immānis, trux, trŭcŭlenta lātrans, Sĭcŭla. Canibus succincta Virgineam canibus submissa figuram. Cinctaq; sævis Scylla rapax canibus *Sen.*— Siculi virgo Pelori, Rabidos utero succincta canes. Scyllæa rabies. Siculæ latrantia littora Scyllæ. *Sil* Scyllæi canes *Virg.* 3. *Æn.* At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris Ora exertantem, & naves in saxa trahentem

2. CHARYBDIS: *Epit.* Sæva, implācāta, ăvĭda, mĕtuenda, irrĕquiēta, vasta, vŏrax, torva, tōta, Sĭcŭla, Zanclæa. Raribus

 infe-

infesta, inimica. Tumidis torta Charybdis aquis: Nunc sorbens, nunc fretum reddens: Absorptas revomens carinas. *Ovid* Hic vomit epotas dira Charybdis aquas. Ter licet epotum, ter vomat illa fretum. Quæque vomit totidem fluctus, totidemque resorbet. *Id.* Nec quas submersis ratibus saturata Charybdis Fundit, & effusas ore receptat aquas. *Virg.* 3. *Æn.* —— imo barathri ter gurgite vastos Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras Erigit alternos, & sidera verberat undâ. SCYLLA & CHARYBDIS, *loca periculi plenissima in freto Siculo, hæc gurges, illa saxum: hæc Siciliæ, illa Italiæ vicinior; unde ex Ionio Italiam petentibus, hæc ad lævam, illa ad dextram conspicitur. Quem situm post Virgilium* 3. *Æn. etiam expressit Ovidius Met. lib.* 12.

SCYLLA latus dextrum, lævum irrequieta CHARYBDIS
Infestat: vorat hæc raptas, revomitque carinas;
Illa feris atram canibus succingitur alvum
Virginis ora gerens. ————

3 MALEA *Ep.* Rauca, horrida, sŏnōra, spūmans, curva, sæva, undĭsŏna. Ira Maleæ Truculentæ saxa Maleæ: Naufragiis notata: navibus infesta, &c. *Papin.* 2. *Theb.* Quà formidatum Maleæ spumantis in auras It caput, & nullos admittit culmine visus:

4. SYRTIS *Ep.* Dŭbia, văga, vădōsa, ărēnōsa, incerta, infĭda, ambigua, sæva, naufrăga, inhospita, Lĭbyca, Gætūla, āfra, &c. Navibus infida: ratibus metuenda. Syrtis vada, ratibus inimica *Virg.* 7. *Æn* Quid Syrtes, quid Scylla mihi, quid sæva Charybdis Profuit? *Ovid.* ———— Libycas ausim perrumpere Syrtes, Et dare non æquis vela ferenda Notis.

SYRTES *loca sunt vadosa in finibus Africæ, situm subinde ventis mutantia, navibusque infesta.* MALEA *verò media communi, promontorium est Laconiæ longissimè in mare procurrens: circa quod difficillimam olim navigationem fuisse, licet ex proverbio discere, cujus meminit Strabo lib.* 8. *Georg* Maleam legens, quæ sunt domi obliviscere. *Prop. lib* 3 *El* 19 *ut rem nunquam futuram sive impossibilem indicet;* Citius (*inquit*)

Et placidum SYRTIS portum, & bona littora nautis
Præbeat hŏspitio sæva MALEA suo.

NAVIS

AC PLURA HUC SPECTANTIA.

Ep. Curva, incurva, căva, uncta, cērāta, picta, ærāta, &

Vāga, cĭta, cĕlĕr, vēlĭfĕra, vēlĭvŏla, vŏlucris, præceps, lĕvis, undĭvāga, vŏlans, &c. Audax, crēdŭla, dŭbia, trĕpĭda, frăgĭlis, hoſpĭta, æquŏrea, &c. Procellis expoſta: ventis credita: actaNotis: validis impulſa lacertis: vento ablata, concita, &c. *Navigium.*
Ovid. Aut mare navigiis, aut vomere ſcindere terrā Æquoreas tentans hoſpita navis aquas; ſulcans, findens, roſtro proſcindens. Vada horrida tranſiliens: ventos contemnens: pelago volans. Præfixo concita roſtro: juvenum ſudantibus acta lacertis. Fragile lignum. *Sen Med* Audax nimium, qui freta primus. Rate tam fragili perfida rupit: Dubioque ſecans æquora curſu, Potuit tenui fidere ligno, Inter vitæ, mortiſq; vias; &c. *Ovid.* 1. *Met.* Nondum cæſa ſuis, peregrinum ut viſeret orbem, Montibus, in liquidas pinus deſcenderat undas. ——quæque diu ſteterant in montibus altis, Fluctibus ignotis inſultavêre carinæ. *Cat. de Argo:* Peliaco quondam prognatæ vertice pinus Dicuntur liquidas Neptuni naſſe per undas. *Ovid.* Fert bene præcipites navis modò facta procellas. ——fertque aſſilientia longè Æquora, nec ſævis victa madeſcit aquis, &c. Pinea texta *Virg.* Fert ipſe avidas in pinea Turnus Texta faces. *Catullus in Nupt. navem vocavit* currum flamine volitantem: *Plautus verò* equum ligneum. *His in ſerio poëmate parcè, aut nunquam potius utendum cenſeo: poëtices potiſſimum candidatis judicio adhuc teneris, & hac ſemel laxatâ janua ad varias ineptias deſcenſuris. Sunt tamen certa vocabula, quæ à re equeſtri ad navigationem non malè transferuntur. Vt illa apud Senecam in Medea:*

——————quæque DOMITOREM freti
Typhin, novam FRENARE docuiſti ratem.

Cærula ceratas accipit unda rates. Findunt credulæ Pontum rates. *Ovid.* Seu rate cæruleas pictâ ſulcavimus undas. *Prop.* Ah! pereat, quicumque rates & vela paravit Primus, & invito gurgite fecit iter. *Ratis.*

Cærula roſtratæ proſcindunt æquora claſſes. *Virg.* 3.—Tumidum permenſi claſſibus æquor *Luc.* Propulit ut claſſem velis cedentibus Auſter Incumbens, mediumq; rates tenuêre profundum *Cat in Nupt.* Theſea cedentem celeri cum claſſe tuetur. *Virg.* 6. *Æn* Lyciæ ductorem claſſis Orontem. CLASSIS *propriè multitudo navium nomen habet* ἀπὸ τῶν κάλων, *i. e. à lignis: unde &* calones. *Pro una tantùm nave videntur accepiſſe Catull & Virgil. ſupra allati: ſicut & Horat. l.* 3. *od.* 11. *Claſſis.*

Me vel extremos Numidarum in agros
Claſſe releget.

Virg. 5. *Æn.* ——— & longæ ſulcant vada ſalſa carinæ. *Carina.*

Puppis. *Prora.* *Prop. l.* 3. Non ego velifera tumidum mare findo carinâ, *&c.* *Ovid* Non satis una tenet ceratas anchora puppes. Profugâ scindere puppe fretum, &c. *Prop. l.* 2. Ite, agite, expertæ bello date lintea proræ. *Sil.* Ligurumque citatis Littora transmittunt proris. *Virg.* Terris festinam advertere proram. CARINA, PUPPIS, PRORA, *Navis partes per synecdochen pro tota navi à poëtis usurpantur.*

Pinus. *Abies.* *Alnus.* *Trabs.* *Virg* Nec nautica pinus Mutabit merces. *Ovid.* ——Mediis tua pinus in undis Navigat, & longe, quem peto, portus abest. *Ovid. Fast.* Et jam Dardaniæ tangent hæc littora pinus, *Virg* 8. *Æn* Labitur uncta vadis abies. *Claud.* Qui dubiis ausus committere flatibus alnum; Quas natura negat præbuit arte vias. *Virg.* Tunc alnos primum fluvii sensere cavatas. *Id.* 3. *Æn* Vela damus, vastumque cava trabe currimus æquor. *Horat* Ut trabe Cypria Myrtoüm pavidus nauta secet mare. PINUS, ABIES, &c. *è quibus naves fabricantur, Metonimicè pro ipsa nave ponuntur. Invenies etiam apud poëtas* biremes *&* triremes, *sic dictus à duplici vel triplici remorum ordine, sed ferè non nisi in re bellica aut classe adornanda.*

NAVIS PRIMA *sive* ARGO.

NAVIS. *Ep.* tĕmĕrāria, audax, rŭdis, Æmŏnia, Thessăla, Pĕlias, *&c.* Puppis Pagasæa. Pinus Thessala Ratis Argolica. Argoa, Peliaca, Jasonia. Ratis minervæ, Tritonis: quæ Jasonem *vel* Heroas vexit. *Ovid.* Prima malas docuit, mirantibus æquoris undis, Peliaco pinus vertice cæsa vias: Quæ concurrentes inter temeraria cautes. Conspicuam fulvo vellére vexit ovem. O utinam, ne quis remo freta longa moveret, Argo funestas pressa bibisset aquas!

NAVIGIA MINORA *sive* NAVICULAE.

CYMBA. *Ep.* Parvŭla, frăgĭlis, lĕvis, exĭgua, cĕler, concăva, ădunca, &c. *Ovid.* 2. *Trist.* Non ideo debet pelago se credere, si qua Audet in exiguo ludere cymba lacu. *Prop. lib.* 3. ———— remis confisa minutis. Parvula Lucrinâ cymba moretur aquâ.

LEMBUS *plerisque novis piscatoria & maritima: Virgilius etiam fluviorum facit lib.* 1. *Georg.*

Non aliter, quàm qui adverso vix flumine lembum
Remigio subigit, si brachia fortè remisit,
Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.

LINTER, *Navicula fluviatilis, sive scapha monoxyla,* *uni-*

unico constans ligno, qua nihil aliud est quàm arbor cavata. Unde Virgil. 2. Georg. —— cavata bore lintres.

PHASELUS *Navigium est Campanum, videturque ex Virg. & Hor l. 3. Navis brevis & oneraria fuisse lembo nõ absimilis Virg. 4. Georg etiam tribuit Ægyptiis loquens de populo Nilum accolente:* Et circum pictis vehitur sua rura phaselis.

SCAPHA, *Navicula onerariis subserviens, atque earundem assecla. Unde est apud Paulinum:* Scapham sequacem quadriremis machinæ. *Verùm poëta hunc cum aliis, atque illas inter se licenter confundere solent. Quod vel ex uno Papinio disces, qui pro* Scapha *lib. 5. sylv.* Phaselum *usurpavit, & lib. 1. carmine* 4. *pro eadem* Cymbam *posuit:*

—— immensæ veluti connexa carinæ
Cymba minor, cum sævit hiems; pro parte furentes
Parva receptat aquas, & eodem volvitur Austro.

NAVIS PARTES PRÆCIPUÆ.

1. PUPPIS. *Ep.* Picta, alta, celsa. &c. *Lucan.* Ut primùm rostris crepuerunt obvia rostra. In puppim rediêre rates, id est, *impulsu circumactæ sunt. Virgil lib.* 8 Tum pater Æneas puppi sic fatur ab alta. *Id. lib.* 3. *de Anch. se:* Stans celsa in puppi. *Nam* PUPPIS *locus navis honestior: in qua & gubernator. Virg. l. 5. de somno, Palinurum clavo affixum in mare præcipitante:*

—— puppis cum parte revulsa,
Cumque gubernâclo, liquidas projecit in undas
Præcipitem ——

2. PRORA. *Ep.* Ærâta, ăcūta, ădunca, &c. Ære munita. Æra tominitans rostro: undas ore rostrato secans: rostris stridētibus æquora findens, &c *Lucan.* — murmure vasto Impulsū rostris sonuit mare *Cat. de Argo:* Quæ simul ac rostro ventosum proscidit æquor. PRORA *prima pars navis, rostro acuto & exstante armari olim solita, ad undas faciliùs secandas aut hostiles naves terrendas. Constabat ut plurimum ex Ære: unde sicut* Rostrum *sæpe pro prora, imò & tota navi poëtis usurpatum; ita & Æs pro ipso rostro posuit Virgilius lib.* 10 *&* 1. *Æn.*

Vela dabant læti, & spumas salis ÆRE ruebant

3. CARINA. *Ep.* Panda, longa, vălĭda, căva, &c. *Ovid.* Fundatura citas flectuntur robora naves. Texitur & costis panda carina suis. *Virg.* Pandas ratibus posuêre carinas. *Cat de Pallade primam navem exstruente:* Ipsa levi fecit volitantem flamine currum, Pinea conjungens inflexæ texta carinæ. *Ovid. allegoricè:* Dum mea puppis erat valida fundata carinâ. CARINA *ima trabs imæ navis, & velut fundamentum*

Sumitur interdum pro Navis cavo, quod Latini alvum, *& post Sallustium etiam* alveum *dixit Ovid.* 3. *Fast.*

Assiliunt fluctus, imoque à gurgite pontus
Vertitur, & canas ALVEUS haurit aquas.

NAVIS ARMAMENTA.

1. ANCHORA. *Ep.* Fida, tĕnax, mordax, ădunca. Anchoræ dens. Anchoræ morsus. *Virg.* Tum dente tenaci Anchora fundabat naves. *Contrà:* —fessas non vincula naves Ulla tenent, unco non alligat anchora morsu *Idem*: Anchora de prora jacitur. Anchora morsu tenaci arenam comprendit; classem tenet, firmat, fundat. *Ovid* Hic teneat nostras anchora jacta rates. *Quem Virg. anchora* dentem *ac* morsum *vocat, Lucan.* uncum *appellat l.* 6 *& l.* 2. *de tacita nautarum fuga:*

——— non anchora voces
Movit, dum spissis avellitur UNCUS arenis.

Regimẽ. gubernacula. 2. CLAVUS. Clavi moderamen. Regimen carinæ. *Ovid.* 3. *Met.* Addidici regimen dextrâ moderante carinæ flectere. *Manil.* Rector erit puppis, clavoque immobilis hærens Mutabit pelago terras Clavum regere, flectere, moderari, torquere, &c. *Claud. de nave lacerata:* Orba gubernâclis, antennis saucia fractis. *Virg. de Palinuro submerso:* ——— cum puppis parte revulsa. Cumque gubernâclo liquidas projecit in undas Præcipitem. *Ovid.* 3. *Fastorum vocabulo à re equestri desumpto ausus est* habenas *dicere in descriptione tempestatis:*

Vincitur ars vento; nec jam moderator HABENIS
Utitur, at votis is quoque poscit opem.

3. MALUS. *Ep.* Rĭgĭdus, altus, tĕrēs, vēlĭfer, *&c.* Arbor velifera. Velifera robora mali. Ardua pinus *Lucan. l.* 2. Dum juga curvantur mali, dumq; ardua pinus Erigitur. *Prop.* Jungiteq; extremo felicia lintea malo. *Ovid. Epist.* 15. Addimus antennas, & vela sequentia malos. ANTENNÆ *autem lignum in malo transversum, cui velum alligatur: cujus extremitates Virg. vocantur* cornua *l.* 3. *Æn.*

Cornua velatarum obvertimus antennarum.

Carbasa 4. VELA. *Ep.* Nautĭca, candĭda, lĕvia, ventōsa, pătentia, lāta, fluitantia, pendentia, sĭnuōsa, *&c* Turgĭda, tŭmĭda, turgentia, tensa, concăva, tŭmentia, inflāta, *&c* Cĭta, prŏfŭga, fŭgācia, prŏspĕra, cēdentia. Malo pendentia, fluitantia: pelago volantia: tradita ventis, Notis, Euris, *&c.* Velorum alæ. Carbasei sinus. Præcipiti carbasa tensa Noto: vento plena, tensa. *Ovid.* Cùm dabit aura viam præbebis carbasa ventis. *Id.* *Met.*

Lintea.

Met. ——— fine me derlintea ventis. Vela fecundi intendunt Zephyri. Neptunus ventis implevit vela fecundis. *Ovid.* Aura levis rigido pendentia lintea malo Suscitat, & remis eruta canet aqua. *Invenies apud Auctores inter vela quoque* Supparum; *non tam pro principali sive Acatio, quàm minori & velut secundario, quodque primo illi supra ipsas antennas annectitur.*

5. REMI *Ep.* Lēves, āgiles, vālidi, cīti, audāces, spūmantes, incussi, dēmissi, mōti, mōbiles Remorum pulsus, impulsus, ictus, verber, *&c.* Remorum fragor, sonus, *&c* Agili findit freta cærula remo. Æquora demissis verrebant eruta remis. *Virg.* Adverso vix flumine lembum remigiis subigit. *Sen. Ag.* Posuêre tonsas, creditur vento ratis. *Luc.* Impulsæ tonsis tremuêre carinæ. TONSÆ *sunt extrema remorum partes, sic dictæ Latinis, quòd aquam* tundant *sive percutiant. Catullus* palmulas *dixit à palma humana similitudine : quem sequitur Virg. Æn.* 3. Littus ama, & lævas stringat sine PALMULA cautes. *Remigia.* *Tonsa.*

6. RUDENTES *Ep.* Torti, intorti, laxi, tensi, excussi. Tortos aptare rudentes Excussosque jubet laxare rudentes. *Virg de tempest.* Insequitur clamorque virûm, stridorque rudentum. *Cat.* Candidaque intorti sustollant vela rudentes, *&c.*

NAVIGARE.

Navibus, rate, carinâ, *&c* maria, freta, æquora, *&c.* secare, findere, sulcare, scindere. Maris æquor arare. Mari sulcos infindere. Tentare Thetin ratibus Freta classe pererrare. metiri navibus æquor. Pontum penetrare: ratibus profundum tranare. Pelago volare, vehi, ferri Nave per æquor labi, gradi. Ire per undas. Tendere iter velis. Classe tenere iter. Volvi undis. Æquora currere: undas navigare: legere freta. *Virg.* Vela damus, vastumque cava trabe currimus æquor. ——— longâ sulcant vada salsa carinâ. Ire per altum: maria ingredi, intrare: conscendere navibus æquor. *Prop.* Ah! pereat, quicumque rates & vela paravit Primus, & invito gurgite fecit iter. Non ego velifera tumidum mare findo carina. *Sil* Tum legimus pontum, pinuque juvante cavatâ, Æquor, & immensas curva trabe findimus undas.

Navem vento committere, Euris credere. Animam levibus credere ventis. Fragilem pelago ratem committere, mari demittere. *Claud.* Inventâ secuit primus qui nave profundum, Et rudibus remis sollicitavit aquas: Qui dubiis ausus committere flatibus alnum, Tranquillis primum trepidus se credidit undis: Mox longos tentare sinus, & linquere terras, Et leni cœpit pandere vela Noto, *&c.*

Terras repostas pelago quærere, ratibus tentare, puppi *vel* vento petere. Peregrinas oras cursu petere, verti ad oras: ignota ad littora tendere. Pontum penetrare, pervagari, permetiri, *&c.*

Remigare.

Freta *vel* aquas remis verrere, movere, sollicitare, sulcare, findere, pulsare, impellere, eruere, torquere. Æquor *vel* cærula vertere. *Virg.* ——— remis insurgimus: haud mora, nautæ Adnixi torquent spumas & cærula verrunt. Sollicitant alii remis freta cæca. *Lucan.* ——— tunc cærula verrunt, Atque in transtra cadunt, & remis pectora pulsant. Navem remis impellere, movere, agere, per freta pellere, *&c.* Remis incumbere. Remos ducere, ad pectus ducere, aquis mergere, gurgite incurvare, ad pectora referre. Remis brachia intendere. Aquas remigio findere: remige classem impellere. Carpere iter remo. *Virg.* —— adductis spumant freta versa lacertis. Infidunt pariter sulcos, totumque dehiscit Convulsum remis, rostrisque strepentibus æquor.

Velificare.

Facere vela, velorum alas pandere. Dare vela. *Virg* Vela dabant læti, & spumas sale ære ruebant Tendere iter velis. Vela secundi intendunt Zephyri; fertur cita gurgite classis. Pelago dare vela patenti. Ventis, Euris, Notis vela *vel* lintea dare, pandere, tradere, præbere Candida nubiferis pandere vela Notis. Ionium per mare vela dedit. Venti vela implent, auferunt, impellunt, &c. *Ovid.* Unde tuam sine me vela tulêre ratem Aura levis rigido pendentia lintea malo Suscitat, & remis eruta canet aqua.

NAVEM SOLVERE.

Portu exire. Portus linquere. Portu provehi Navem deducere, littore solvere, propellere in æquora. Navis vincula *vel* retinacula solvere. Littore finem deripere, Dare ventis vela, laxare rudentes, &c. *Ovid* Serò respicitur tellus, ubi fune soluto Currit in immensum panda carina salum *Virg.* Linquere tum portus jubeo, & considere transtris. *Id Æn.* —— —vides toto properari littore circum: Idem omnes simul ardor habet, rapiuntque ruuntque: Littora deseruêre, latet sub classibus æquor *Vide, quàm omnia concitatè: quanto animorum & carminum ardore! Dum tu longam descriptionem exspectas, nautæ jam* littora deseruêre. *In tanta festinatione nimis tardum erat* deserere. OBSERVA: *sicut ex alto portum*

tum petentibus terra accedere videtur, ita è portu solventibus recedere, cedere, fugere. *Virg.* 3. *Æn.*

Provehimur portu: terræque, urbesque recedunt.

Navem appellere.

Terris advertere proram. Littora petere. Oris allabi. Littora carina tangere: terram contingere. *Ovid. Fast.* Et jam Dardaniæ tangent hæc littora pinus. Portum *vel* portu subire. Portus intrare. Portu navem condere. Tellure potiri. Considere portu. *Virg.* Egressi optata potiuntur Troës arenâ. Et tandem læti notæ advertuntur arenæ. Cum primum Ausoniis exercitus appulit oris. *Ovid.* Telluris ad oras applicor ——terrasque cita ratis attigit aurâ. *Prop.* Ecce coronatæ portum tetigêre carinæ. *Vide plura suprà* Littus *f. l.* 378. *Quibus adde amplissimum Virg. locum l.* 6. *Æn.*

——— —classique immittit habenas,
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.
Obvertunt pelago proras: dum dente tenaci
Anchora fundabat naves, & littora curvæ
Prætexunt puppes: juvenum manus emicat ardens
Littus in Hesperium ———

NAUTA.

Epit. Audax, intrĕpĭdus, văgus, fluctĭvăgus, dūrus, *&c.* Păvĭdus, tĭmĭdus, incertus, sollĭcĭtus, *&c.* Sulcator ponti. Scrutator profundi. Pelago volitans: æquora vincens: animam undis committens: carbasa ventis expandens, *&c.* Pubes nautica: Neptunicolæ. Pontivagi juvenes, socii: per omne Audaces mare qui currunt. *Sen.* Audax nimium, qui freta primus Rate tam fragili perfida rupit: Terrasque suas post terga videns, Animam levibus credidit auris. *Manil.* 5 *in nauta futuri prognostico:* Rector erit puppis, clavoque immobilis hærens. Mutabit pelago terras, ventisque sequetur Fortunam, totumque volet tranare profundum Classibus, atque alios montes, aliumque videre Phasin, & in cautes Tiphyn superare trementem. *Extremis his versibus respicit ad Historiam Argonautarum: qui Argo navi (cujus gubernator erat* Tiphys *Colchos profecti, inde vellus aureum retulerunt. Per cautes autem illas intellige* Symphlegades *sive scopulos in ipso Ponti Euxini ostio, quos concurrisse aliquando & medios Argonautas tantummnum compressu suo elisisse fabulantur poëtæ. Quod alibi attingit Ovid.*

Prima malas docuit, mirantibus æquoris undis,
Peliaco pinus, vertice cæsa, vias.

Quæ

Quæ concurrentes inter temeraria cautes
Conſpicuam fulvo vellere vexit ovem.

NEPTUNUS,

ALIIQUE DEI MARINI,

non rarò à navigaturis invocari ac placari ſoliti:

1 NEPTUNUS. Deus æquoreus, tridentifer, cæruleus, liquidus. Rex pelagi. Rector aquarum: Saturnius maris domitor. Maris Deus, tridente potens. Æquorei rector tridentis. Deus æquoris alti. Æquoreas qui cuſpide temperat undas. Dominator freti Secundo maria qui ſceptro regit. Qui telo tricuſpide aquas mulcet, temperat æquor, &c. *Ovid.* — ô Numen aquarum, Proxima cui cœlo ceſſit, Neptune, poteſtas. Cui æquora ſorte tradita Sortitus udum profundi imperium. *Pap.* ——tumidæ moderator cærulus undæ, Jovis frater, ſævis qui regnat in undis: cui parent æquora: cui æquora curæ, *&c.* NEPTUNUS, *Saturni filius, cui maris regnum ſecundâ ſorte obtigit,* Deus Tænarius *dictus eſt à Prop l.* 1. *à* Tenaro *Laconiæ promontorio, ubi celeberrimum olim templum habuit, & equos ſuos jam feſſos ſubducere à poëtis fingitur, de quo ſupra fol.* 187. *Eidem pro ſceptro attribuunt* Fuſcinam *ſive telum ſtridens, quo piſcatores figunt anguillas, & ea, quæ in imo aquæ fundo delitent. Diciturque Papinio* triplex telum, *Martiano Cap* trifida haſta, *aliis aliter, ut videri poteſt in phraſibus ſupra allatis. Placuit Auſonio ab hac nota Neptunum ipſum deſcribere* Edyll. 10.

——haud ille ſinit, cui cura ſecundæ
Sortis, & æquorei ceſſit tutela TRIDENTIS.

2. TRITON. *Ep* Sēmĭfĕr, ſquammeus, vāgus, cærŭleus, *&c.* Cærula concha exterrens freta: cava qui perſonat æquora conchâ. *Virg. l.* 10.——cui laterum tenus hiſpida nanti Frons hominem, præfert, in Priſtin deſinit alvus: Spumea ſemifero ſub pectore murmurat unda TRITON *Neptuni & Amphitrites filius, ſuperiori corporis parte hominem, reliqua verò cetum referens, patrui ſui tubicen à poëtis fingitur, & pro tuba* conchâ *inflare: quam eleganter admodum deſcribit Ovid.* 1. *metam.*

——cava BUCCINA ſumitur illi,
Tortilis in latum, quæ turbine creſcit ab imo:
BUCCINA, quæ in medio concepit ubi aëra ponto,
Littora voce replet ſub utroque jacentia Phœbo.

3. NEREUS & OCEANUS. *Neptuno longè antiquiores, unde illum Virg* grandævum & ſenem *appellat. Pinguntur autem (ſicut & ceteri Dii marini)* cani *propter maris ſpumas, & coler-*

cæruleo, *quòd is maris color est. Hinc passim ipsi Dii cærulei poëtis dicti:* & Thetyn *Oceani conjugem Ovid.* canam *appellat.*

Protinus ad canam descendit in æquora Tethyn.

4. NEREIDES. *Nymphæ marinæ ex Nereo & Doride natæ, quas alii numero quinquaginta, alii ducentas, alii centum fuisse referunt, His posterioribus accedit Prop. l. 3. Nisi tum hunc, tum alios auctores numerum certum pro incerto posuisse mavelis,*

O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ,
Et tu materno tacta dolore THETIS.

Est autem hæc THETIS *ex Nereidum numero Achillis mater longè diversa ab illa, quam supra Oceani conjugem fecimus, id quod & scribendi etiam ratione ac syllabarum quantitate facilè dignoscitur: Plura harum nomina recenset Virg. Neptuni comitatum describens l. 5. Æn. ubi &* GLAUCUM, PHORCUM, PALÆMONEM, *Deos omnes marinos videre licet.*

Cæruleo per summa levis volat æquora curru:
Subsidunt undæ, tumidumque sub axe tonanti
Sternitur æquor aquis: fugiunt vasto æthere nimbi.
Tum variæ comitum facies, immania cete,
Et senior Glauci chorus, Inousque Palæmon,
Tritonesque citi, Phorcique exercitus omnis
Læva tenens, Thetis, & Melite, Panopæaque virgo
Nisæe, Spioque Thaliaque, Cymodoceque.

NOBILIS.

Nobilitate potens. Genere, domo, stirpe, origine clarus, inclytus, insignis. Præclara stirpe creatus. Heroum sanguis. Generoso sanguine cretus. Claris natalibus ortus. Non obscura de gente satus. Genus altum illustri à stemmate ducens, deducens, trahens. Ducens ab antiquis nobile nomen avis. Clarum trahens à stirpe nomen regia. Antiqua nobilis ab domo. Atavis Regibus editus. Altis inclytum titulis genus. Cui genus à proavis ingens. Dives avis. Avito sanguine clarus. Cui ampla de sanguine prisco nobilitas. *Vlysses apud Ovid.* Nam genus, & proavos, & quæ non fecimus ipsi, Vix ea nostra puto. *Lucan ad Pison.* —— perit omnis in illo Nobilitas, cujus laus est in origine sola, i.e. *qui ad majorum suorum laudes nihil ipse virtutis (quæ unica Nobilitatis mater) adjicit. Nobilitas majorum magnū ad res præclaras calcar est: quo qui non exstimulantur, ignavos, inertes & alienis tantum laudibus sibi placentes, Salustius* Statuis *comparat,* in quibus præter nomen nihil est adjumenti. *Iuven. cum excelsis ædificiis confert, quæ subductis columnis, per se stare non possunt f. 8.*

—— Sed te censeri laude tuorum

Pon-

Pontice, noluerim, sic ut nihil ipsæ futuræ
Laudis agas. Miserum est aliorum incumbere famæ,
Ne collapsa ruant subductis tecta columnis.

NOTA *Nobiles olim Romæ habitos, quorum majores magistratum curulem gesserant. Atque horum vultus sive imagines cera expressas in atriis suis collocabant in Nobilitatis Argumentum: adeò ut ceteris censerentur nobiliores, qui plures haberent imagines. Hinc illa Seneca philosophia:* Non facit Nobilem, atrium plenum fumosis imaginibus. Nemo in nostram gloriam vixit. Animus facit nobilem: cui ex quacumque conditione supra Fortunam licet surgere. *Quibus succinit iisdem penè verbis Iuven. sat.* 8.

Tota licet veteres exornent undique CERÆ
ATRIA; nobilitas sola est atque unica, VIRTUS.

Ignobilis.

Obscuro loco natus. Humili de stirpe creatus. Nobilitatis egens. Ingenua de plebe. *Ovid.* Orta domo parva, parvis habitabat Epæpis. Quem nullæ majorum imagines commendant. Nullo stemmate nobilis. Plebejum nomen. *Iuven de Deciis patre ac filio*: Plebejæ Deciorum animæ, plebeja fuerunt Nomina: *Id. de Servio Tullio*: Ancilla natus trabeam, & diadema Quirini, Et fasces meruit, regnum ultimus ille bonorum. *Lycus apud Sen.* ——nobiles non sunt mihi Avi, nec altis inclyrum titulis; Sed clara virtus, qui genus jactat suum, Aliena laudat. *Id. ducta Megara regis Creontis filia*: ——ducet è genere inclyto Novitas colorem nostra, i. e. *Natalium meorum obscuritas regalibus nuptiis illustrabitur. Vbi* NOTA *Latinis* novos homines *dici, qui primi è stirpe sua magistratum curulem gesserant, neque ullas habebant majorum imagines. Quales M. Tullius Cicero, qui idcirco de se ipso*: Ego meis majoribus virtute præluxi, i. e. *non ego clarus per illos, sed ipsi per me. Neque tam ob magistratum, quem gessit, quàm ob servatam patriam & oppressa Catilina ac sociorum nefaria contra illam consilia Quod tangit Iuven. sat.* 8. *ubi &* novum *signatè appellat*:

Quis Catilina tuis natalibus atque Cethegi
Inveniet quicquam sublimius? arma tamen vos
Nocturna, & flammas domibus templisque parastis:
Sed vigilat Consul, vexillaque vestra coercet:
Hic NOVUS Arpinas ignobilis, & modò Romæ
Municipalis eques, galeatum ponit ubique
Præsidium attonitis; & in omni gente laborat.

NOX.

NOX.

Ep. ātra, obſcūra, nigra, ŏpāca, cālīgĭnōſa, cæca, furva, fuſca tĕnebrōſa, illūnis, profunda, &c. Silens, intempeſta, tācĭta, arcāna, furtīva, quiēta, &c. Hūmĭda, hūmens, frīgĭda, gĕlĭda, pruīnōſa, roſcĭda, rōrĭflua, mădĭda, ſŏpōra, ſŏpōrifera, languĭda, &c. Latebroſæ tempora noctis. Tempus nocturnum. Noctis umbra. Noctis vaſta ſilentia. Inſulæ ſubducto ſole tenebræ. Non ſomni genitrix: curarum domitrix. Placidam redimita papavere frontem. Furvo peplo circumdata. Nox venit, &ſecū ſomnia nigra trahit. Suadens placidos nox humida ſomnos: Mortalia curis corda levans, involvens umbra magna terrámq;, polúmq; Stellantes nox picta ſinus: Vitreo rore madens. Humentibus umbris terras tegens: Nigro amictu cælos prætexens: fuſcis alis tellurem amplexa, &c.

NOCTIS TEMPORE.

Quoties humentibus umbris Nox operit terras; quoties aſtra ignea ſurgunt. Sole latente. Cùm ſol tellure ſub alta eſt. Per cæcam noctem Sub obſcurum noctis. Tacitæ per amica ſilentia Lunæ. Noctis per umbram Frigida cùm tacitæ tempora noctis eunt. Cùm Nox obſcura caligine terras obruit, texit: terras pontúmque tenebris condidit; nigro polos amictu involvit: terram nigrantibus umbris abſtulit, &c. *Ovid.* Jam color unus ineſt rebus, tenebríſque teguntur. Omnia, jam vigiles conticuêre canes. *Papin.* Cœperat humenti Phœbum ſubtexere palla Nox, & cæruleam, terris inſuderat umbram. *Claud.* Merſerat unda diem, ſpatſo nox humida ſomno Languida cæruleis invexerat otia bigis. *Sil.* Donec Nox atro circumdata corpus amictu Nigrantes invexit equos, ſuaſitque quietem. *Ovid.* Humida cùm pulſo Nox erit orta die. Urbe ſilent tota, vitreóque madentia rore Tempora noctis eunt. *Virg.*— Ubi cœlum condida umbra Jupiter, & rebus nox abſtulit atra colorem, Jámque dies cœlo conceſſerat, almáque curru Noctivago Phœbe medium pulſabat Olympum, &c. *Ad noctis principium deſcribendum Vide ſupra* VESPERA *fol.* 210. *Ultimam verò noctis partem ſolent deſcribere ſolent poëtæ per* Diluculum *ſive* inſtantem Auroram, *de quibus Vide ſupra fol* 2:7.

NOX MEDIA, EJUSQUE DESCRIPTIONES.

Nox intempeſta. Noctis medium. Mediæ tempora noctis. Medium noctis ſpatium. Jámque ferè mediam cæli nox humida metā Contigerat. Torquebat medios nox humida

cursus,&c. *Ovid.* Nox ubi jam media est, somnúmque silentia præbent, Et canis & variæ conticuistis aves. *Id.* Jámq; quiescebant voces hominúmque, canúmque, Lunáque nocturnos alta regebat equos. Tempus erat, quo cuncta silent. *Papin.* Jam pecudes, volucrésque tacent, jam somnus avarus Inserpit curis, pronúsque per aëra nutat, Grata laboratæ referens oblivia vitæ. *Sil.* Cuncta per & terras, & lati stagna profundi Condiderat somnus, positóque labore dierum. Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat. *Lucan. l* 6.——— alta Nocte poli, Titan medium quo tempore ducit Sub nostra tellure diem. *Nam nocte apud nos media, apud Antipodes sub terra est medius dies In describendo autem vasto illo & altissimo noctis media silentio; sordent omnes ad Musam Maronianam 4 Æneidos sive rem ipsam, sive numerorum ad somnum compositam suavitatem aspicias.*

Nox erat & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras, silvæque, & sæva quierant
Æquora, cùm medio volvuntur sidera lapsu:
Cùm tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres,
Quæque lacus latè liquidos, quæque aspera dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.

NUBES.

Ep Æthĕria, alta, āĕria, ardua, fŭgax, văga, lĕvis, vŏlans, quōsa, imbrĭfĕra, liquĭda, hŭmens, căva, grăvĭda, bĭbŭla, gĕlĭda, Nigra, cęrŭla, pĭcea, obscūra, ātra, ŏpāca, umbrōsa, alpĕra, squallĭda, lūrĭda, turbĭda, horrĭfica, *&c.* Ex alto collect[illegible] Cœlum obscuro amictu, piceâ úmbra condens. P[illegible]æ ventorum flamine nubes: pluvia gravidæ *&c.* Incipiunt gravid[illegible] evanescere nubes. Scindit se nubes, & in æthera purgat [illegible]pertum: Nubes concrescunt, glomerantur, tenebras camp[illegible] inducunt, cælum picea caligine prætexunt, sidera subd[illegible]cunt, ex oculis cœlúmque diémque eripiunt, &c. *Ovid.* — inducta piceis è nubibus umbra Omne latet cœlum. —fu[illegible] aurea cœlo Luna, tegunt nigræ latitantia sidera nubes.

Nubila. Pĭcea, turbĭda, nimbōsa, *&c.* Squallebat pressum pice[illegible] inter nubila cœlum. Mœstam tenuerunt nubila lucem *Virg* Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus æt[illegible] Sidereá polus, obscuro se nubila cœlo. *Ovid. de Iove nu[illegible] post diluvium fugante.* Nubila disjecit, nimbísque Aquil[illegible] remotis Et cœlo, terras ostendit, & æthera terris. *Id.* 5. [illegible]*tam* Fusca repurgato fugiebant nubila cœlo.

Nimbus. Aer nimbosus. Nigrantes globi. *Virg.* Heu quia[illegible] ta[illegible]

tanti cinxerunt æthera nimbi? *Ovid.* 4. *Pont.* Nulla dies adeò est Australibus horrida nimbis, Non intermissis ut fluat imber aquis. *Virg.* 12. ——— Venus obscuro faciem circumdata nimbo, i e *crassa nube. Poëta enim crebrò Deos inducunt, nube obtecta sese oculis mortalium eripientes: Immo & ipsos interdum mortales, sed Deorum munere. Exemplum habes l.* 1 *Æn,*

At Venus obscuro gradientes aëre sepsit,
Et multo nebulæ dea circumfudit amictu.

Ep. Lĕvis, tĕnuis, vŏlucris, ĭnānis, vŏlans, nigra, *&c.* Nebulæ per mane volantes: In cœlum serpentes: humentes, rore madentes; terra surgentes. Tenues nebulæ caligine fusa tenduntur cœlo. *Virg* Tu potes, Æneam manibus subducere Grajum, Próque viro nebulam, & ventos obtendere inanes. *Nebula.*

NUMERARE.

Numerando assequi. Comprêndere *vel* numero comprêndere. Numerum referre, dicere. *Ovid.* Tot premor adversis: quæ si comprêndere coner, Icariæ numerum dicere coner aquæ. Numero complecti. Numerum recensere, promere, referre. Fando enumerare, voce referre, *&c.* Nec mala voce mea poterunt tua cuncta referri, Ora licet dederis multiplicata mihi. *V. suprà* INENARRABILE *fol.* 358.

NUMERI ANNORUM,

quibus tum Adverbia numeralia, tum numeri Ordinum Mensibus, Diebus aut aliis etiam rebus numerandis servientes colligi possunt.

2 Jámque annus, altérque annus processerat. Signa recensuerat bis Sol sua, tertius ibat annus. Hic tibi bísque æstas bísque cucurrit hiems Ut patria careo, bis frugibus area trita est, Dissiliit nudo pressa bis uva pede, *&c.*

3. Jam tot transierant anni, quot nomina Parcis. Tertius æquoreis inclusum piscibus annum finierat Titan. Tertia sub falce decubuit Ceres. Bruma ter posuit nives. Tertia dum Latio regnantem viderit æstas, ternáque transierint hiberna, Tertia messis erat, *&c.*

4. Tribus exactis ubi quarta accesserit æstas Quarta recedit duris hæc jam messoribus æstas, Et toties cano bruma gelu riguit. Ex quo, *&c.* Quatuor autumnos Pleïas orta facit.

5. Alter post quartum ibat annus Jam tempora Titan quinque per autumnos repetitis duxerat annis. Autumnis quinque peractis. *Ovid.* In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est.

6. Bis tertius ibat annus. Bis tertia ducitur æstas. Jam me sexta videt bruma. Unus ad quinque accesserat annos. Bis tres adoleverat annos; &c.

7. Annus tertius à quarto. Tertia post quartam æstas, bruma, &c.—nam te jam septima portat Omnibus errantem terris & fluctibus æstas. Per mare, per terras septima jactat hiems. Tot anni, quot sunt Thebarum portæ: quot habuit Græcia docta Sophos, &c.

8. Bis quatuor annis. Æstas post primum tertia lustrum. Octoni volvendis mensibus orbes. Bis quartam viderat hiemem, & toties lætis ver cursibus actum, &c.

9. Anni ter tres: quatuor & quinque: ter terni. Jam novies emensus iter cœlestia Phœbus transierat signa. Phœbus inexhaustis nonum confecerat orbem Cursibus, obliquo lustrans cœlestia curru Signa, &c.

10. Anni bis quinque: bis quini——tot anni, Dardana quot Grajo Troja sub hoste fuit: Quot nobis digiti, per quos numerare solemus. Duo quinquennia. Annus decimus Posterior nono, undecimóque prior. Proximus à nono Decimum cum Phœbe receperis orbem. Decies cum Sol sua signa peregit, &c.

11. Annus post decimum. Undecimum exactis compleerat cursibus orbem Phœbus. Undecimus postquam Sol circumvolvitur orbem. Jámque unus lustris geminis accesserat annus, &c.

12. Anni bis sex: Bis seni: quater terni: ter quatuor: duodeni: quot signa cursu Sol conficit annuo. *Sil.*———bis Clalia senos Nondum complêrat primævi corporis annos. *Ovid.* Addideras annos ad duo lustra duos. *Virg.* Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus, &c.

13. Tertius à decimo jam volvitur annus. Tertius ad decimum successerat annus. Septimus à sexto glomeratis orbibus annus Labitur, &c. *Mart.* Bissenis modò messibus peractis Vix unum puer applicabat annum.

14. Bis septem floruit annos. Bis septima ducitur æstas Jam quartus ad lustra duo successerat annus. Unus ad tria lustra defuit annus, &c.

15. Annus quintus post decimum: Quartus ab undecimo. Ter quinque *vel* ter quinos vixerat annos. Jam tria lustra

ſtra puer agebat. *Ovid.* Arcas adeſt, ter quinque ferens natalibus annos, *&c.*

16. Bis octonis integer annis. Quintus ab undecimo jam labitur annus. *Ovid.* ——— ter ad quinos unum Cephiſius annos Addiderat, *&c.*

17. Annus ſeptimus à decimo. Addideras annos ad tria luſtra duos. Nondum ter ſenis præditus annis, *&c.*

18. Anni ter ſex: ter ſeni. *Ovid.* Martia ter ſenos proles adoleverat annos.

19. Quarta tribus luſtris addita meſſis erat.

20. Anni bis deni: quater quini: Bis octoni quatuórque. Annus bis decimus. Geminata decennia. *Virg* Occidit & miſero ſteterat viceſimus annus. Luſtris quatuor peractis. Bis dena Cerere reciſa, *&c.*

30. Triginta magni volvendis menſibus orbes. Anni ter deni, quinquies ſeni. Triceſima cu[illegible] bruma. *Mart.* Tecum ter denas numeravi Poſthume b[illegible] frigida ter decies nudatum frondibus Hæmum Re[illegible]ems. —— totiéſque ſolutis Ver nivibus viridem mont[illegible] reparavit amictum. *Reliquos numeros facilè erit ex his præmiſſis conficere. Tantùm addo Auſonii locum numerum* triceſimum *deſcribentis: quem puer in Epigrammatis, Epiſtolis, aliovè non ita ſeriò poëmatis genere, in ſimili poterit imitari. Dicit autem Auſonius tot ſe oſtrea Theoni miſiſſe.*

Cornibus à primis quot habet vaga Cynthia noctes:
Geryones quot erunt, decies ſi multiplicentur:
Ter quot erunt Phrygii numerata decennia belli:
Quot genuit fœtus Albana ſub ilicibus ſus, *&c.*

NUMERUS INFINITUS.

Quorum numerum comprehendere non eſt. Non numerus noſtris caſibus eſſe poteſt. Excedit numerum meritorum ſumma tuorum. *Ovid. Faſt.* Sæpe ego digeſtos volui numerare colores: Non potui, numero copia major erat. Non mihi tot cultus numero comprendere fas eſt. VERE prius flores, ÆSTU numerabis ariſtas. Poma per AUTUMNUM, FRIGORIBUSQUE nives. Littore quot conchæ, tot ſunt in amore dolores Quæ numero tot ſunt, quot —— Punica ſub lento cortice grana rubent. *V. ſuprà in* comparationibus MULTITUDINIS *fol.* 410. *Plura verò confici poterunt ex ſchemate quod folio ſequenti exhibemus; ad hunc aliumvé modū:*

Tot mala pertulimus ———

in æthere sidera lucent.
lepores sunt in Atho.
apes pascuntur in Hybla.
feras alit silva.
piscibus unda natatur.

Quot { Habet {
Hybla favos.
Crana papaver.
Cœlum stellas.
Baccas Palladis arbor.
Silva frondes.
Vina Falernus.
Littus conchas *vel* arenas.
Fretum pisces.
Piscis ova.
Terra flores.
Messis aristas.
Natura colores.
Terra Cilissa crocos.

fronde teguntur aves.
æquore na[illegible]es.
in ilice glan[illegible]
volucres pennis aërem fundunt.
fluctus littora tundunt, *&c.*

NUNCTIUS.

Epit. Celer, velox, verus, fidus, fidelis. Fidus sermonu minister. Qui dicta *vel* mandata portat, reportat, fert, p fert, &c *Virg.* — mittitque viros, qui dicta reportent. Nuncius ingenti per regia tecta tumultu Ecce ruit, magnisq implet terroribus urbem.——— verus mihi nuncius e Veneras, exstinctam, ferróque extrema secutam? —— Turno perfertur nuncius hostem Fervere cæde nova. S Felix ad aures nuncius venit meas. Fare, quid portas no Nuncius aures replet: certus auctor advolat *Virg* Cùm p vectus equo, longævi Regis ad aures Nuncius ingentes nota in veste reportat Advenisse viros. *Auson.* Et quando meas impellet nuncius aures, Ecce tuus Paulinus adest, *Vide* FAMA *sive* RUMOR *fol* 246.

NUNQUAM.

Vide IMPOSSIBILE *suprà fol.* 292. *Poëtæ enim, quoties quid numquam futurum significant, priùs illa eventura rere solent, quæ pro impossibilibus passim ab omnibus re sunt. qualia sunt, quæ tum loco præfato, tum folio* 292. *att mus Quibus adde locum Ovid. in Ibin.*

D

Desinet esse priùs contrarius ignibus humor,
Junctáque cum Luna lumina Solis erunt:
Parsque eadem cœli Zephyros emittet, & Euros.
Et tepidus gelido flabit ab axe Notus:
Et Ver Autumno, Brumæ miscebitur Æstas,
Atque eadem regio Vesper & Ortus erit;
Quàm mihi sit tecum positis, quæ sumpsimus, armis
Gratia, commissis improbe rupta tuis.

NUTRIX, NUTRIRE.

Epit. Blanda, sēdūla, sollĭcita, offĭciōsa, chāra, *&c* Blandum alumnum lacte alere, educare, educere. *Terent.* Hunc ego eduxi à parvulo. *Virg.* 8. *Æn.* —— ut possit parvos educere natos. Lacte nutrire, dape pascere. Cibare, nutrimenta dare, ferre cibum. *Ovid. de Bacchi educatione:* Furtim illum primis Ino matertera cunis Educat, inde datum Nymphæ Nyseides antris Occuluêre suis, lactísque alimenta dedêre. *Vide suprà* LACTARE. *Educare. Educere. Alere.*

NYMPHÆ VARIÆ.

1. NAJADES. *Epith* Cærŭlæ, undōsæ, candĭdæ, prŏcāces, fŭgāces, pulchræ, lascīvæ, *&c.* Najadum chorus Najades undarum dominæ. fonticolæ sorores, Candida Nais: irrigui cærula Nympha loci. *Virg. l.* 12 Nympha decus fluviorum: Stagnis, quæ fluminibúsque sonoris præsidet. *Ovid.* Fluminàque & fontes: —— Et nemorum Nymphæ, Najadúmque Chori. Puellæ Najades: humida saxa colentes. antris gaudentes. Quæ flumina servant. *Ovid.* 1. *Met.* Undis jura dabat, Nymphísque colentibus undas. *Id. l.* 5. *de Arethusa:* Conticuère undæ, quarum Dea sustulit alto Fonte caput, viridésque manu siccata capillos, *&c.*

2. DRIADES *&* HAMADRYADES. *Ep.* Cultæ, formōsæ, vĭrĭdes, prŏcāces, lascīvæ, fŭgāces. Dryadum chorus. Dryades puellæ. Virides nemorum Deæ, Nymphæ silvicolæ; Silvas choreis lustrantes, Satyrorum cura. *Calpurn.* Adfuerant sicco Dryades pede, Najades udo. *Ovid* 1. *Met.* Inter Hamadryades celeberrima Nonacrinas Naïas una fuit, Nymphæ Siringa vocabant. Ortygiam studiis, ipsámque colebat Virginitate Deam, ritu quoque cincta Dianæ, *&c.*

3. OREADES *Ep.* Agrestes, fŭgāces, lēves, formōsæ, vĭrĭdes, *&c.* Summis salientes montibus. Per juga frondosa levi pede currentes. *Ovid. Met.* —— montani numinis unam Talibus agrestem compellat Oreada dictis. *Virg.* 1. *Æn* —— aut per juga Cynthi Exercet Diana choros, quam mille secutæ Hinc atque hinc glomerantur Oreades, *&c.*

4. NAPÆÆ. *Ep.* Formosæ, placidæ, faciles, virides, hilares, cultæ, *&c.* Satyri circum, viridésque Napææ. Najades, & nitidos picta Napæa sinus. *Marull.* Rura lascivis viola perenni grata Napæis. *Ovid* 1. *Fast.* — in Venerem Satyrorum prona juventus, Quæque colunt amnes solaque rura Deæ. *Sunt autem* NAPÆÆ *Nymphæ saltuum* : *sicut* NAJADES *fontium*; *montium* OREADES : *silvarum verò sive arborum* DRYADES & HAMADRYADES. *Verùm poëtæ interdum turbant, &* Najadis *potissimùm nomen etiam aliis attribuunt. Discrimen, quod indicavi, ante alios optimè servavit Aug. Politian. in suo Rustico*

Uda choros agitat Nais, decurrit Oreas
Monte suo, linquunt faciles juga celsa Napææ,
Nec latitat sub fronde Dryas: non jubila Fauni
Fundere, non junctis Satyri dare sibila cannis,
Nec querulæ cessant tenerum tinnire volucres.

O

OBEDIRE.

Jussis *vel* imperio alicujus parere, obsequi, obtemperare. Jussa facere, facessere, capessere. Cura mandata fideli perficere, exequi, &c. *Virg.* 4. *Æn.* — ocyus omnes Imperio læti parent, ac jussa facessunt. *Id* 1 *Æn.* ——— tuus, ô Regina, quod optes Explorare labor, mihi jussa capessere fas est. Paret amor dictis. Et jam jussa facit, Non secus ac jussi faciunt. Haud mora, continuò matris præcepta facessit ——— quo fata trahunt, retrahuntque, sequamur.

OBJURGARE.

Increpare, Corripere, Arguere, Castigare,

Dictis amaris, sævis verbis, tetricis vocibus castigare, increpare, corripere. *Ovid.* Increpor à cunctis, totúmque immurmurat agmen. *Mart.* Murmure jam sævo verberibúsque tonas. Mordere dictis. *Iuven.* Corripies nimirum, & castigabis acerbo clamore. *Idem*: Vox domini fremit instantis, virgámque tenentis. *Idem*: Unde tibi frontem libertatemque parentis; Cùm facias pejora senex? *Virg.* Sic gravis Entellum dictis castigat Acestes. *Vide supra* MINARI *fol.* 393. *& infra* REPREHENDERE. *Reperies apud Horatium in satyris.* Ne sis patruus mihi, id est, *ne me severè nimiùm objurges aut castiges. quod solent patrui in nepotes. Unde est apud Persium,* Patruos sapere, i.e. *severos mores induere, censuram in juniores exercere. A quo non abeunt illa Martialis l.* 11. *ad Pædagogum suum.* ——— te noster villicus horret.

Te dispensator, te domus ipsa pavet,

Si Tyrios sumpsi cultus, unxive capillos;
Exclamas, nunquam fecerat ista pater.
Corripis, observans, quereris, suspiria ducis:
Et vix à ferulis abstinet ira manum.

OBMUTESCERE.

Subitò conticere. Dolore obmutescere. Vox faucibus hæsit. *Ovid.* Torpuerat gelido lingua retenta metu. Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæsit Lingua, ter in pavido destitit ore sonus. Ter volui promittere opem, ter lingua retenta est —— obmutuit illa dolore. Et pariter vocem, lacrymásque introrsus obortas Devorat ipse dolor: duróque simillima saxo Torpet *Id. 2. Fast.* Illa nihil; neque enim vocem virésque loquendi. Aut aliquid toto pectore mentis habet.

OBSIDERE.

Urbem, muros, mœnia, obsidione, armato milite, hostilibus armis premere, terrere, cingere, circumdare, claudere, vallare: densa includere corona: positis castris arctare. *Ovid.* Cingitur interea Romanis Ardea, signis, Et patitur longas obsidione moras. *Id.* Cincta premebantur trucibus Capitolia Gallis: Fecerat obsidio jam diuturna famem. *Virgil.* Non pudet obsidione iterum, vallóque teneri? —— ingentíque urbem obsidione premebat. Hinc Rutulus premit, & murum circumsonat armis. *Lucan.* —— si claudere muros Obsidione paras, & vi perfringere portas. *Sil.* Jámque in conspectu Carthaginis ampla repentè Castra locat: latè fugientibus arva colonis Vastantur; trepidant subita formidine cives Obsessi, &c. *Plura huc spectantia vide supra* V. INVADERE *fol.* 316.

OBVIAM IRE.

Obvius ardenti sese obtulit. Obvia processit jam par ætate juventus. Obvia prodieram reduci tibi. Reducem læto vultu, passis ulnis excipere, in limine primo expectare. Venienti occurrere, &c. *Occurrere.*

OCCASIO.

Tempus aptum Tempora commoda, idonea, mollia. *Commoditas.* Occasio fugax, brevis, levis, furtim elabens. —— brevis est occasio lucri. Occasionem arripere: uti oblatâ commoditate. *Ovid.* Utendum est ætate, cito pede labitur ætas *Horat. Epod.* —— rapiamus amici Occasionem de die: dúmque virent genua. Et decet, obducta solvatur fronte se-

nectus ——— fugit interea, fugit irreparabile tempus. Nec quæ præteriit hora redire potest OCCASIO (*quæ nihil est aliud, quàm Tempus rebus agendis aptum*) *tantam vim habet, ut vel in minimo neglecta totam rerum scenam immutet : atque ubi semel manibus elapsa est, frustra votis quantumvis ardentibus inclametur. Quare Antiquitas illam finxit pennatis pedibus rotæ volubili insistere, & priorem capitis partem* (*quâ se utendam offert*) capillis hirsutam *habere; posteriorem vero* (*quam fugiens nobis obvertit*) glabram *sive* calvam: *monere volens occasionem esse arripiendam, quâ parte prehendi potest. Quò faciunt notissimi* Catonis *versiculi:*

Rem tibi quam nôris aptam, dimittere noli.
Fronte capillata, post est Occasio calva.

OCCIDERE
sive
VITA PRIVARE.

Perimere. *Necare* *Trucidare.* Neci *vel* morti dedere, mittere, demittere, tradere, dare. Demittere Orco *vel* ad Orcum. Letho exstinguere, absumere, perdere, morte perimere. Sub Tartara *vel* Stygias ad undas mittere. Animam *vel* vitam eripere, adimere, auferre. Dulce lumen vitæ adimere, Vitâ spoliare, exuere, privare. Vita expellere. Atro funere tollere, perdere, mergere, &c. *Sen.* Quot iste famulus tradidit reges neci? *Id* Genitorem adortus impia stravi nece. *Virg.* Discurrunt alii ad portas, primósque trucidant.

Sternere Telo dejicere, humi fundere. Ferro sternere, absumere, perdere, perimere. Corpora letho dare: manu fundere · cæde vastare. *Virg.* Obvia multa virûm demittit corpora morti. Terram cruore spargere. Edere funera, stragem, &c. *Virg.* Quot telo primum, quem postremum, aspera virgo, Dejicis? aut quot humi morientia corpora fundis. *Ovid.* —— Phlegiámque Clytúmque Sternit, & exstructos morientûm calcat acervos. *Virg.* Perculit, & fulva moribundum extendit arena. *Vide* STRAGES.

Homicidium committere.

CÆDE impiâ, funestâ, turpi, cruentâ sanguinea, crudeli, atroci, violenta manum polluere, tingere, maculare. Sanguine insonti dextram conspergere, ferrum tingere, telum tepefacere, humum spargere, &c. Clám ferro invadere, superare, obtruncare : ferro trucidare : incautum occupare. *Virg.* ——— incautum crudeli morte sodalis Excipit, atque ense tum

tumido in pulmone recondit. Polydorum obtruncat, & auro Vi potitur. *Cat.* ——— juvenem fraterna cæde respersum. *Ovid.* Si manus hæc aliquam posset committere cædem, Morte foret dominæ sanguinolenta suæ.

OCCIDENDI

TUM SE, TUM ALIOS, TUM INNOCENTES, TUM NOXIOS VARII MODI:

1. *Ferro transfigere.*

Pectus, latus, præcordia, viscera, *&c.* ferro, gladio, mucrone, *&c* figere, fodere, perforare, frangere, trajicere, transverberare. *&c* Ensem pectore condere, recondere. Capulo tenus abdere. Ferrum per pectus agere, adigere, exigere in ilia mergere, demittere. *Virg.* ——— sed viribus ensis adactus, Transadigit costas, & candida pectora rupit, ——— dextráque coruscum Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem. *Ovid* Quoque erat accinctus demisit in ilia ferrum. Exigit ferrum sua per præcordia mater. Cur aliquis rigido fodiat sua pectora ferro? ——— ferrum adverso sub pectore condit Fervidus, ast illi solvuntur frigore membra. *Sen.* ——— ac pueri statim Pectore receptus ensis, in tergo exiit.

2. *Iugulare.*

Jugulum mucrone resolvere, ense fodere: guttura cultro rumpere. Ferrum jugulo mergere, tingere, demittere, condere, &c. *Prop.* Ipsum me jugula, lenior hostis ero. *Hor.* Hunc & parentis crediderim sui Fregisse cervicem, & penetralia sparsisse nocturno cruore hospitis. *Sen. Troad. de Pyrrho Priamum jugulante:* ——— cùm ferox læva manu Comâ reflectens regium torta caput Alto nefandum vulneri ferrum abdidit: Quod penitus actum cùm recepisset libens; Ensis senili tinctus è jugulo redit. *Virg. l.* 10. Sic fatus, galeam læva tenet, atque reflexa Cervice orantis capulo tenus abdidit ensem. *Prop.* ——— Agamemnoniæ ferrum cervice puellæ Tinxit, *&c.*

3. *Caput amputare.*

Caput cervicibus auferre, abscindere, collo eripere. Caput ferro desecare, auferre, detruncare, decutere. *Ovid.* Decutit ense caput, quod protinus incidit aræ, Atque ibi semianimi verba execrantia lingua Edidit, & medios animam exspiravit in ignes. *Id. de Mercurio Argum trucidante:* ——— fulcato nutantem vulnerat ense, Quà collo est confine caput, saxóque cruentum Dejicit, & maculat præruptam sanguine rupem.

rupem. *Virg.l.6.* —— huic uno dejectum cominus ictu Cùm galea longè jacuit caput. *Sen. Agam. de cæde Ægysthi manu peractâ :* —— hinc trunco cruor Exundat, illinc ora cum fremitu jacent.

4. *Telis configere.*

Jaculis *vel* sagittis adactis figere, configere, fodere, transfodere, *&c.* Tua conjectis fodientur pectora telis. *Virg.* Confixum ferrea texit telorum seges. *Ovid.* —— cùm tento concita nervo. Sicut erant juncti, trajecit utrumque sagitta. *Vide* SAGITTA *fol* 74.

5. *Laqueo interimere.*

Colla *vel* faüces laqueo ligare, implicare, innere, inserere. Collo restem, vincula, laqueum aptare. Animam *vel* animæ viam laqueo claudere; intorto nodo vocis iter præcludere. Laqueo vitam finire. *Ovid.* Pars animam laqueo claudunt. Cui aliquis laqueo collum nodatus amator A trabe sublimi triste pependit onus? *Id. Met* Mors placet: erigitur, laqueoque innectere fauces Destinat, & zona summo de poste revincta, Care vale Cinyra, caussámque intellige mortis Dixit, & aptabat pallenti vincula collo. *Idem :* Cùm foribus laquei religaret vincula summis. Inservitque caput, Atque onus infelix elisa fauce pependit.

Strangulare. Laqueo *vel* pollice guttur elidere. *Ovid.* Sic tibi claudatur pollice vocis iter. *Id.* Utque Syracusio, præstricta fauce Poëtæ, Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ, *&c.*

6. *Lapidibus, aliisvè rebus conjectis obruere.*

Lapidum imbre, sæva saxorum grandine obruere, impetere, affligere, *&c.* Hinc atque inde sonat circum cana saxeus imber Tempora, & inscribunt teneram fera marmora frontem. *Vida de S. Steph.* —— lapidum sub grandine dira Efflasti felicem animam, cœlúmque petisti. *Virg. 3. Georg.* —— cape saxa manu, cape robora pastor, Tollentémque minas & cærula colla tumentem Dejice *Pap. 1. Th.* Hi trabibus duris proterere exanimes artus, asprósque molares Deculcare genis, *&c.* Saxorum crepitant sub verbere malæ. *Sil.* —— incusso crepuerunt pondere malæ : Ablatúsque viro vultus: concreta cruenta Per nares cerebro sanies fluit, atráque manant Orbibus elisis, & trunca lumina fronte. *Ovid. Met.* — cruentatis vertuntur in Orphea dextris : Hæ glebas, illæ direptos arbore ramos, Pars torquent silices, *&c.*

7. Etur-

7. E *turri, muris, rupe præcipitare.*

Se *vel* alium è turris *vel* saxi culmine jacere, ac terram dare, præcipitem dare, jacere, mittere. *Ovid.* Lydia se scopulis ut virgo misit ab altis, Tu quoque saxoso præcipitêre jugo. *Sil.* ——— vastæ se culmine turris Præcipitem jacit, & delapsus pondere prono, Membra super nati moribundos explicat artus. *Sen. Theb.* Hic alta rupes arduo surgit jugo, spectatque longè spatia subjecti maris: Vis hanc petamus? nudus hic pendet silex: Hic scissa tellus faucibus ruptis hiat: Vis hanc petamus? du[illegible]r, quò vis eo: Si moreris, antecedo; si vivis sequor. *Prop.* Jamque ego conabar summo me mittere saxo. *Prud.* Summo pontis ab ardui In præceps fluvio datur, suspensum laqueo gerens Ingentis lapidem molæ. *Sen. Troad. de Astyancte*: Præceps ut altis cecidit è muris puer. *&c.* ——— ossa disjecta, & gravi Elisa casu silicis illisu caput Ruptum, cerebro penitùs expresso, jacet Deforme corpus. *Sil.* ——— concreta cruento Per nares cerebro sanies fluit. *Adauget hæc ultima gemina* COMPARATIONE *Ovid. l.* 12. *Met.*

Pérque cavas nares, auréſque oculóſque cerebrum
Molle fluit: Veluti concretum vimine querno
Lac solet: útve liquor rari sub pondere cribri
Manat, & exprimitur per densa foramina succus.

OCCISUS & OCCIDI.

Neci datus. Crudeli morte peremptus. Corpora ferro trajecta. Pérque vias sternuntur inertia passim corpora ——— *Peremptus.* pereunt Hypaniſque, Dymáſque confixi à sociis. Cecidit, *Interemptus.* procubuit moriens: sanguine tinxit humum. Fœdo dejectus vulnere humum planxit. *Virg.* Volvitur Eurialus letho, pulchróſque per artus It cruor, inque humeros cervix collapsa recumbit, ——— at ille Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem. *Ovid.* ——— at ille Procubuit terræ mactati more juvenci. Calido tellurem sanguine, fœdat. Cúmque anima cruor est effusus in auras. *Virg.* Implevítque sinum sanguis, tum vita per auras Concessit mœsta ad Manes, corpúſque reliquit. *Prop.* Viderat informem multa Patroclon arena Porrectum, & sparsas cæde jacere comas. *Sen.* Nati cruenta cæde confecti jacent, Perempta conjux. *V. suprà* MORI IN BELLO *fol.* 404.

OCCULTUS & OCCULTARE.

Latebris conditus: tenebris detentus: tenebroso in antro delitescens: umbris obtectus: Solis inaccessus radiis. *Abditus.*

Locus

Locus obſcurus, opacus, latebroſus: paucis notus: qua Rara per occultos ducebat ſemita calles. *Horat.* Paullum ſepultæ diſtat inertiæ Celata virtus. *Vide* CARCERE CLAUSUS *ſupra fol.* 137.

Tectus, &c. *Occulere. Abdere. Tegere. Condere. Recondere. Celare.*

OCCULTARE. Furto abſcondere. Latebris cæcis credere, committere. Terra, ſilvis *vel* antro furtim occultare; abdere, celare, *&c.* Timidum caput abdere: in latebras ſeſe condere: celare tenebris: cava ſe condere terra : ſpiſſis noctis ſe condidit umbris: fruticúmque recondita ſilva delituit. *Virg.* 2. Tacitam ſecreta in ſede la[illegible] Tyndaridem aſpicio. Arboribus clauſam circum, [illegible] horrentibus umbris Occulit. Caput *vel* tempora vittis ope[illegible]e, abſcondere, &c. *Ovid.* Frondibus infantem, ramíſque albentis olivæ, Et levibus vittis ſedula celat annus. *Id.* Illa tegi cæca condita nocte decet.

OCULI.

Lumina. Ocelli.

Ep. Vĭgĭles, intenti, ſollĭcĭti, cŭpĭdi, ācres, āvĭdi, āvāri, vāgi, *&c.* Plăcĭdi, mītes, compŏſĭti, mŏdeſti, *&c.* Blandi, læti, vĕnuſti, ălăcres nĭtĭdi, rīdentes, pulchri, clāri, lūcentes, ſīdĕrei, fulgĭdi, dĕcŏri, rădiantes, ămœni, *&c.* Ignei, flammei, flagrantes, laſcivi, lūbrĭci, molles, prŏtervi, nictantes, moliſicantes, prŏcāces, *&c.* Nigri, glauci, vĭtrei, cærŭlei, *&c.* Luminis orbes. Geminæ acies. Acies luminum. Oculi ſub fronte micantes. Vigiles ſub fronte miniſtri. Blandi *vel* teneri ocelli. *Prop.* —— labentes premeret cùm ſomnus ocellos *Virg.* Huc geminas, huc verte acies, hanc aſpice gentem. *Sen.* —— torpet acies luminum, Hebetéſque viſus vix diem inſuetum ferunt. *Sil.* Ignea ſanguinea rutilabant lumina flamma. *Ovid.* Certantia Phœbo lumina, *&c.*

Oculis uſurpare.

Videre. Tueri. Cernere. Spectare. Conſpicere. Aſpicere.

Oculos, oculorum orbes *vel* aciem, luminis orbes ad aliquid torquere, flectere, vertere. Oculis conſpicere. Hunc ſimul ac cupido conſpexit lumine virgo. *Virg.* 1. *Æn.* —— omnem Proſpectum latè pelago petit, Anthea ſi quem Jactatum vento videat. Nullam in conſpectu navem, tres litore cervos Proſpicit arantes. Conſtitit ante oculos. Hic oculis ſubitò objicitur. —— nec poſt oculis eſt reddita noſtris. —— hæc oculis pater aſpicis æquis?

Suſpicere cælum Oculos cœlo attollere. *Ovid.* —— cœlúmque tueri Juſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Oculis abeuntem ſequi, proſequi. *Ovid.* —— oculis abeuntem proſequor udis. *Papin.* Vela ſequar, ſpectémque ratem jam feſſus ab altis Rupibus, atque oculos longo que-

querat aëre vinci. *Quod tenerè amantium est, præcipuè ubi ab eo, quod amant, avellitur Talis Laodomia apud Ovid, Ep. 13.*

Dum potui spectare virum, spectare juvabat.
Súmque tuos oculos usque secuta meis,
Ut te non poteram, poteram tua vela videre:
Vela diu vultus detinuêre meos:
At postquam nec te, nec vela fugacia vidi.
Et quod spectarem nil nisi pontus erat;
Lux quoque tecum abiit, tenebrísque exsanguis obortis,
Succiduo dicor procubuisse genu.

Oculos dejicere.

Oculos *vel* lumina solo fixa tenere, humi defigere, in humum deflectere. Figere lumina terræ. Demittere ocellos. Vultum in terram dejicere. *Ovid.* Vix oculos attollit humo. *Virgil.* Tum breviter Dido vultum demissa profatur. *Ovid* Hæsit in opposita lumina fixus humo. Erubuit, gremióque pudor dejecit ocellos Immota tenere lumina. Verecundo vix tollere lumina vultu, *&c.*

Oculos in aliquo figere.

Oculos, vultum, lumina in aliquem *vel* in aliquo figere, defigere: Lumine immoto, fixis oculis tueri, spectare Lumina in aliquo fixa tenere. Oculis inhærere: fixis vultibus hærere. Expleri mentem nequit, ardescítque tuendo. Nec vaga dilecto satiantur lumina vultu. *Prop.* ——— intentis hærebam fixus ocellis. *Ovid* Immotósque oculos in se sine fine tenentem ——— & nusquam lumen detorquet ab illa. *Idem.* Spectat, & in vultu veluti tum denique viso Lumina fixa tenet.

Oculos huc illuc volvere.

Partes in omnes oculos vertere, versare, dimittere. Oculos circumferre: per singula volvere. Lumine vago lustrare. Omnia oculis perlegere, visu obire: Per cuncta oculos ferre. Aspectu vagari: vultum per omnia ducere. Omnia collustrare. Partes in omnes speculari. *Virg.* ——— omnémque Accessum lustrans, huc ora ferebat & illuc. Aciem partes dimittere in omnes. *Ovid.* In quamcunque domûs adverti lumina partem, Immensæ spectantur opes. *Virg.* Huc illuc volvens oculos. *Id.* Miratur, facilésque oculos fert omnia circum, *&c.* *Perlustrare. Speculari.*

Oculos alicui eruere.

Ungues in vultum conjicere. Ora manu insequi, manu petere, tendere in ora manus. Digitos in lumina condere.
ma-

manu lumina haurire. Oculos genis expellere, sedibus suis eruere. Lumina perpetua nocte damnare: lumen eripere, adimere lucem. Luce privare, orbare, *&c.* Oculos unguibus fodere: manus in ora torquere *Vide suprà* CÆCUS *fol.* 131. *Et Senecam latè in hoc circo exspatiantem, apud quem* OEDIPUS,

Scrutatur avidus manibus uncis lumina.
Radice ab ima funditus vulsos simul
Evolvit orbes. Hæret in vacuo manus.
Et fixa penitus, unguibus lacerat cavos
Altè recessus luminum, & inanes sinus;
Sævitque frustra; plúsque quàm sat est, furit?
Tantum est periclum lucis ———

ODIUM.

Epit. ăcerbum, dūrum, crūdēle, ătrox, triste, nĕfandum, ĭnexōrābile, impācātum, implācābile, imprŏbum, infandum, ĭnĭmīcum, *&c.* Odii semina. Odii non obscura signa. Odio prosequi. Odio capitali insectari, urgere. Odia æterna exercere *Ovid.* —— sed inexorabile durus Exerces odium, nec iniqua finis in ira est Pectus odiis inexsaturabile. *Virg.* —— nullus amor populis, nec fœdera sunto: Littora littoribus contraria, fluctibus undas imprecor. *Ov.* Illa, velut crimen, tedas exosa jugales. *Virg.* ——— sævumque perosus Achillem. Odisse cane pejus, & angue. Odio prosequi Vatiniano, *à Vatinio, nota improbitatis homine apud Romanos, qui M. Tullii orationibus proscissus, in summum populi Rom. odium incidit. Catullus*: —— munere isto Odissem te odio Vatiniano, i.e. *summo sive capitali.. Quale est illud, quod in feminas implacabile se gerere testatur apud Sen. castissimus Hippolytus*:

Detestor omnes, horreo, fugio, exsecror.
Sit ratio, sit natura, sit dirus furor;
Odisse placuit. Ignibus junges aquas,
Et amica ratibus antè promittet vada
Incerta Syrtis: antè ab extremo sinu
Hesperia Tethys lucidum attollet diem,
Et ora Damis blanda præbebunt Lupi;
Quàm victus animum feminæ mitem geram.

ODOR.

Ep. Grātus, jūcundus, suāvis, dulcis, frāgrans, ambrŏsius, dīvīnus, Syrius, Assyrius, ărābus, ăchæmĕnius, ŏrontæus *&c.* Templa *vel* domum odoribus perfundere, ditare Sabæos odore (i.e. *Thura*) incendere, Spargere odores. Quos tenet è

terra divite mittit Arabs ——— mittit quidquid beneolentibus arvis Cultor odoratæ dives Arabs segetis. *Papin.* —— Assyrio cineres adolentur amomo, Sicaniisque crocis. *Horat.* Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu.

Odorem gratum spirare.

Odorem latè jactare, spargere, spirare, exspirare, exhalare. Bene olere. Olere vel redolere myrrham, rosam, *&c.* Suaves exspirans lectus odores. Odoribus fragrare, halare, spirare, *&c.* Croceis halantes floribus horti *Virg.* Thure calent aræ, sertisque recentibus halant. Atque Arabo noster spiret odore rogus. Grato odore nares replere, afficere, recreare, &c. *Virg.* Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem Spiravere. *Prud.* Reddente nectar carcere NECTAR & AMBROSIA *inter odorata à poëtis referuntur, cum respectu ad Deorum illum potum; vel ad vini genus, quod odoribus conditum antiqui* Nectar *vocabant. Symmachus in Epist.* Litteræ tuæ halantes Platonicum nectar. *Lucretius lib. 2.*

Et nardi florem, nectar qui naribus halet.

Odorem gravem vel *tetrum diffundere.*

Odorem tristem, dirum, injucundum exspirare, spargere, exhalare. Graviter spirare: grave olere. Diro odore locum contristare, aërem inficere. —— funestus odor, dirumque per aera virus. *Virg* —— faces graveolentis Averni. Quem super haud ullæ poterant impune volucres Tendere iter pennis, talis sese halitus atris Faucibus effundens supera ad convexa ferebat. *Sil lib 6.* —— crassusque per auras Halitus erumpens, tetrum exspirabat odorem. Olere stabulum, hircum, nauteam. *Est autem* Nautea *aqua fœtida sentina. Unde apud Plautum reperies* Hircum unctum nautea *pro duplici narium peste. Adde his* Mephitim, *quæ est aëris corrupti putor: cui avertendo cloacarum Dea, sub* Mephitis *nomine, à Romanis culta fuit. Virgilius lib. 7. de sulphureis aquis Albuneæ:* *Redolere. Fragrare.*

—— nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, sævamque exhalat opaca mephitim.

Odorem percipere.

Odorem naribus vel nare haurire, accipere. Odore grato nares pascere. Odor fertur ad aures. *Cat. de unguento suavissimo:* Quod tu cùm olfacies; Deos rogabis, Totum ut te faciant, Fabulle, nasum. *Ovid. de Venere:* —— tenues secessit in auras: Mansit odor; posses scire fuisse Deam. *Virgilius quoque non uno loco inter notas divinitatis censet suavem odorem:* *Olfacere.*

qui tamen ascititius & exoticus homines non admodum olim commendabat. Primum quia illo sæpe tetri corporis odores dissimulabantur: deinde, quia mollium erat & effeminatorum. Unde jactabantur apud antiquos: Bene olet, qui nihil olet. *Nec sine dente est. Mart. Epigramma l. 2.*

Hoc mihi suspectum est, quod oles bene Posthume, semper,
Posthume non bene olet, qui bene semper olet.

OLEUM.

Olivum *Ep.* Liquidum, pingue, tardum, læve, unctum, *&c.* Olei liquor: succus *vel* humor pinguis olivi. Succus canentis olivæ: semper frondentis olivæ munus, donum, latex, *&c.* Palladius liquor. Pinguis Pallas. Palladii guttas instillat olivi. PALLAS *olea inventrix, à poetis Metonomicè sæpe pro ipso oleo ponitur: Ovid 4. Trist El. 5.*

Cujus ab alloquiis anima hæc moribunda revixit,
Ut vigil infusa Pallade flamma solet.

OMEN *sive* PRODIGIUM.

Portentum. *Epit.* Dirum, triste, horrendum, terrificum, infelix, funestū Omina sæva; tristia signa, urbes, populos terrentia. Horrifici Divû monitus. Prodigium infandum. Tristia cœlo monstra *Virg. 4. Æn.* Non plurima cœlo monstra sinunt. *Id l. 5.* Prodigium canit, & tristes denuntiat iras. *Papin 3 Th.*

Monstrum. Monstra volant, diræ strident in nube volucres, Nocturnæque gemunt Striges, & feralia bubo Damna canens. *Virg. 1. Georg.* Tempore quamquam illo tellus quoque, & æquora Ponti, Obscœnique canes, importunæque volucres Signa dabant, &c. *Observa* OMEN *Latinis sumi pro quolibet augurio sive rerum futurarum tam bonarum quàm malarum signo. Unde ominum alia* fausta, *alia* infausta *dicta. Hic de infaustis agimus: quæ quoties in rebus novis, ingentibus ac planè stupendis sita essent, veteres* Monstra *appellarunt, atque à malis, quæ per illa prodici sive portendi existimabant,* prodigia *ac* portenta *dixerunt.* TALIA FUERUNT:

Subitus aut ingens solis defectus: avium infelicium cantus terrarum tremor: luporum ululatus: voces incerto auctore sub tempus nocturnum prolatæ: simulacrorū in templis sudor, aqua puteana in sanguinem versa: umbrarum apparitio, Cometa &c. ut videre est apud Ovid. Lucanum, Senecam aliosque Ex omnibus atque omnium instar adduco Virg. l Georg. 1. ubi inter cetera prodigia, quæ præcesserunt bellum civile contra Brutum & Cassium Cæsaris percussores, recenset hæc sequentia.

Armorum sonitum toto Germania cœlo
Audiit: insolitis tremuerunt motibus Alpes,

Vo

Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes
Ingens:& simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis:pecudesque locutæ
Infandum:sistunt amnes,terræque dehiscunt:
Et mœstum illacrymat templis ebur:æraque sudant,
Nec puteis manare cruor cessavit,& altæ
Per noctem resonare lupis ululantibus urbes.
Non aliàs cœlo ceciderunt plura sereno
Fulmina,nec diri toties arsere Cometæ,

OMNIA

Quidquid habet spatiosi machina mundi : Quidquid gremio complectitur orbis. Quidquid habet tellus,mare, nubila cœli.Omnia,quæ cœli Phœbus ab axe videt. Quæcumque Phœbus aspicit oriens,cadensque. ——quæcumque capaci Amplexu facies mundi revolubilis ambit. Quidquid habet tellus,quidquid olympus habet. *Claud.* —— quodcumque rubescit Occasu, quodcumque dies devexior ambit,*&c.* *Cuncta.*

ONUS.

Ep. Grave,durum,molestum,iniquum,premens,*&c.* Membra gravans:humeros premens.Pondus iniquum.Moles immensa,vasta,vix ferenda.Onus plaustri.*Ovid.Met.* ——inque humeros limen tellure revulsum Tollit , onus plaustri: quod ne permittat in hostem,Ipsa facit gravitas. *Virg.* Vix illud lecti bis sex cervice subirent. *Ovid.* Vix juga novissent, ainque bis illud onus.*Id.è contrario*:Non ego sum classi sarcina magna tuæ.Accedam profugæ sarcina parva rati. *Vide* *supra* FERRE *fol.* 250. *Moles. Sarcina ;*

Onerare.

Humeros *vel* cervicem onere urgere,gravare , premere. ingenti pondere deprimere,incurvare. *Ovid. de Rem.* Aspice curvatos ingenti pondere ramos, Ut sua,quod peperit, ferat arbor onus.Pondus humeris committere,imponere. *Ovid de Hercule :* Nec grave pondus habet,quod onus at ætheris alti. *Æneas apud Virg.l.*2. Ergo age, chare pater,cervici imponere nostræ : Ipse subibo humeris , nec me labor iste gravabit. *Non gravat enim , quod animo lubenti suscipitur. Contrà:immensi ponderis instar obtinet, quidquid imponitur invito Hinc natum puto,ut apud Latinos vox gravare novam significationem induerit pro refugere,recusare Sen. Thyeste.* ——jam tuum mœstæ pedem Terræ gravantur. *Huc illud pertinet sanctissimi Præsulis Paulini distichum:*

Namque tuum LEVE, Christe, jugum est, quod prompta voluntas
Suscipit, & facili fert amor obsequio.

Oneri succumbere.

Onus non ferre; ægrè *vel* malè sustinere. Sub pondere iniquo gemere: vix animam trahere. Sub onere deficere, labare, cervicem inflectere: poplite flexo subsidere, &c. *Prop. lib.* 3. Turpe est, quòd nequeas : capiti committere pondus. Et pressum inflexo mox dare terga genu. *Lucan.* ——— sed fessa labat mihi pondere cervix, Et tremefacta cadunt succiso poplite membra *Ovid. de arbore fœcunda* : Pomaque læsissent matrem, nisi subdita ramo Longa laboranti furca tulisset opem *Id.* Conantem debilitabit onus *Idem* 3. *de Pont. excusans se, si minus de core triumphi pompam versibus elegiacis descripserit.*

Res quoque tanta fuit, quantæ subsistere summo
Æneidos vati grande fuisset onus.
Ferre etenim molles Elegi tam vasta triumphi
Pondera, disparibus non potuêre rotis.

ORARE.

Precari. Rogare. Petere. Poscere, &c. Precibus exposcere, poscere. Supplicibus exposcere vo[cibus]. Supplicibus verbis affari. Fundere preces : Precantia dice[re] verba: Precibus ambire, fatigare, *&c.* Supplicem alicui fi[eri]. Supplicem se ante pedes alicujus prosternere. Supplice vo[ce], flexo poplite rogare, precari, *&c* Per liberos parentes, pa[tri]am, Numen: rogare, obtestari. *Virgil.* ——— per ma[gnum] Nile, penates Assaricique larem, & canæ penetralia Ve[stæ] Obtestor, &c. *Vide supra* AUXIL. IMPLORARE *fol.* 113. D[e] PRECARI *fol.* 196 *& infra* PRECES.

Supplicare. Genue alicujus amplecti: volvi ante pedes *vel* procu[m]bere: genibus manum admovere. *Ovid. Epist.* 12. Nam[que] sum supplex, quod tu mihi sæpe fuisti : Nec, moror ante [tuos] procubuisse pedes. *Sen. de Astyanacte Vlyssi supplicante:* — en blandas manus Ad genua tendens voce miseranda ro[go]. GENUA *misericordiæ dicavit, iisque religiosum quiddam* [im]*putavit. Antiquitas. Hinc illa supplices tangebant, ampl*[ecte]*bantur: & in templis,* vota *genubus Deorum appendi solita* [fuisse] tassis (*inquit Plin. l.* 11.) quia inest iis vitalitas. *Namque in genu utriusque commissurâ, quædam inanitas est, quâ perf*[ossa] *ceu jugulo, spiritus fugit. Favet Plinio, quod in senio ac* [...] *prima nos genua destituunt. Morem porrò, quem dixi, fir*[mat] *Medeæ verba apud Senecam. Actu.* 2.

———tum nocens, fateor, Creon:

Talem sciebas esse, cùm GENUA ATTIGI
Eidemqué SUPPLEX præsidis dextræ peti.

Orando flectere.

Animum alicujus precando mollire ; precibus vincere, *Exorare.* supplicibus votis superare. Precibus obtinere. Preces non vanas effundere *Ovid.* Nunc quoque votorum nulla est pars vana meorum; Diiqué mihi faciles, quidquid voluêre, dederunt. *Virg.* 4 *Æn.* Talibus orantem dictis, arasqué tenentem Audiit omnipotens, oculosque ad mœnia torsit. *Vide infra* PRECES EXAUDIRE , *& supra* IRAM ALICUJUS PLACARE *fol.* 323.

ORBIS

sive

TERRÆ ATQUE AQUÆ GLOBUS.

Ep. Lātus, spătiōsus, vastus, sŏlĭdus, &c. *Vide* TERRA. Tellus circumdata ponto: æquore cincta. Circumfuso quæ pende in aere tellus. Solido stans robore : sub pondere librata: int media mundi regione locata : Circumfusum æquo distinguens limite cœlum *Sil. l.* 11. Tum Deus ut liquidi discussit stagna profundi, Tellurisqué globum MEDIA compage LIGAVIT. *Ovid.* 1. *Met. de mundi creatione*: Principio terram, ne non æqualis ab omni Parte foret , magni speciem GLOMERAVIT in orbis; Tum freta diffudit, rapidisqué tumescere Ventis Jussit, & ambitæ circumdare littora terræ. *Danil l.* 4. Ipsa natat tellus , pelagi lustrata corona Cingentis medium liquidis amplexibus orbem. *Dicitur Terra natare, non quòd moveatur ac fluctuet, sed simpliciter, quia Aquis cincta est, cum quibus unum efficit globum , quem primus rerum conditor in medio universi collocavit firmum & immobilem : ita scilicet, ut, nullis angulis extuberans , ex omni parte æquali semper intervallo à cœlo distet. Quamvis autem hic globus ex terra simul & Aquis constet, sæpe tamen* Terræ *nomine designatur. Aëre ambiente undequaque cingitur, in cujus medio* pendere *ac* librari *dicitur, quia nulli fundamento innixus , suâ tantùm vi atque innatâ gravitate ibidem se continet juxta illud regii vatis;* Fundasti terram super stabilitatem suam , non inclinabitur in seculum seculi. *Idem firmat.* Vestæ *(quæ eadem cum Terra) etymologiâ, tam Græcâ, quàm Latinâ. Nam Græcis* Ἑστία *dicitur, ἀπὸ τοῦ ἑστάναι, i. e.* à consistendo. *Latini* Vestam *dixere quasi* vi sua stantem, *ita Ovid.* 6. *Fast.*

Stat vi Terra sua: vi STANDO Vesta vocatur,
Causaque par Graii nominis esse potest.

Hoc verò argutum. Cùm Terra figura sit sphærica, quæ est omniū maximè volubilis, ex hac ipsa volubilitate, pro ejusdem stabilienda immobilitate rationes exsculpere. Nam cùm in meditullio sit universi sita, atque ob formæ rotunditatem ad omnes mundi oras æquè se habeat; nihil causa est, inquiunt, cur ad hanc potiùs, quàm ad illam partem eat. Itaque cùm ad omnes simul moveri non possit, ad nullam digreditur, hæretque immota. Fuit hæc olim Anaximandri Milesii sententia: quam tangere videtur Ouid 6. Fast. ubi & argumentum habes pro terræ rotunditate:

Terra pilæ similis, nullo fulcimine nixa,
Aëre subjecto tam grave PENDET onus.
IPSA VOLUBILITAS libratum SUSTINET orbem,
Quique premat partes, angulus omnis abest.
Cumque sit in media rerum regione locata,
Et tangat nullum plusvé minusvé latus;
Ni convexa foret, parti vicinior esset,
Nec medium Terræ mundus haberet onus.

ORBIS.

QUATUOR PARTES *sive* LATERA:

Aurora. Ortus. 1. ORIENS. *Epit.* Purpŭreus, rŏseus, rŭbens, rŭber, rŭtilus, ultĭmus, &c. *Vide* AURORA. Solis ortus. Orientis oræ. Eoæ plagæ, undæ, oræ. Eous orbis, tractus, ortus Eoa tellus. Eoa quà maris undà rubet. Eoum littus. Auroræ domus. Ad Auroram, Nabathæaque regna, Radiis juga subdita matutinis. *Virg.* Victor ab Auroræ populis, & littore rubro, &c. Sen. Littus intravit pelagi rubentis: Quæqué nascentem videt ora solem ——— qua ferens Titan diem Indos propinquos tingit ardentes face Eoæ gentes: Auroræ populi, Eois proximus Indus aquis. *Prop.* Quos aurora suis rubra colorat equis.

occasus. Vesper. 2. OCCIDENS, *Ep.* Ultĭmus, sĕrus, rĕmōtus, rŏseus, purpŭreus *&c.* Plagæ, partes undę Hesperiæ *vel* occiduæ. Occiduus *vel* Hesperius orbis, axis, *&c.* Tartessia littora. Sol occiduus. Solis occasus. Hesperium solis cubile. *Ov. Met.* Vesper & occiduo quæ littora Sole tepescunt. *Id* 5. *Fast.* Seu quis ab Eois nos impius orbe lacesset, Seu quis ab occiduo Sole domandus erit. Ubi sol præceps occiduas subit aquas: radios uncondit, &c. *Virg.* Oceani finem juxta, Solemque cadentem.

arctos. 3. SEPTENTRIO. Axis. *Ep.* gĕlĭdus, glăcĭālis, pruīnōsus, Parrhăsius, Lycāŏnius, Scythĭcus, *&c.* Gelidi triones. Arcto Mænalia; Strymonia, gelida, glacialis, *&c.* Parrhasiæ virg...

axis Proxima sideribus tellus Erymanthidos ursæ. Quæque Lycaonio terra sub axe jacet Boreæ domus. Ubi horrifer regnat Boreas, Axis Boreûs *Ouid*, 4 *Trist*. Vita procul patria, peragenda sub axe Boreô est. *Idem*: —— relegatus gelidos Aquilonis ad ortus Barbara me tellus, & inhospita littora ponti Cumque suo Borea Mænalis ursa videt.

4. MERIDIES. Auster, *Ep* mădĭdus, hūmens, plŭvius, imbrĭfer, călĭdus, &c. *Ouid*. 1. *Met*. E quibus imbriferos versa est Pachynus ad Austros, i.e. *ad meridiem sita est*. Plaga Australis. Plaga nimbiferos quæ torrida vergit ad Austros. Terræ tepentes madidi igne Noti. Arva Sole medio flagrantia *Lucan l*. 1. Quaque dies medius flagrantibus æstuat horis. Austri calentis arenæ. Ad Austrum: Austri tepentis ad axem: Madido sub austro, &c. *Lucan l*. 3 *de pop Merid*. —— quorum devexus in Austrum Æther non totam mergi tamen aspicit Arcton. *Vide infra* VENTUS. *Nam cùm his quatuor Mundi partibus quatuor præcipui respondeant venti, qui à sua quisq; parte in oppositam flabra emittunt, fit, ut poëtæ ipsos sæpe ventos pro sua quemque parte usurpent. Flat autem ab orientali parte* EURUS, *ab occidentali* ZEPHYRUS: *à septemtrionali* BOREAS: *à meridionali* AUSTER. *Atque has quoque sedes primis ventis designat Ouid 1 Met.* Auster

Eurus ad Aurorum Nabathæaque regna recessit,
Persidaque, & radiis juga subdita matutinis.
Vesper, & occiduo quæ littora Sole tepescunt,
Proxima sunt ZEPHYRO. Scythiam, septemque triones
Horrifer invasit BOREAS Contraria tellus
Nubibus assiduis, pluvioque madescit ab AUSTRO.

Ab Oriente ad Occasum.

Ab Ortu ac Occasum. Solis ab ortu. Solis ab occasum. A vespere: solis ad ortus. *Horat l* 4. —— famaque, & imperî, porrecta majestas ad ortum Solis, ab Hesperio cubili. Ab Eoo cardine, ad metam Occidentis ultimam. *Ouid*. 2. *Trist*. Qua nihil in terris, ad finem solis ab ortu Clarius, excepto Cæsare, mundus habet. Littora sub utroque jacentia phœbo: oriens occiduusque dies: Vesper, & Eoæ terræ, *&c*. *Tibul*. 2. Quaque patent ortus, & qua fluitantibus undis Solis anhelantes abluit amnis equos. *V. supra* PER TOTUM MUNDUM *fol*. 411.

OSCULUM.

Ep Chārum, ămīcum, dulce, blandum, grātum, molle, cŭpīdū, Anhēlum *&c* Mellita basia; suavia nectarea: ambrosiç cer- Basium. Suavium.

 tan-

tantia Pressis labellis data, porrecta, Oscula casta: qualia dat frater sorori, vel cupido nupta puella viro, *&c.* Oscula officiosa, *de quibus Mart. l. 2* Basia dimidio quòd das mihi, Posthume, labro; Laudo: licèt demas hinc quoque dimidium. OSCULUM *ab ore dictum, os à littera O, inquit Scaliger.* Officiosa *dicuntur, quæ amicis aut notis in itu, reditu, gratulatione aut (quod apud Romanos sub Augusto increbuerat) cottidiano etiam occursu dabantur. Hæc ultima* cottidiana *dicuntur Suetonio: atque à Tiberio edicto prohibita, sed non sublata. Osculabantur autem os, genas, oculos atque in potentioribus etiã* manum. *Vnde est Martialis jocus in hominem impuri oris ac graveolentem.* Basia das aliis, aliis das Posthume dextram.
Dicis, utrum mavis elige. Malo manum.

Oscula dare, reddere, figere, porrigere. *Ovid.* Peregrinaq; oscula terræ figit, ——— liquidis porreximus oscula lymphis. Oscula capere, rapere, carpere. *Ovid* Multa tamen rapies oscula, multa dabis. Osculis *vel* amplexu collum invadere. Excipit amplexu, feliciaque oscula jungit. Ore premere; os ori jungere. Oscula libare. Basia prono vultu, pressis labellis ingerere, admovere, applicare, &c. *Vide supra* AMPLECTI. *Nicas. Baxius Augustin. de Virginis Deipara castiss. mis osculis*

Dum casta figeret oscula
Virgo pueri labellulis;
Omnique flore pulchrius,
Omnique melle dulcius
Ore occuparet osculum;
Dulcemque legeret animulam,
Gemminaque sidera ocellos
Iterumque & iterum stringeret, *&c.*

OTIUM.

Inertia. Desidia. *Ep.* Segne, ignavum, iners, languens, pigrum, ignobile, sordum, turpe, molle, *&c.* Vita deses, Desidis otia vitæ. Desidia molles. Marcida otia, Iners situs. Ignava quies. *Ovid. 1. Pont.* Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus? Ut capiant vitium, ni moveantur, aquæ? Et mihi si quis erat dicendi carminis usus, Deficit, estque minor factus inerte situ. *Idem. 1. de Rem.* Fac monitis fugias OTIA prima meis. Hæc ut ament faciunt, hæc ut fecere tuentur. Hæc sunt jucundi caussa cibusque mali. Otia si tollas, periere Cupidinis arcus, *&c.*

Otia agere, peragere, ducere, terere. Otia vitæ desidiosa sequi. Nihil agere. Otio marcescere, diffluere. *Clau.* Non tibi desidias molles, nec marcida luxu Otia, nec somn-

genitor permisit inertes *Ouid 1 Rem.* Languor,& immodici nullo ub vindice somni, *&c.* Solvi in otia Desidiosum esse; desidia torpere ; pigro torpore vires perdere. *Lucan.*—— tum frigidus artus Alligat atque animum,subducto robore, torpor. *Vide infra* PIGER. *Nam hic* OTIUM *pro deside vita accepimus Cum sæpe aliàs honestam quietem sive relaxationem à gravioribus & magis seriis negotiis significet: de qua vide infra* QUIESCERE.

P.

PALLOR,PALLESCERE.

Ep. Albus,exsanguis,gelidus,deformis,buxeus, plumbeus,lividus,tristis,*&c.* Color informis;buxo similis. *Ouid.* Buxoque simillimus ora Pallor obit. Pallet timore;fugit ore color;toto expalluit ore *Ouid.4. Met.* Oraque buxo pallidiora gerens. Pallor simul occupat ora,membra invadit, vultus gravat,&c. *Lucan.* Terribilis Stygio facies pallore gravatur. Pallent amisso sanguine venæ. *Ouid.* Diriguêre oculi,calidusque è corpore sanguis Inducto pallore fugit. *Tibull. l.4,* Effice,ne macies pallentes occupet artus, Neu notet informis pallida membra color, *&c.*

COMPARATIONES.

Regnat hac in parte Nasonis Musa. Ac primò egregiè pallentem cum vase argenteo & novo marmore comparat Ep. 20.

Concidimus macie;color est sine sanguine;
Forma novi talis marmoris esse solet.
Argenti color est inter convivia talis.
Quod tactum gelidæ frigore pallet aquæ.

Secundo *cum buxo(ut videre potes suprà) & nova cera l.1, de Pont.* Parvus in exiles succus mihi pervenit artus.
Membraque sunt cera pallidiora nova.

Tertiò *atque omnium creberrimè cum frondibus autumnalibus hiemis frigore percussis l.6 Fast. l.3. Trist. Alibi etiam cum malis Cydoniis jam maturis,prunis verò immaturis.*

Palluit,ut seræ lectis de vite racemis
Pallescunt frondes,quas nova læsit hiems.
Quæque suos curvant matura Cydonia ramos,
Cornaque adhuc nostris non satis apta cibis.

Atque *in his præmissis personæ Rebus conferuntur. Ab aliis etiam personas personis comparari videas Ita Valerius Flacc. l. 3. trepidum ac pallentem contulit cum nautis & agricolis tempestate impendente pallidis:*

——tum verò & pallor,& amens.

Cum piceo sudor rigor: ceu pectora nautis
Congelat hiberni vultus Jovis; agricolisvé,
Cùm coit umbra minax.

Juvenalis *autem sat.1.cum eo, qui anguem improvisum calcavit:* ——— & sic

Palleat, ut nudis pressit qui calcibus anguem.

Breviter. Vt satyricum, decuit, latius Virgilius 2. Æneidos, quem in oculis habuisse Iuvenalem non dubito:

Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens: trepidusque repentè refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem:
Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.

PANIS

ATQUE HUC SPECTANTIA.

Donum Cereris Cerealia munera. Dona laboratæ Cereris *Lucan. l.4* ——— satis est populis fluviusque Ceresque *i.e.* aqua & panis. *Virg l.2.* Cereremque canistris expediunt. *Pap.1. Th.* Cumulare canistris perdomitam saxo Cererem. Tostæ fruges *Ouid Met* ——— nec tostæ fragis egentes. *Frumenta primum invenisse, eaque molere. & panificium opus ex iis conficere docuisse fertur* CERES *: cùm prius alimenta mortalibus arbores & herbæ suppeditarunt; adeò ut glandibus etiam pecorum ritu victitarent: Argumento sunt arborum glandiferarum nomina* Esculus *&* Fagus *: quarum illam ab esca dictam volunt; hanc à* φαγεῖν, *i.e. concedere Ouid.4. Fastor.*

Panis erant primis virides mortalibus herbæ,
Quas tellus nullo sollicitante dabat.
Postmodò GLANS nata est: bene erat jam glande reperta,
Duraque magnificas quercus habebat opes.
Prima Ceres, homine ad meliora alimenta vocato.
Mutavit glandes utiliore cibo.

OBSERVA *ex Iuvenale satyra 5. etiam apud Romanos posteriori ævo (nam primos illos longo tempore pulte, non pane vixisse docet Plinius lib. 18. c.8.) alium divitum, & lautiorum panem fuisse, alium tenuioris fortunæ hominum: aliumque quem sibi dominus servabat, alium quem clientibus elargiebatur.*

Ecce alius quanto porrexit murmure panem
Vix fractum, solidæ jam mucida frustra farinæ,
Quæ genuinum agitent, non admittentia morsum.
Sed tener & niveus, molliqué siligine factus
Servatur domino, *&c.*

Mo

MOLERE.

Mola pumicea, aspera, scabra, dura, gravi, versatili fruges *vel* Cererem frangere, terere, conterere, domare. *Virg.* Fruges nunc frangite saxo. Molam *vel* molæ orbem versare, ducere. *Manil.* Subdere fracturos silices frumenta, superque Ducere pendentes orbes, & mergere farta. *Virg. in Moreto*: Hæc rotat assiduis gyris, & concitat orbem: Trita Ceres silicum rapido decurrit ab ictu *Lucr lib.* 1. Cum lapidem terimus. *Huic phrasi & Plautus insistit in Asinaria : ubi nequam ingenio servum pistrinum (in quod cum aliis servis compingi timebat) describit in hunc modum.*

An me illuc ducis, ubi LAPIS LAPIDEM TERIT?
Ubi flent nequam hominem, qui polentam pinsitant:

Panem facere, coquere.

Farinam *vel* Cererem saxo perdomitam undis spargere, manu mollire *vel* subigere: liba facere, fingere, manu præparare. *Ouid. de anu*: Fingebat trepidâ rustica liba manu. *Virg. in Moreto*: Transfert inde manu fusas in cribra farinas: Et quatit, ac remanent summo purgamina dorso: Subsidit sincera, foraminibusque liquatur Emundata Ceres admistos tum fontes atque farinas. Transversat durata manu ——— jamque subactum Mollit opus, palmisque suum dilatat in orbem, *&c.* Fruges *vel* Cererem subactam igni, foco, furno coquere, durare. *Virg.* 1 *Æn.* Tum Cererem corruptam undis, cerealiaque arma Expediunt: ——— frugesque receptas Et torrere parant flammis, & frangere saxo. *Ouid.* 6. *Fast.* Quodcunque est solidæ Cereris, cava machina frangat, Mollitamque manu duret in igne focus. *Virg. in Moreto*: Infert inde foco ——— testisque tegens, super aggerat ignes. OBSERVA *ante furni usum, qui primum farri torrendo tantùm inserviebat* panem *in ipso foco, testis superingestis ac calido cinere coqui solitum. Quod ex Seneca disces Epist.* 30. Tunc farinam aqua sparsit, & assidua tractatione mollivit, finxitque panem: quem primùm cinis calidus ac fervens testa percoxit. Deinde furni paulatim inventi. *Quibus adde Ovidium* 6 *Fast. ubi rationem reddit, cur pistores* Vestæ (*quæ* foco *præsidet*) *festum diem magnâ religione peragerent:*

Ecce coronatis panis dependet asellis:
Et velant scabras florida serta molas.
Sola prius furnis torrebant farra coloni.
(Hinc fornacali sunt sua sacra Deæ.)
Suppositum cineri panem focus ipse parabat:
Strataque erat tepido tegula quassa solo.

Inde

Inde Focum servat pistor, Dominamque focorum,
Et quæ pumiceas versat asella molas.

PAPA,

aliaque dignitatum ecclesiasticarum nomina.

1. PAPA. Sacri pastor ovilis. Maximus divini pastor gregis. In terris cui summa uni est concessa potestas, Sceptra vicesque Dei gerere: & regna infera Ditis, Cœlorumque fores aperire & claudere posse. Pontificum maximus, caput, summus apex. Pastor summus: almus Pater, qui Romæ septem de montibus orbi Prospicit. —— cui tempora fulgens Infula tergemina circumdat sacra corona. Cui se submittit omnis apex, omnis mundi plaga —— cujus vestigia adorat Cæsar, & aurato vestiti murice Reges, Uni cui regni triplicis capite alta tiara Consurgit: cui summa uni terna illa potestas Terrarum, cœlique data est, vastique profundi. Tergeminum cingit cui diadema caput. PAPA *à Græco* πάππας, *i.e.* pater *deductum nomen, olim honoris caussâ Clericis omnibus tributū fuit, deinde solis Episcopis ac tandem uni* Romano Pontifici: *præcipuè, postquam Gregorius VII. (propter schismaticos, qui inter cætera summæ in Ecclesia dignitatis insignia hoc etiā nomen sibi nefariè vindicabant) synodo indicta constituit, ut* PAPÆ *nomen unicum esset in orbe Christiano. Factū id anno à Christo nato* 107 *ut notat doctiss. Baronius. Alii* Papæ *nomen natum putant ab antiquis inscriptionibus, in quibus crebrò reperiuntur hæ notæ:* PA. PA. *quasi* Pater Patrum *sive* Episcopos Episcoporum. *Qui tituli hodie soli* Romano Pontifici *competunt: olim verò dabantur iis, qui inter Episcopos ætate, eruditione ac vitæ sanctitate eminebant: qui &* Protomystæ *dicti, ut apparet ex Fortunati versibus ad Nicetium Trevirensem:*

Splendor, apex fidei, veneranda mente Niceti,
Totius orbis amor, Pontificumque caput.

2. CARDINALIS. Purpurei senatûs pars, lumen, jubar, & c. Augustam cingit cui purpura frontem. Quem Vaticana splendido murice lana tegit. Purpureos inter proceres fulgens. Romuleo quem gloria vestiit ostro. Cardinea [illegible] conspicuus. Sacro verendus murice, &c.

Præsul. antistes Pontifex 3. EPISCOPUS. Præsul venerandus, sacer, vittatus. Sacrorum antistes. Sacrorum morumq; magister, Mitræ quam sacer ornat honos. Mitrati decorat quem culmen honoris. Cui tempora mitra bicornis ambit, sacer ornat apex: dextram pastorale pedum decorat. —sedet ipse sacerdos, Infula cui nit-

do

dos advelat candida crines. Mitra lituoqué decorus. Quem superûm favor, & rara virtus, infulati Ad capitis decus evocarunt. Pastor gregis Christiani. Cui cura divini commissa gregis, *&c.*

4. SACERDOS. Mysta verendus sacer. Pura in veste sacerdos. Ordo Sacerdotum. Cui cura sacrorum commissa est Quibus est sacri custodia credita templi Tenerum Christi qui servat ovile: sacra dogmata plebem Edocet, & sacri pascit dulcedine verbi. Sacra tractans mysteria. Deum ante aras placans, orbi concilians, *&c.*

PARADISUS.

Florida Tempe, quæ primus homo possedit. Amœna vireta fortunatorum nemorum. Primorum sedes nemorosa parentum; floridus hortus: *Paradisi mollia rura*, læta vineta. Placidæ sedes: Quatuor in partes vitreus quas irrigat amnis, Et placido spirans interstrepit aura susurro, *&c* Est locus Eoos, Phœbi nascentis ad ortus Arduus, attollens vicina cacumina cœlo: Illic perpetuo vernantia gramine rura. *Perpetui* fructus æternaque gratia florum. Semper sine nubibus aër limpidus. In medio fons est lato pulcherrimus orbe, Quatuor unde fluunt occulto flumina cursu, *&c.* Fons ubi de riguis argenteus emicat herbis, Quadruplicique suas flumine mittit aquas. Hic primæva quies homini, jejuna priusquam Infelix vetita vitiasset guttura fruge, &c. *Vide supra* ÆTATIS AUREÆ *descriptionem fol.* 8.

PARCERE.

Culpæ ignoscere. Culpæ, dictis, factis veniam dare, indulgere, concedere. *Ouid.* ———veniamque tuis temeraria dictis Supplice voce roga, veniam dabit ille roganti. *Papin.* Indulge pueris veniam. *Ouid. Ep.* 7. Da veniam culpæ, decepit idoneus auctor: Invidiam noxæ detrahit ille meæ. Remittere noxam, Iram deponere, remittere. *Ouid. ad Augustum* 2 *Tr.* Tu veniam parti superatæ, sæpe dedisti. Non concessurus quam tibi victor erat: Quæque dies bellum, belli tibi sustulit iram. *Ibid.* Vita data est, citraque necem tua constitit ira: O princeps parce viribus use tuis. *Vide supra* IRAM DEPONERE *fol.* 322. IRAM PLACARE *ibid. Et audi Ouid. delicto suo veniam rogantem l.* 1. *Trist. ad Augustum*: *Ignoscere*

Parce precor, fulmenque tuum fera tela reconde,
Heu nimium misero cognita tela mihi.
Parce Pater Patriæ, nec nominis immemor hujus
Olim placandi spem mihi tolle tui.

PARERE.

Partum, prolem, fœtus edere, eniti, fundere, dare, producere. ——— sub ilicibus sus Triginta capitum fœtus enixa jacebit. *Ouid.* Et genitrix facta est, partus enixa gemellos, *Virg.* Vobis Mercurius pater est, quem candida Maja Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. Edere in lucem. Partu edere, dare, eniti, ——— donec Regina sacerdos Marte gravis, geminam partu dabit Ilia prolem. Editus in lucem jacuit sine viribus infans. ——— quem Rhea Sacerdos Furtivum partu sub luminis edidit auras. Utero edere, eniti, &c. *Ouid. 1, Met.* Enixa est utero pulcherrima pleno infantem. *Id. Ep.* 6. ———prolemque gemellam, Pignora Lucina bina favente dedi. LUCINA *eadem est, quæ Diana, à puerperis olim invocari solita. De quo vide supra fol.* 203. *Nominis rationem reddit Ouid.* 2. *Fast.*

Gratia LUCINÆ; dedit hæc tibi nomina lucus,
Vel quia principium tu Dea LUCIS habes.

Parentes.

Sanguinis auctores. Qui nos genuerunt, crearunt, procrearunt, progenerarunt, &c. *Horat.* Ætas parentum pejor avis, tulit nos nequiores mox daturos progeniem vitiosiorem. Fortes creantur fortibus: nec imbellem progenerant aquilæ columbam. *Virg.* Qui tanti talem genuêre parentes? quæ vos à stirpe parentũ prima tulit tellus? *Id.* Tunc ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam? *Id.* 4. *Æneid.* Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hyrcanæque admôrunt ubera tigres, *&c.*

PASCUA.

Ep. Pinguia, læta, herbôsa, bôna, virîdantia, fœcunda, roscida, hûmentia, *&c.* Gelida cana pruina: nocturno madefacta rore. Herbosi campi, virides herbæ. *Ouid.* Mille greges illi totidemque armenta per herbas Errabant. *Sen. Herc. fur.* Ludit prato liber aperto, Nondum rupta fronte juvencus. Errat cursu levis incerto molli petulans hœdus in herba. *Horat.* Ludit herboso pecus omne campo.

Campus. Pratum. PRATUM *Ep.* Flôrens, flôrîdum, vernans, virîde, ŏdōrum, molle, aprîcum, herbōsum, pictum, virîdans, ūdum, irrĭguum, *&c.* Prata vario colore gemmantia: vernanti gramine picta: vere novo ridentia: teneris herbis vestita: floribus distincta, variata, *&c.* Hîc radiant flores, & prati viva voluptas Ingenio variata suo. Ver pingit vario gemmantia prata colore

lore ——— per odora Napææ Prata, & Hamadryades ne-mora inter frondea ludunt,&c. *Vide supra* HERBA *fol.*281. *Mantuan.* ——— ô florida prata. O campi virides,ô pascua læta, feraxque Et numquam sine fruge solum:

Pasci per herbam.

Per herbas,campos,valles; in montibus, saltibus errare, pascere,pasci. Longum per valles pascitur agmen. ——— pasfimque soluti Per campos pascuntur equi. Pascuntur virides armenta per herbas. Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ *Virg* 3 *Georg*; Saltibus in vacuis pascant, & plana secundum Flumina, muscus ubi & viridissima gramine ripa, *&c*, Gramina, herbam, pabula carpere, Gramina morsu tondere, depascere, depasci. *Virg.*4. *Georg.* Quatuor eximios præstanti corpore tauros, Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycæi. *Tib.* Nec quadrupes densas depascitur aspera sylvas. *Virgil.* ——— equos in gramine vidi Tondentes latè campum, ——— religatos ritè videbat Carpere gramen equos. Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ. Pascuntur vero sylvas, & summa Lycæi. ——— victu pascuntur simplicis herbæ, &c. *Id Ecl.* 5. ——— nulla neque amnem Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam. *Ecl.* 1. ——— non me pascente, capellæ, Florentem cythisum, & salices carpetis amaras. *Ouid.* Aspice tondentes fertile gramen oves, *&c.*

Pascere gregem, atque *in pascua ducere.*

Gregi *vel* armentis pabula sufficere; victum ferre; Gramina, & fluvios præbere recentes. Gregem in saltus atque in pascua mittere: agere capellas, boves, agere ad pascua vel flumina: Stabulis educere, expellere. Hœdorumque gregem viridi compescere hybisco. Pascere campis, montibus. ——— & quisquis montibus illis Lanigerosque greges, armentaque bucera pavit. *Ouid Ep.* ——— armentaque pastor agebas. Cùm pastos agerem te comitante greges. *Id.* 1. *de Pont.* Ipse ego pendentes (liceat modò) rupe capellas, Ipse velim baculo pascere nixus oves. *Tib. lib.* 2. Pavit & Admeti tauros formosus Apollo, Nec cithara, intonsæ profuerunt-que comæ: Ipse Deus solitus stabulis expellere vaccas, Et notum pastas ducere fluminibus. *Tangit fabulam, quæ narrat Apollinem ob interfectos Cyclopes fulminis fabricatores à Iove è cœlo depulsum pastoris habitu assumpto Admeti Thessaliæ regis armenta custodisse. Quâ fabulâ poëta frequenter utantur ad vitæ rusticæ commendationē Vide illum sub hoc habitu laten-*

tem

tem apud Ovid.2.Met.& observa insignes tres ornatus pastorali notas: Pellem *ad arcendas nempe pluvias*, baculum *sive pedum*, & fistulam.

Illud erat tempus, quo te pastoria PELLIS.
Texit: onus dextræ BACULUS silvestris olivæ:
Alterius, dispar septenis FISTULA cannis.

PASTOR.

Upilio. Bubulcus. Caprarius.

Ep. Montivagus, vagus, durus, horridus, fidus, vigil, pauper, egenus. Pecoris magister. Formosi pecoris custos. Dux gregis. Stabuli *vel* armenti custos. Ovium magistri, custodes. *Sen. Hipp.* Thessali Phœbus pecoris magister egit armentum. *Hor. 4. Carm.* Dicant in tenero gramine pinguium Custodes ovium carmina fistula. *Ovid.* Pastor inæquali modulatur arundine carmen: Nec desunt comites, sedula turba, canes. *Idem*: Fessus ut incubuit baculo, saxoque resedit Pastor, arundineo carmine mulcet oves. impari calamo, arguta canna tauros vocat, *&c.* Gregem *vel* armenta custodire, servare, agere *Virg. 7. Æn.* —— Tyrrhusque pater, cui regia parent Armenta, & latè custodia credita campi —— pascentes servabit Tytirus hœdos *Ovid. 1. Met.* Non ego sum pastor, non hîc armenta, gregesque Horridus observo. *Virg. Ecl. 10.* Venit & Upilio, tardi venêre bubulci, Uvidus hyberna venit de glande Menalcas. *Vbi* tardos *vocat bubulcos à tarditate boum, quos agunt. Asservandis enim bubus* bubulcus *dicitur, sicut ab ovibus* opilio, *quasi* ovil.o *(quod usu demum transit in* Upilio*) à capellis* caprarius *Quæ tria tantùm pastorum genera à Virg. Theocrito, aliisque Bucolicorum scriptoribus celebrari observant viri docti; nullâ mentione* subulci, *veluti pastoris nomine & ordine indigni Quæ firmari inter alia possunt. Virg loco 2. Georg.*

Sin armenta magis studium VITULOSQUE tueri,
Aut fœtus OVIUM, aut urentes culta CAPELLAS.

PATI.

tolerare ferre.

Perpeti, ferre, sufferre, tolerare, subire, sustinere mala, tristia, pericula, pauperiem, labores, *&c.* Ventos perpessus & imbres. Pauperiem & duros perferre labores. *Virg* O passi graviora! dabit Deus his quoque finem. *Ovid.* Hoc quoque Naso feres: etenim pejora tulisti: Jam tibi sentiri sarcina nulla potest. *Id.* Nos, quibus assuevit fatum crudeliter uti, Ad mala jam pridem non sumus ulla rudes. Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent. Multaque credibi

dibili tulimus majora. Plurima sed pelago terraque pericula passus, *&c.*

Patienter ferre.

Ferre, tolerare, pati, *&c.* Fortiter, placidè, moderatè, æquo animo, æquâ mente, forti pectore, mente compositâ, placidâ, animo non fracto, constanti, &c. *Ovid. de Pont.* Falsa tamen passa est æquâ convicia mente: Obfuit auctori nec fera lingua suo Devorare molestiam. Æquam rebus in arduis servare mentem. Superare mala ferendo. Quemvis perferre laborem. *Ovid. ad Liv.* Alta mane, supraque tuos exurge dolores, Infragilemque animum, qua potes usque, tene. *Horat.* Rebus angustis animosus, atque fortis appare. *Vide supra* ANIMOSITAS *fol.* 23. CONSTANS *fol.* 166.

PATIENTIA.

Ep. Mitis, placida, invicta, tranquilla, immota, *&c.* Duris gaudens. Infracta malis. Cedere nescia. Malis altior. Prompta pati. Alta spernens convicia mente. Medios inter tranquilla tumultus. Semper tranquillo pectore, placido vultu, compositâ mente, &c. *Prud. Psychom.* Ecce modesta gravi stabat patientia vultu. Per medias immota acies, variosque tumultus: fortis ad omnes Tellorum nimbos. *Sil. lib.* [illegible]. Absiste ô juvenis lacrymis, patientia cunctos Hos superat casus, longoque virescet ab ævo. *Claud.* ——— durum patientia corpus Instruit, ut nulli cupiat cessisse labori. *Horat. lib.* 1. *od.* 3. Durum, sed levius fit patientia, Quidquid effugere est nefas. *Gnome:* Quod pateris, conare animo tolerare ubenti. Quod geris invitus, te magis urget onus.

PATRIA.

Ep. Dulcis, grāta, optāta, chāra Patrii lares. Lar patrius: patrii penates: patrii fines: patriæ sedes: patriæ limina sedis. Patria humus. Natalia rura: patrii foci. Terra paterna Natale solum Natalis locus. ——— tactusque loci natalis amore. *Ovid* Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non sinet esse sui, ———à laribus patriis expigebit. *Virg.* Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arva. *Vide supra* EXUL *&* EXULARE *fol* 241. 242.

Patriam revisere, in antiquas redire domos: patrios longo post tempore fines aspicere, pede tangere, &c. *Claud.* Dertosque lares, & pignora læta revisunt: Miratur sua [illegible] domus Et patriis spondet reduces inducere regnis. [illegible]. Tandem revertor sospes ad patrios lares. Vbi jam

 patri-

patriæ perventum ad limina ſedis, Antiquaſque domos. *Virg.* ——— quæ vos à ſtirpe parentum Prima tulit tellus, eadem mox ubere læto Accipiet reduces. Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas, i. e *poſt aliquot meſſes. Ovid.* 3. *Triſt.* Nunc ego jactandas optarem ſumere pennas, Sive tuas Perſeu, Dædale ſive tuas: Ut tenera noſtris cedente volatibus aura, Adſpicerem patriæ dulce repentè ſolum: Deſertæque domûs vultus, memoreſque ſodales, Charaque præcipuè conjugis ora meæ, &c. *Thyeſtes redux apud Senecam Tragicum:*

Optata patriæ tecta, & Argolicas opes,
Miſeriſque ſummum ac maximum exulibus bonum
Tactum ſoli natalis, & patrios Deos
Cerno——— ———

PAUPERTAS.

Pauperies. *Ep.* Dūra, grăvis, anguſta, triſtis, mŏleſta, infēlix, aſpera, prĕmens. Pannoſa: pannis obſita: malè tecta: æris inops. Urgens duris in rebus egeſtas. Res anguſta domi. Res curta parva. Tenuis fortuna. Sordida parvæ fortuna domûs So bria menſa: anguſti lares: frigens & ſine luce focus: humi- *Egeſtas.* tectum, &c. *Iuven.* Nil habet infelix paupertas durius in ſe Quam quod ridiculos homines facit *Horat. l.* 3. *carm.* Magnum pauperies opprobrium. *Quibus, niſi ex cordibus ac ve ſanis? Nam magni viri ac ſupra vulgum ſapientes, ultrò etiam illam expetivêre, tanquam ad virtutem & animi cultum maximè accommodatam. Ut meritò Lucan. inter ſeculi corrupti in dicia recenſeat, quòd* fœcunda virorum paupertas fugitur. *E ab Horatio inſania nota inuritur Laberio, qui* ——— quoad vixit, credidit ingens Pauperiem vitium. *Non debet enim cu quam pudori eſſe* paupertas, *quæ nulla noſtra culpa nobis ac dit; præcipuè, poſtquam illam in terris Dei filius conſecravit Pulchra ſunt, quæ in hanc rem D. Paulini muſa:*

Tu, cui ſordet inops, qui viſo horreſcit egeno,
  Occurſumque pii ſupplicis, omen habes;
Filius ille Dei qua venerit, aſpice, forma:
  Qui cùm eſſet dives, pauper in orbe fuit.
Perfugium Chriſtus, perſonaque factus egentum
  Divitibus pudor eſt, gloria pauperibus.

PAUPER.

Inops. egenus. Æris inops, indignus, egens. Rerum omnium egenus Nudus opum. Iro pauperior. Malè dotata pauper cum conjuge vivens. Cui ſunt exigui cenſus; vilis ac curta ſupellex ar

arcta toga; cœna sine sanguine, vacui locelli, sacculus plenus aranearum: humili de plebe parentes, &c *Lucan.* —— nos humilis domus, & sincera parentum Sed tenuis fortuna, sua caligine celat. Inops rerum, quas flagitat usus. *Ovid* 3 *Met.* Pauper & ipse fuit, linoque solebat & hamis Decipere, & calamo salientes ducere pisces: Ars illi sua census erat, *&c.* Paupertate premi, urgeri. Paupertas quem sæva domat: duris urget in rebus egestas, *&c.*

MENDICUS. Nudus, lacer, malè tectus. Cui dat latratos obvia turba cibos. *Iuven. sat.* 3. —— si fœda, & scissa lacerna: Si toga sordidula est, & rupta calceus alter Pelle patet. ——— ultimus autem Ærumnæ cumulus; quòd nudum, & frustra rogantem Nemo domo, nemo hospitio, tectoque juvabit. *Sen. Med.* ——— per urbes erret ignoras egens, Exul, pavens, invisus, incerti laris, *&c.* Precibus alimenta rogare: petere exiguum ore tremente cibum: parvæ stipis æra rogare. *Ovid.* 5. *Trist.* Villa qui quondam miseris alimenta negarat, Nunc mendicato vescitur ille cibo. *Ita nempe scenam immutante Nemesi: quam & in euangelica historia de Lazaro ac divite Epulone agnoscit D. Paulinus:*

Iustitia mutante vices, qui fleverat isthic,
Gaudet ibi; &, pleno paupere, dives eget.

PAUPERTAS LÆTA
sive Divitiarum contemptus.

Animus parvo contentus. Læta suo, parvoque domus: nihil Deos ultrà rogans: Parvo contenta paratu *Lucan. l.* 4. Discite, quàm parvo liceat producere vitam, Et quantum natura petat. *Horat. l.* 3. Mundæque parvo sub lare pauperum Cœnæ, sine aulæis & ostro Sollicitam explicuêre frontem. *Tibull. l.* 3. Divitias alius fulvo sibi congerat auro, Et teneat culti jugera magna soli: Me mea paupertas vitæ traducat inerti, *&c.* Non ego divitias patrum, fructusque requiro, Quos tulit antiquo condita messis avo: Parva seges satis est. Atque utinam Romæ nemo esset dives, & ipse Straminea posset Dux habitare casa! *Sen.* Præbet somnos casa securos. *Idem Herc. Oet.* Cespes Tyrio mollior ostro, Solet impavidos ducere somnos: Aurea rumpunt tecta quietem, Vigilesque trahit purpura noctes: Pectora pauper secura gerit. *Verè. Securissimus enim mortalium vivat, necesse est, qui curarum omnium parentem à se abegit Cupiditatem. Concludendum cum vate Venusino l. 2. Carm. od. 16.*

VIVITUR PARVO BENE, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum;

Nec leves somnos timor, aut cupido
Sordibus aufert,

PAX.

Ep. Alma, candĭda, bŏna, aurea, sancta, felix, *&c.* Tūtā, concors, quiēta, tranquilla, plăcĭda, fœcunda, *&c.* Optima rerum, præstantissima rerum, quas homini novisse datum est, pax una triumphis innumeris potior: pax oleae redimita comas, spicis cincta: Quæ cornu retinet divite copiam. *Luc. lib.* 4 Nunc ades, æterno complectens omnia nexu, O rerum, mistique salus Concordia mundi. Et sacer orbis amor! Ona des fessis. vitam patiaris inermes Degere, *&c.* Prodit ab astrifero tandem optatissima cœlo Laureola placidas pax redimita comas: Altera cæruleæ ramum prætendit olivæ, Effundit fruges altera larga manus: pax artium nutrix: Alumna Musarum: grata Camœnis: impia sanguinei bella perosa Dei Jungite tam tauros pueri, atque incumbite aratris, Lætaque mollito credite farra solo. ——— Parnassi è vertice Phœbus Increpet auratæ fila canora lyræ. *Ovid* 2. *Fast.* Sub juga bos veniat. sub terras semen aratas: Pax Cererem nutrit, pacis amica Ceres. Jam terris securus iter, pelagoq; viator Carpet, & intrepidi sulcabunt æquora nautæ. *Claud.* 2. *laud. Stil.* ——— clausa tot annis Oppida laxatis ausus jam pandere portis, Rursum cote novat nigras rubigine falces, Exesosque situ cogit splendere ligones. *Virg.* 1. *Æneid.* Aspera tum positis mitescent sæcula bellis; diræ ferro, & compagibus arctis Claudentur belli portæ. *Respicit ad* Jani *templum, quod belli tempore patebat: pace verò per totum orbem partâ (quod tertio tantùm Romanis contigit à Numa regno ad Augustum)* claudebatur. *Lucanus lib.* 1.

Tunc genus humanum positis sibi consulat armis,
Inque vicem gens omnis amet, pax missa per orbem
Ferrea belligeri compescat LIMINA JANI.

Pacem componere.

Desistere bello. Secedere ab armis: ponere arma. *Sil.* Arma reponenda, & bellum exitiale cavendum. Coire in fœdus: animos concordi pace ligare. *Virg.* Dic, in amicitiam coëant, & fœdera jungant. ——— coëant in fœdera dextræ: pacem hanc æterno fœdere jungas: pacem exercere. ——— oblato componere fœdere bellum Connubiis pacem felicibus, esto, Componant. *Id. lib.* 8. Post iisdem inter se posito certamine reges Fœdera jungebant. *Sen.* ——— alta pax gentes alat, Ensesque lateant. *Dracones apud Virg. lib.* 11 *Turnum alloquens res Italia turbantem,*

Nul-

Nulla salus bello; pacem te poscimus omnes
Turne, simul pacis solum inviolabile pignus.

PECCATUM.

I. Peccatum generaliter sumptum.

Ep Noxium, turpe, grăve, prāvum, &c. *Horat* Delicta majorum immeritus lues Romane. *Virg lib.* 1. *Æn.* Pòst mihi non simili pœnâ commissa luetis. Unius ob noxam & furias Ajacis Oilei. *Idem l.* 4. Huic uni forsan potui succumbere culpæ. *Prop.* Communis culpæ cur reus unus agor? Turpe factum, indignum. Culpa admissa. *Prop. l* 4.———admissæ si vis me ignoscere culpæ. *Idem lib.* 1. Quare si pudor est, quàm primùm errata fatere. *Ovid.* Non ego mendosos ausim defendere mores, Falsaque pro vitiis arma movere meis: Confiteor, si quid prodest delicta fateri, In mea nunc demens crimina fassus eo. *Id* Nil nisi peccatum manifestaque culpa fatenda est. *Sen.* Quod crimen, aut quæ culpa multatur fuga? *Ovid.* Ergo ut jure damus pœnas? sic abfuit omne peccato facinus consiliumque meo. *Vide, quæ annotavimus ad* V. excusare factum. *fol* 236. *Delictum. Commissum. Noxa. Culpa. Erratum. Vitium. Crimen.*

2. Peccatum enorme.

Scelus: *Ep.* Ingens, immāne, infandum, nĕfandum, impium, ătrox, dīrum, ignōtum, horrĭdum, *&c.* Scelerum conatus. Ausa infanda. Facta nefanda. Vetitum nefas. *Papin.* Conatus scelerum, atque animos infanda parantes. *Virg.* Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti. *Id* At tibi, pro scelere, exclamat, pro talibus ausis, &c. *Horat.* Gens humana ruit per vetitum nefas. *Senec.* ———aliquod audendum est nefas Atrox, cruentum *Ovid.* ———crimen erit vix excusabile nobis, Carmine te nomen non habuisse meo *Sen* Facinus ignotum, efferum, Inusitatum fare: quod populi horreant, Quod esse factum nulla non ætas neget *Virg.* Heu cadit in quemquam tantum scelus? ——— quæ te germane, furentem Mens agit in facinus? *Prop* Et potes in tanto vivere flagitio? Tam multæ scelerum facies. Fugere pudor, Verumque, Fidésque: In quorum subiêre locum fraudesque, dolique, Insidiæque, & vis, & amor sceleratus habendi. *Catull.* Omnia fanda, nefanda, malo permista furore. Justificam nobis mentem avertêre Deorum. *Horat.* Seditione dolis, scelere, atque libidine, & ira Iliacos intra muros peccatur, & extra. *Plures scelerum species aggerit Ovidius in descriptione ætatis ferreæ supra fol.* 10. *Quibus adde, quæ habet Seneca in Hippolyto:* *Facinus. Nefas. Flagitium.*

 Ru-

Rupere fœdus impius lucri furor,
Et ira præceps, quæque succensas agit
Libido mentes. Venit imperii sitis
Cruenta, factus præda majori minor.
Tum scelera dempto fine per cunctas domos
Iêre: nullum caruit exemplo nefas.
A fratre frater, dextera nati patens
Cecidit, maritus conjugis ferro jacet,
Perimuntque fœtus impiæ matres suos,
Taceo novercas.———

PECCARE.

Crimen, delictum, culpam, scelus admittere, committere. Audere nefas. Ruere in scelus. Ruere per omne fasque nefasque. *Sen.* Quid enim reliquit crimine intactum? aut cui sceleri pepercit? *Virg* Quid meus Æneas in te committere tantum, Quid Troës potuêre? Fas omne abrumpere. In quodvis facinus agi Grassari impunè per omne Flagitium, & laxos sceleri permittere frenos. Nihil inausum, nihil intentatum sceleris ve dolive relinquere, *&c* Scelere mentem imbuere, se *vel* mentem polluere. Numina violare, temerare, lædere. Superos *vel* summum numen contemnere: nihil pensi habere *Cat.* Si mea nec turpi mens est obnoxia facto, Nec læsit magnos impia lingua Deos. *Vide* DEI TIMORE CARENS *fol.* 197.

Peccator sive *Noxius*.

Nocens Sons. Scelestus &c. Sceleris *vel* admissi reus. Conscia mens: Mens pravi conscia. Contemptor æqui. Negligens, contemnens, transiliens jussa veranda Dei. Nefandus, incestificus, execrabilis. Scelerum mole gravatus: peccati labe sordidus: graviori crimine pressus. Obrutus ingenti scelerum reus undique mole, Vindicis horrescens tela tremenda Dei: Ipse sibi tortor, sibi terror, & arbiter ipse, &c. *Vide suprà* PECCATUM *&* PECCARE. *Item* IMPIUS *fol.* 197. CONSCIENTIA *fol.* 166. *Porrò peccatoris imaginem inter spem ac metum sive Dei justitiam & misericordiam constituti habes apud Ovid.* 2. *Trist.*

Spes mihi magna subit, cùm te, mitissime Cæsar;
Spes mihi, respicio cùm mea facta, cadit.
Ac veluti ventis agitantibus æquora, non est
Æqualis rabies, continuusque furor:
Sed modò subsidunt, intermissique silescunt,
Vimque putes illos deposuisse suam:
Sic abeunt, redeuntque mei, variantque timores,
Et spem placandi, dantque negantque tui.

Peccata Pœnitentiá expiare.

Nefas omne eluere, detergere, abstergere, abjicere, ejetare, *&c.* Scelerum maculas *vel* sordes abluere, diluere. Orare pacem Divûm. Veniam peccato rogare. Pravos desuescere mores; in melius vitam vertere. I melior, veterum famam jam extingue malorum. *Hier. Vidas*: Ut versi in melius renovatis moribus, ultrò Placemus superûm regem, quem crimine nostro Læsimus, *&c.* Scelus omne fateri: tundere pectora palmis: ingentem gemitum dare pectore ab imo: peccato indolere ——indoluitque admissis, crimina fassus: Lustratusque Sacerdoti commissa piavit. Quos ah! tum gemitus, quæ tum suspitia abimo Pectore, jam culpam fassus, dedit. *Senazar.* Dum ratio, tempusque sinunt, simul te frequentes, Ite pii, veniam factis exposcite vestris: Ite, animas purgate, Orcique inhibite rapinas, Et tandem patrio mentem convertite cœlo. *Ovid. Met.* Ad cœlumque manus splendida brachia tendens, Da veniam Lenæe pater, peccavimus, inquit: Sed miserere precor. *Id de Diis loquens*: Sæpe levant pœnas, ereptaque lumina reddunt, Cùm bene peccati pœnituisse vident. *V. suprà* LACRYMARI *fol.* 339. DOLORIS SIGNA *fol.* 219.

PELLIS.

Ep. Hirsūta, villōsa, sētōsa, *&c* Setis horrens: densa villis. Tergus.
Feris erepta: costis detracta ferarum. Ferarum terga *vel* ter- Tergum
gora. *Sil.* Villosa leonis Terga feri. *Virg.* Tergora diripi- Vellus.
unt costis. *Ovid.* 2 *Fast.* Fulvi setis hirsuta leonis Vellera. Spolium
Ferarum exuviæ, spolium: horrida velamina: hirsuta tegmi- Exuviæ
na. *Virg.* Pellem, horrentisque leonis Exuvias. Tegmen Tegmen.
torquens immane leonis, Terribili, impexum seta. *Id. de* *Venatrice*: Succinctam pharetra, & maculosæ tegmine lyncis. *Iuven.* Qui summovet Euros pellibus inversis. *Lucret.* ——uti pellibus, & spoliis corpus vestire ferarum. SPOLIUM *&* EXUVIÆ *dicuntur pelles feris superatis detracta, &, quia nos vestium loco tegunt,* Tegmina. *Heroicis temporibus maximus fuit pellium usus ad tentoria, equorum & lectorum strata, arma denique ac corporis indumenta. Verùm postea apud illos Scythas, Gothos, Corallos, aliosque populos septemtrionales mansit (qui inde Ovidio aliisque sæpe pelliti agnominantur) magis, ut existimo necessitate inducente, quàm quod indicat Prosper de Providentia:*

Quòd si forte lupos, lyncasque, ursosque creatos.
Displicet; ad Scythiæ populos, regesque Getarum

Respice: queis ostro contempto, & vellere Serum,
Eximius decor est tergis horrere ferarum.

Pellem detrahere.

Pellem costis deripere: costas *vel* viscera nudare. *Virg.* Tergora diripiunt costis, ac viscera nudant. *Ovid. Ibin devovens*: Nudave direptâ pateant tua viscera pelle; Ut Phrygii, cujus nomina flumen habet, i e. *ut Marsyæ satyro in Phrygia accidit, quem cùm alii satyri Nymphæque deflerent, lacrymis eorum vicinum flumen increvisse, ac Marsyæ nomen induisse dicitur.* Describit *ejus supplicium Ovid.* 6. *Met.*

Clamanti cutis est summos direpta per artus:
Nec quicquam nisi vulnus erat; cruor undique manat,
Detectique patent nervi, trepidæque sine ulla
Pelle micant venæ: salientia viscera posses
Et pellucentes numerare in corpore fibras.

PERFIDUS.

Perjurus. Malè fidus. Dolis instructus & arte Pelasga. Punicam vel Libycam præstans fidem, i. e. *nullam*: perfidiæ plenus. Fidem spernens: Deos contemnens. Perfida lingua: falsæ perjuria linguæ. ——En dextra, fidesque, *ironicos.* Fidem vendens, pluris licenti addicens. Fidem non servans. Ficto pectore, mendaci ore, subdola lingua dolos meditans, dirum nefas in pectore versans, tegens, celans, dissimulans. *Virg.* 4. *Æn* Dissimulare etiam sperasti perfide tantum Posse nefas! *Id. l* 6. ——nec veriti dominorum fallere dextras, i. e. *fidem datâ dextrâ oppigneratam.* Dextera *enim ab antiquis fidei consecrata est*: *unde* dare dexteram, i e. *sincerè sanctèque promittere. Dido apud Virg. l.* 4. *Æneæ perfidiam exprobrans*:

Nec te noster amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?

PERICULUM.

Ep Dubium, anceps, varium, horrendum, sævum, triste, ingens, imminens, impendens, cæcum, tectum, apertum, *&c.* *Cat.* Casus periculorum. *Virg.* Discrimina rerum. Per varios casus, per tot discrimina rerum Tendimus in Latium Quæcumque æquor habet, quæcumque pericula tellus. *Prop* Et maris, & cæcæ pericla viæ. Nec quæ circumstent re deinde pericula cernis. —— matura pericula surgunt Undique, & impositi radiant cervicibus enses. *Horat.* —ah miser, Quanta laboras in Charybdi?

PERICULA subire, exhaurire. Periculis jactari, exerceri. Variis casibus urgeri, premi, agitari, &c. *Virg.* Tot que

ra-

maris, vastæque exhausta pericula terræ. *Idem l. 6.* Quas ego te terras, & quanta per æquora vectum Accipio? quantis jactatum, nate, periclis? *&c.*

PERICULA adire, provocare, nil timere. Periculis caput offerre, objicere, objectare. Corpus in aperta pericula mittere, projicere. Pro te vel rapidas ausim maris ire per undas: Pro te vel solus densis obsistere turmis, Ætnææ corpus pro te cor amittere flammæ, *&c.*

PERMITTERE.

Dare copiam; permittere potestatem. ——coram data copia fandi. Cui tanta Deo permissa potestas? Licet: tuta est licentia. Fas est Fas & jura sinunt. Datur potestas cur dextræ jungere dextram Non datur? Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspiciis, *&c.* Indulgere sibi *vel* aliis: frena remittere, dare habenas. *Iuven.* Nemo satis credit, tantùm delinquere, quantum Permittas: adeò indulgent sibi latiùs ipsi *Vide suprà* LICENTIA *fol.* 351. *Quibus adde aurea Theodosii monita ad Honorium filium*: *Sinere. Pati. Dare. Indulgere.*

——tunc omnia jure tenebis,
Cùm poteris rex esse tui. Proclivior usus
In pejora datur, suadetque licentia luxum.
Illecebris effrena favens. Sed comprime motus?
Nec, tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat: mentemque domet respectus Honesti.

PERSEVERARE.

Perstare: cœptis inhærere. Fixum manere. Propositum urgere, prosequi. Non flecti, non dimoveri, non dare terga: non retro referre pedem. Pergere, progredi: perficere, ad finem deducere. I bone, quò tua te virtus vocat. I pede fausto. Quo pede cœpisti, sic bene semper eas. *Vide suprà* FINIRE *fol.* 253. CONSTANS *fol.* 166.

PESTILENTIA
sive
MORTALITAS.

Ovid. Met. Dira lues quondam. Latias vitiaverat auras, Pallidaque exangui squallebant corpora morbo. *Virg Georg.* Hic quondam cœli vitio miseranda coorta est Tempestas, totoque Autumni canduit æstu, Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum: Corripuitque lacus, infecit pabula tabo *Id.* 3. *Æn.* ——subitò cùm tabida membris, Corrupto cœli tractu, miseranda que venit Arboribusque, sa-

Respice: queis ostro contempto, & vellere Serum.
Eximius decor est tergis horrere ferarum.

Pellem detrahere.

Pellem costis deripere: costas *vel* viscera nudare. *Virg.* Tergora diripiunt costis, ac viscera nudant. *Ovid. Ibin devovens*: Nudave dereptâ pateant tua viscera pelle; Ut Phrygii, cujus nomina flumen habet, i. e. *ut Marsyæ satyro in Phrygia accidit, quem cùm alii satyri Nymphæque deflerent, lacrymis eorum vicinum flumen increvisse, ac Marsyæ nomen induisse dicitur.* Describit *ejus supplicium* Ovid. 6. *Met.*

Clamanti cutis est summos direpta per artus:
Nec quicquam nisi vulnus erat; cruor undique manat,
Detectique patent nervi, trepidæque sine ulla
Pelle micant venæ: salientia viscera posses
Et pellucentes numerare in corpore fibras.

PERFIDUS.

Perjurus. Malè fidus. Dolis instructus & arte Pelasga. Punicam *vel* Libycam præstans fidem, i. e. *nullam*: perfidiæ plenus. Fidem spernens: Deos contemnens. Perfida lingua: falsæ perjuria linguæ. ——En dextra, fidesque, *ironicos.* Fidem vendens, pluris licenti addicens. Fidem non servans. Ficto pectore, mendaci ore, subdola lingua dolos meditans, dirum nefas in pectore versans, tegens, celans, dissimulans. *Virg.* 4. *Æn* Dissimulare etiam sperasti perfide tantum Posse nefas? *Id. l.* 6. ——nec veriti dominorum fallere dextras, i. e. *fidem datâ dextrâ oppigneratam.* Dextera *enim ab antiquis fidei consecrata est*: *unde* dare dexteram, i. e. *sincerè sancteque promittere. Dido apud Virg. l.* 4. *Æneæ perfidiam exprobrans*:

Nec te noster amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?

PERICULUM.

Ep Dŭbium, anceps, vărium, horrendum, sævum, triste, ingens, immĭnens, impendens, cæcum, tectum, ăpertum, *&c.* *Cat.* Casus periculorum. *Virg.* Discrimina rerum. Per varios casus, per tot discrimina rerum Tendimus in Latium. Quæcumque æquor habet, quæcumque pericula tellus. *Prop.* Et maris, & cæcæ pericla viæ. Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis. —— matura pericula surgunt Undique, & impositi radiant cervicibus enses. *Horat.* —ah miser, Quanta laboras in Charybdi?

PERICULA subire, exhaurire. Periculis jactari, exerceri. Variis casibus urgeri, premi, agitari, &c. *Virg.* Totque ma-

maris, vastæque exhausta pericula terræ. *Idem l.* 6. Quas ego te terras, & quanta per æquora vectum Accipio? quantis jactatum, nate, periclis? *&c.*

PERICULA adire, provocare, nil timere. Periculis caput offerre, objicere, objectare. Corpus in aperta pericula mittere, projicere. Pro te vel rapidas ausim maris ire per undas: Pro te vel solus densis obsistere turmis, Ætnææ corpus pro te cor amittere flammæ, *&c.*

PERMITTERE.

Dare copiam; permittere potestatem. ———coram data copia fandi. Cui tanta Deo permissa potestas? Licet: tuta est licentia. Fas est Fas & jura sinunt. Datur potestas cur dextræ jungere dextram Non datur? Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspiciis, *&c.* Indulgere sibi *vel* aliis: frena remittere, dare habenas. *Iuven.* Nemo satis credit, tantùm delinquere, quantum Permittas: adeò indulgent sibi latiùs ipsi *Vide suprà* LICENTIA *fol.* 351. *Quibus adde aurea Theodosii monita ad Honorium filium*: *Sinere. Pati. Dare. Indulgere.*

———tunc omnia jure tenebis,
Cùm poteris rex esse tui. Proclivior usus
In pejora datur, suadetque licentia luxum.
Illecebris effrena favens. Sed comprime motus?
Nec, tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat: mentemque domet respectus Honesti.

PERSEVERARE.

Perstare: cœptis inhærere. Fixum manere. Propositum urgere, prosequi. Non flecti, non dimoveri, non dare terga: non retro referre pedem. Pergere, progredi: perficere, ad finem deducere. I bone, quò tua te virtus vocat. I pede fausto. Quo pede cœpisti, sic bene semper eas. *Vide suprà* FINIRE *fol.* 253. CONSTANS *fol.* 166.

PESTILENTIA
sive
MORTALITAS.

Ovid. Met. Dira lues quondam. Latias vitiaverat auras, Pallidaque exangui squallebant corpora morbo. *Virg. Georg.* Hic quondam cœli vitio miseranda coorta est Tempestas, totoque Autumni canduit æstu, Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum: Corripuitque lacus, infecit pabula tabo *Id.* 3. *Æn.* ———subitò cùm tabida membris, Corrupto cœli tractu, miserandaque venit Arboribusque, sa-

tisque lues, & lethifer annus. *Sen. OEd.* Juvenesque senibus jungit, & natis patres Funesta pestis. Deest terra tumulis, tum rogos sylvæ negant: Non vota, non ars ulla correptos levant. *Ovid. 7. Met.* —— silvisque, agrisque, viisque Corpora fœda jacent, vitiantur odoribus auræ: Concidere infelix validos miratur arator Inter opus tauros, medioque recumbere sulco. *Lucan lib. 6.* ———— turbaque cadentum Aucta lues, dum mista jacent incondita vivis Corpora. *Sil. lib.* 14. Passim etiam deserta jacent inhumataque latè Corpora, pestiferos tetigisse timentibus artus. *Ovid.* Nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in ignes, *&c.*

PHILOSOPHUS.

Sapientiæ consultus. Naturæ Verique indagator. Turba Cleanthea, Socratica, Aristotelica, *&c.* Multa super Chrysippo & Crantore quærens. Docens magni primordia mundi, Et rerum causas, & quid Natura, Deusque: Unde nives veniant: quæ fulminis exstet origo: quæ vis animaverit astra, Impleritque choros; quo vivat machina motu: quæ norma boni, quis limes honesti, *&c.* Sophiæ intendens: studiis Platonis animum formans: Cujus se pectore tota Natura condidit. Mente polos adiens: suetus in æthereos ire meatus: igniferos orbes radio describens, mente percurrens, *&c.* *Vide suprà* ASTROLOGUS *fol* 78.

PICTOR.

Arte Parrhasiâ potens: Apellæâ insignis in arte. Artifici pingens vix imitanda manu. Naturæ æmulus. Naturam arte æquans, artifici manu superans. Tabulas coloribus animans, varians Vultus, pugnas in tabula exprimens, effingens, Cui neque par Zeuxis & magnus cedat Apelles. PARRHASIUS, ZEUXIS, APELLES, *celeberrimi olim pictores: sed omnium princeps Apelles, à quo solo pingi olim voluit Alexander, vetuitque, ne quis id alius tentaret. Inter opera verò ejus primas tenet* Venus ἀναδυομένη, *quam è mari exuentem pinxit, de qua Ovidius:*

Si Venerem Cois nunquam pinxisset Apelles;
Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.

PIGRITIA.

Desidia. Ignavia Inertia. Segnitiei

Ep. iners, ignava, lenta, tarda, mollis, torpens, mala, tristis, gravis, fastidiosa, imbellis, languida, *&c.* Fugiens labores. Parca laboris. Desidiæ molles, & marcida luxu otia. Somni ignavia mater: damnatrix operum: exosa laborum. Turpis ignavia; gloriæ inimica: pestis juventæ. Hebetans sensus: corpus enervans, &c. *Vide supra* OTIUM.

TORPOR. *Ep* Ignāvus, frigĭdus, ēnervis, fractus, *&c.* Torpor pectus constrinxit, alligat, implicat, vinxit. Languida segnis corpora torpor habet. Lentus pectora torpor occupat. Languent exhaustæ robore vires: titubant pedes: pendent enerves torpore manus, *&c.* *Languor.*

Piger, pigrescere.

Desidiâ tardus, enervis, languens. Gravi torpens veterno. Segni torpore ligatus. Turpi desidia marcens: languidus otio. Cui pulcrum in medios dormire dies. Ignavo vix membra levans jam fracta cubili. Testudineo gradu adrepens: passu cedens inerti: vix sese ferens: quem nunquam lux excitat alma, Nec matutini volucrum sub culmine cantus, &c. *Vide infra* SOMNUS, *& supra* TORPOR, OTIUM, MORAS TRAHERE. *Desidiosus.* *Iners.* *Deses.* *Ignavus.* *Segnis,* &c.

PISCIS

ATQUE HUC SPECTANTIA.

Ep. Mūtus, squāmĭger, pinnĭger, amnĭcŏla, sălĭens, nătĭtans, flūmĭneus, æquŏreus, cærŭleus, văgus, ăvĭdus, ĕdax, *&c.* Natans sub undis: percurrens flumina. Fluminis *vel* maris incola. Pinnis scindens, caudâ verrens, *&c.* Grex squamiger: squamigerum genus: agmina muta natantum: Cæruleæ catervæ. Æquoreum pecus Cærula turba natantum. *Auson.* Lubrica pisces agmina. *Ovid* Maris immensi proles & genus omne natantum. Tot millia gentis squamigeræ: —quæ tremulâ per stagna ingentia caudâ Exultant: motisque infindunt cærula pinnis, &c. *Ausonius Edyll.* 10. *Nymphas invocans ad pisces fluviatiles describendos*:

Tu mihi flumineis habitatrix Nais in undis
Squamigeri gregis ede choros, liquidoque sub alveo
Dissere cæruleo fluitantes amne catervas.

PISCES MARINI GRANDIORES
sive
BELLUÆ MARINÆ:

I. CETE. *Ep.* Grandia, ingentia, immānia, visu horrida, *&c.* Cetes arduus, magnâ se mole movens. Centum orbes, centumque undosa volumina torquens. Immanis bellua ponti: ingenti pectore aquas sulcans: impulsu pectoris undas turbans: haustum mare evomens, *&c. D. Paulin. de Iona* —— Jonan obvio Excepit ore bellua: Et hiulca latè lubricum per guttura Transmisit in ventrem suum: Incolume corpus dente suspenso vorans, Et quem vorabat, non *Cetus.* *Bellua.*

ed ensi

edens: Spatiatur antro bellumi corporis Captivus, & liber reus, *&c.* Monstra ingentia, & horrida visu. Immani corpore cete. *De quibus rectiùs, quàm de navibus, dixisset Papin.* 5. *Theb.* —abruptam credas radicibus ire Ortygiam, aut fractum pelago decurrere montem, *& Virg. l.* 8. Pelago credas innare revulsas Cycladas. *Auctor est enim Plin. aliique, esse à* Cetis *nonnullos* 600. *pedum longitudinis, &* 100. *latitudinis, dumque aquis supernatant, insulæ vel immanis scopuli speciem referre. Verùm Plinius omnes simplici corio vestire videtur, cùm interim Arrianus in Indicis quosdam describat, corio squamoso & ostreis, patellis, algisque innatis, ad subiti altitudinem denso. Quales in oculis habuisse Papinium existimo l.* 1. *Achill. dum* Cete scopulosa *dixit: & Ovid.* 4. *Met. ubi Perseum cum bellua marina pugnantem describit:*

—— nunc terga CAVIS super obsita CONCHIS,
Nunc laterum costas, nunc quà tenuissima cauda
Desinit in piscem, falcato vulnerat ense.

CETERUM *in Cetorum genere maximè nobiles sunt* PRISTIS, ORCA, BALÆNA *&* PHYSETER, *sic dictus à* φυσάω, *i.e.* inflo, anhelo. *Nam haustos ore fluctus per fistulas verticales ingenti diluvio refundit, non sine navigantiū periculo. Sen. Hip.*

Qualis per alta vehitur Oceani freta
Fluctus resorbens, ore Physeter capax.

BALÆNAM *in mari Britannico egregiâ reperiri magnitudine judicat Iuven. sat.* 10. *Ausonius verò etiam in Atlantico collocat Edyllio* 10.

Talis Atlantico quondam BALÆNA profundo,
Cùm vento, motuve suo telluris ad oras
Pellitur exclusum fundit mare: magnaque surgunt
Æquora, vicinique timent decrescere montes.

2. PHOCÆ. *Ep.* Turpes, dēformes, immānes. Visu deformia phocæ corpora. Nerei pecus. Protei armenta. Informes horrenti corpore phocæ. *Virg.* 4. *Æn. de Proteo:* —— cum circum vasti gens humida Ponti Exsultans rorem latè dispergit amarum. PHOCÆ *sunt vituli marini, qui in aquis & extra illas degunt. Poëtæ Neptuni armenta faciunt, & custodem adjungunt* Proteum *Deum marinum, qui eas pastum ducat, custodiat, reducat, numeret, omnes denique pastoris partes impleat Virg. loco supra citato:*

Sternunt se somno diverso in littore phocæ.
IPSE (velut stabuli custos in montibus olim
Vesper ubi è pastu vitulos ad tecta reducit)
Consedit scopulo medius, numerumque recenset.

3. DEI-

3. DELPHIN. *Ep.* Fandus. curvus, lascivus, vagus, ludens, viridis, cæruleus, arionius, *&c.* Piscis Arionæ fabula nota lyræ. Delphines navibus adnantes: ludentes vario per cærula cursu. *Virg.* ——— Delphines in orbem Æquora verrebant caudis, æstumque secabant. *Ovid* 2. *Met.* Tum neque se pandi possunt Delphines in auras Tollere. *Ibid.* ——— nec se super æquora curvi Tollere consuetas audent Delphines in auras. *De* DELPHINE *Arionis portatore vide suprà* ARION *fol.* 418. *Incredibilis est hujus belluæ velocitas sive per undas natantis, sive extra illas in aërem se tollentis: unde Augustus, ut scitum illud suum* festina lentè *exprimeret, Delphinum anchoræ illigatum pro symbolo sumpsit.* OBSERVARUNT *nautæ jam olim ventos ac tempestates imminere, cùm Delphines mari tranquillo præter solitum læti ac ludibundi variis gyris ac flexibus lasciviunt: quales fœdo Græcorum ad Eubœam naufragio præmittit Sen. in Agamemnone:* *Delphinus.*

Tum qui JACENTE reciprocus LUDIT salo
Tumidumque pando TRANSILIT dorso mare,
Tyrrhenus omni piscis EXSULTAT freto,
Agitque gyros, & comes lateri adnatat,
Anteire naves lætus, & rursus sequi.
Nunc prima tangens rostra lascivit CHORUS,
Millesimam nunc ambit & lustrat ratem.

PISCATOR.

Ep. Solers, cautus, hamiger, æquoreus, *&c.* Moderator arundinis. Vitreas solers piscator ad undas. Æquoreus populator. Toto profundo pisces scrutans: piscibus insidians: in rupe *vel* littore sedens: pisces in gurgite captans. Leves hamos nodosaque retia tractans. Victum hamo linoq; quærens. *Ovid.* 3. *Met.* Pauper & ipse fuit, linoque solebat & hamis, Decipere, & calamo salientes ducere pisces: Ars illi sua census erat. *Id. l.* 13. Deditus æquoribus, tantum exercebar in illis: Nam modò ducebam ducentia retia pisces: Nunc in mole sedens moderabar arundine linum, *&c.* Et nunc heu! viles hamo sibi quæreret escas: Aut tenui laceras sarciret vimine nassas. ——— qui sustinet hamo. Novit quæ multo pisce natentur aquæ.

PISCATORIS ARMA.

1. ARUNDO. *Ep.* Tremula, levis, longa, vilis, *&c.* Tremula captare arundine pisces: Calamo, hamo ducere, trahere, decipere, fallere, prædari: captos *vel* captivos pisces ducere, trahere. *Sen.* ——— fluctibus tectos gravi Extrahere pisces rete, vel calamo levi, *&c.* *Calamus.*

2. Ha-

2. HAMUS. *Ep.* Curvus, recurvus, uncus, aduncus, fallax, opertus, latens, cæcus, *&c.* Hamos esca fallaci tegere, cibis abdere, celare, &c. *Ovid.* Nec celate cibis uncos fallacibus hamos. Vel quæ piscis edax avido malè devoret ore, Abdere supremis ære recurva cibis. Saucius arrepto piscis retinetur ab hamo. *Id.* 2. *de Pont.* Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo, Omnibus unca cibis æra subesse putat. *Iam piscatoris omnem artem in arundine moderanda videre potes,* ut *ab Auson. tractata est Edyll.* 10.

Ille autem scopulis subjectas pronus in undas
Inclinat lentæ convexa cacumina virgæ,
Implicitos escis jaciens lethalibus hamos:
Quos ignara doli postquam vaga turba natantum
Rictibus invasit, patulæque per intima fauces
Sera occultati senserunt vulnera ferri.
Dum trepidant, subit indicium: crispoque tremori
Vibrantis setæ nutans consentit arundo.
Nec morâ, & excussam stridenti verbere prædam
Dextera in obliquum raptat puer: excipit ictum
Spiritus, *&c.*

Lina. Plagæ. 3. RETIA. *Ep.* Humida, humentia, torta, nexa, rara, sinuosa, nodosa, *&c.* Ducentia retia pisces; corticeis fluitantia signis. Humentia lina. Plagarum anfractus. Ducere retia, trahere: ductis retibus æquor *vel* amnem evertere. *Ovid.* Hi jaculo pisces, illi capiuntur ab hamo: Hos cava contento retia fune trahunt. *Auson.* Hic medio procul amne trahens humentia lina, Nodosis decepta plagis examina verrit: At hic tranquillo quà labitur agmine flumen, Ducit corticeis fluitantia retia signis. *Sil* ——— sparsa per stagna profundi Evocat è liquidis piscem penetralibus esca: Cumque levem summa vidit jam nare sub unda, Ducit captivum sinuato ad littora lino. *Manil* Et placidum ductis everrere retibus æquor, Littoribusque suis populos exponere captos.

4. NASSA. *Textum vimineum, ubi esca piscibus reconditur, unde ingressis non patet effugium. Describit eam Sil l.* 7.

Haud secùs ac vitreas solers piscator ad undas
Ore levem parulo texens de vimine NASSAM,
Cautius interiora ligat, mediamque per alvum
Sensim fastigans compressa cacumina nectit,
Ac fraudes arctat, remeare foraminis arcet
Introitu, facilem quem traxit ab æquore piscem:

PLA-

PLANETÆ
ſive
STELLÆ ERRANTES.

Errones ſeptem gemini. Vagos ducentia lumina gyros: toto ſeptem quæ ſola vagantur æthere. ——proprio quæ motu ſemper ad ortum Confugiunt, pugnantque adverſos volvere gyros. *Claud.* Sidera cur ſeptem retro nitantur in ortus, Obluctata polo. *Lucan. l.* 8. ——quæ ſola fugam moderantur Olympi, Occurruntque polo.

1. SATURNUS. *Ep.* Grāvis, triſtis, mĭnax, lĭvĭdus, frīgĭdus *&c.* Falciger ſenex: falce minans. Falcigeri ſenis ſidus. Frigida Saturni ſtella. Saturnus liventi pallidus aſtro. *Prop* Grave Saturni ſidus in omne caput. *Lucan.* ——ſummo ſi frigida cœlo Stella nocens, nigros Saturni accenderit ignes, *&c.*

2. JUPITER. *Ep.* Bĕnignus, făcĭlis, fēlix, commŏdus, *&c.* Placido benignus aſtro. Felices Jovis ſtellæ Commoda Jovis ſidera. Mitis Jupiter: placido ſerenus ore: hilarans nitidum fulgore ſalubri æthera, *&c.*

3. MARS *Ep.* Fĕrus, ferreus, mĭnax, ſævus, trux, ĭnīquus, *&c.* Enſe minax: Sanguineo igne rubens. Rutilanti ſidere Mavors. Stella Gradivi: fera Martis ſtella rapacis. Mavortius ignis. Feri rubicunda incendia Martis. Accenſo ſcintillans ſtella furore. *Ovid.* Stella tibi oppoſiti nocuit contraria Martis.

4. SOL. *Vide infrà ſuo loco in litera* S.

5. VENUS. *Ep* Rŭtĭlans, aurĭcŏmans, rīdens, bĕnigna, *&c.* Veneris aſtrum. Idalii ignes. Phœbi comes ignis. Cythereus ignis. Luciferum aſtrum: noctifer ignis: Veneri dilectus. Lætoque diem modò Lucifer aſtro Præveniens, idem noctis prænuntius ignis, *&c.*

6. MERCURIUS. *Ep.* Impĭger, vēlox, cĕlĕr, văgus, dĕcŏrus, rŭtĭlus, *&c.* Pleiade natus. Deus caducifer. Cyllenius ignis. Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes. Majâ genitus. Quem genuit magno lucida Maja Jovi, *&c.*

7. LUNA. *Vide ſuprà fol.* 370.

PLEBS.

Epit Hŭmĭlis. ima, vĭlis, ſtŏlĭda, rŭdis, mŏbĭlis, ĭnānis, lēvis, inconſtans, incerta, mūtābilis, *&c.* Fæx infima vulgi. Varium ac mutabile vulgus. Beſtia multorum capitum. Vulgi incon- *Populus.*

inconstantia: incertus favor. *Sen.* Fluctuque magis mobile vulgus. Vilis plebecula: seditionis amans: rebus novandis dedita. *Pers.* —ubi commota fervet plebecula bile. *Virg. l.* 1. *Æn.* Ac veluti magno in populo cùm sæpe coorta est Seditio, sævitque animis ignobile vulgus: Jamque faces, & saxa volant, &c.

Popellus. Vulgus.

PLUVIA.

Ep. Mădens, tristis, grăvis, ingens, &c. ūtĭlis, tĕnuis, dulcis, &c. Pluviæ aquæ. Cœlo demissus, ruptis effusus nubibus humor. Pluvius Auster. Australes nimbi. —contrarius axis Nubibus assiduis, pluvioque madescit ab Austro. Aquæ assiduæ, densæ, effusæ, &c. Agmen aquarum. *Virg* —ingens cœlo venit agmen aquarum. *Ovid.* Nulla dies adeò est Australibus humida nimbis, Non intermissis ut fluat imber aquis. Fuderit assiduas nubilus Auster aquas. Sæpe graves pluvias adopertus nubibus æther Concitat. Effusis decidit imber aquis. —gelidas hibernus aquas cùm fuderit Auster, &c. Terra pluviâ madescit, rigatur, irrigatur: Campi inundantur, natant. *Sil. l.* 12. —— —fluit aquarum Turbine confusum piceo, & nigrante procella, Atque omnes circa campos spumantibus undis Involvit. *Virg.* Effusis imbribus atra Tempestas sine more furit. ——ruit æthere toto Turbidus imber aquâ, densisque nigerrimus austris, &c.

Imber. *Ep.* Effūsus, turbĭdus, densus, ăquōsus, ingens, immŏdĭcus, sævus, præceps, hybernus, gĕlĭdus, frīgĭdus, insānus, Deucălĭōnæus, &c. Actus cœlo: cœlo demissus: cœlesti nube solutus: effusus nubibus imber. Cum multa decidit imber aquâ. *Ovid.* Ecce cadunt largi resolutis nubibus imbres, Inque fretum credas totum descendere cœlum. —cœlum nigrescit ab Austris, Et subitâ frondes decutiuntur aquâ *Virg.* 1. *Georg* ——ruit arduus æther, Et pluviâ ingenti sata læta, boumque labores Diluit, implentur fossæ, & cava flumina crescunt. Pluvias concitat Auster aquas. AUSTER, *qui & Notus dicitur, ventus est meridionalis, nebulosus & humidus: unde illum D. Hieronymus* pincernam pluviarum *vocat. Et Ovidius diluvii descriptionem adornans ad pluviam inducendam fingit solùm* Notum *à Iove emissum: Aquilone, aliisque ventis, qui nubes fugare consueverunt, in antro suo conclusis*

Protinus Æoliis Aquilonem claudit in antris,
Et quæcumque fugam inductas flamina nubes:

Emit-

Emittitque Notum, madidis Notus evolat alis
Terribilem piceâ tectus caligine vultum
Barba gravis nimbis, canis fluit unda capillis,
Fronte sedent nebulæ: rorant pennæque, sinusque,
Utque manu latè pendentia nubila pressit,
Fit fragor, & densi funduntur ab æthere nimbi.

PLUVIUS ARCUS.

ARCUS *Ep* Purpŭreus, pictus, vărius, discŏlor, multĭcŏlor, *&c.* Mille colorum: Mille trahens adverso sole colores: longo complectens aëra gyro: variâ luce rubens: *Ovid.* Qualis ab imbre solet percussus solibus arcus Inficere ingenti longum curvamine cœlum. *Prop.* Venturam admittat imbrifer arcus aquam.

IRIS, *Ep* āĕria, roscĭda, imbrĭfĕra, ūda, picta, multĭcŏlor, dĕcōra, fulva, *&c.* Vēlox, văga, vŏlucris, Jūnōnia, *&c.* Nuncia Junonis. Thaumantia proles. Thaumante creata. Virgo Thaumantæa. Nimborum fulva creatrix. Roseo Thaumantias ore: cincta nimbis: nubibus succincta: varios induta colores: picto spectabilis arcu: mille ferens variata luce colores. *Sen. OEd.* Imbrifera qualis implicat varios sibi Iris colores, parte quæ magnâ poli Curvata, picto nuntiat nimbos sinu. IRIS, *Thaumantis & Electræ filia, à poëtis pro arcu cœlesti accipitur, qui certissimus est pluviæ index. Fingitur ab iisdem Iunonis esse nuntia. Virg. 5. Æneid.* *Thaumantis. Thaumantia.*

IRIM de cœlo misit Saturnia Juno.
Illa viam celerans per mille coloribus arcum;
Nulli visa, citò decurrit tramite virgo.

POENA.

Ep. Dūra, grăvis, ămāra, tristis, crūdēlis, ăcerba, terrĭbĭlis, immānis, atrox, ultrix, digna, *&c* Pœna scelere digna: minor *vel* major merito. Scelerum vindex: criminis ultrix: noxios à tergo sequens. Culpam pœna premit comes. *Hor. l. 3.* Rarò antecedentem scelestum Deseruit pede Pœna claudo. POENA *interdum pro supplicio sumitur, interdum pro Numine aliquo infernali puniendis hominum delictis præposito ac iustitiæ divinæ ministro: quod alii cum Erynnis confundunt, alii ab iis diversum putant, ac pro numero delictorum multiplicant; ita scil. ut cuique peccato sua* Pœna *sit adjuncta. Huic Horatius supra dat* pedem claudum. *Tu, si voles, pedes tribuere* laneos *potes, aut phrasi Plautinâ* pulmoneos, *i. e. molles ac strepitum nullum edentes: quales leporum ille promus dat homini spissigrado ac tardipedi in Epidico. Quintus omnibus intuetur Deos lento; assu ad vindictam procedere, ac scelestos sæpe*

nil tale opinantes opprimere. Quam doctrinam duobus tibi verbis absolvet Tibull. lib. 1. *El* 9.

Ah miser! & si quis primò perjuria celat;
SERA tamen TACITIS Pœna venit pedibus.

Supplicium. SUPPLICIUM *Ep.* Sævum, crudele, atrox, miserum, miserandum, infandum, miserabile, triste, funestum, *&c.* —— infanda per orbem Supplicia, & scelerum pœnas expendimus omnes Te triste manebit Supplicium, votisque Deos venerabere seris. *Virg. l.* 6. Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum Supplicia expendunt.

POENAS *dare.*

Puniri Luere. Dare sanguine pœnas. Dabis improbe pœnas. *Virg* Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas. Pœnas *vel* supplicia solvere, persolvere, pendere, expendere, subire, pati. Sed dignas tanto persolvit crimine pœnas. Pœnas *vel* crimen luere: *vel* crimen pœnâ luere. *Ovid.* More luam pœnas, judice victa Deâ. *Horat.* Delicta majorum immeritus lues Romane. *Virg.* Post mihi non simili pœna commissa luetis. *Catull.* Hei nimium virgo, nimium crudele luisti Supplicium Multam subire: pœnâ multari, plecti. Pro crimine pœnas dare, solvere, &c. *Ovid.* Inscia quod crimen viderunt lumina, plector: Peccatumque oculos est habuisse *Plecti.* meos. *Id.* 5. *Fast.* ——— multam subiêre nocentes. *Cat.* Facta virûm multantes vindice pœnâ Eumenides. *Ariadna apud eund.* Nec priùs à fesso secedent corpore sensus, Quam justam à Divis exposcam prodita multam. MULTA *propriè in bonis fortunæ consistit, atque ex judicis arbitrio dependitur. Usus tamen latiùs extendit, unde &* morte multari *Latinè dicitur. Pœnæ alicujus gravitatem, qui extollere cupiet, videre poterit, quæ attulimus in* POENIS INFERNALIBUS *fol.* 304. *Quibus omnibus atque simul in iis, quas Caditius sævissimus sub Vitellio judex exercuit, conscientiæ tormentum præfert Iuvenalis sat.* 13.

Pœna autem vehemens, ac multo sævior illis
Quas & Cæditius gravis invenit, & Radamanthus;
Nocte dieque suum gestare in pectore testem.

POENAS *exigere.*

Punire. Plectere Pœnas poscere, reposcere, sumere. Quis tam crudeles optavit sumere pœnas? Infensi pœnas cum sanguine poscunt ——— pœnasque inimico à sanguine sumit. Vindice pœnâ multare. Pœnis *vel* suppliciis urgere, premere, affligere, compescere, domare. Pœnas imponere, decernere sancire, irrogare. *Papin.* Quod si me veterum pœnas sancire malo

malorum Gentibus, & diros finitis punire nepotes. Ulcisci, vindicare. *Virg.* Ulcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas. *Ovid.* Si de tot læsis sua numina quisque Deorum Vindicet, in pœnas vix satis unus erit. *Horat.* ——— ——— adsit Regula peccatis, qua pœnas irroget æquas. *Ovid* Exegit dignas ultrix Rhamnusia pœnas.

POETA.

Epit. Dīvīnus, săcer, făcundus, ingĕnĭōsus, cultus, doctus, cĕlĕbris, ēgrĕgius, laurĭfer, āŏnius, Pĭĕrius, ăpollĭneus, *&c.* *Vide* CARMEN COMPON *fol.* 142. Musarum Phœbiq; sacerdos. Apollinea clarus in arte. Inter vates Aonios celebris. ——— cui doctus Apollo, Pocula Castallis plena ministrat aquis. Pangere carmina doctus: cui faciles veniunt ad carmina Musæ. Quem Musæ docuêre. Quem puerum lauro cinxêre virenti Pierides. *Mart.* Quem plus Pierio de grege Phœbus amat? Aut quis ab Aonio largius amne bibit? Pieridum comes: Musis amicus. Sacra Musarum colens. Amor Pieridum Pierii chori decus. *Ovid.* 1. *Pont.* Fertile pectus habes, interque Helicona colentes Uberius nulli provenit ista seges. *Pers.* Nec fonte labra prolui caballino, Nec in bicipiti somniasse Parnasso Memini; ut repentè sic Poëta prodirem. *Zanazarius de sese*: Nam bene Thespiacas (Livor licèt audiat) undas Novimus, & dextro pressimus antra pede. *Horat. l.* 4. Spiritum Phœbus mihi, mihi Phœbus artem Carminis nomenque dedit Poëtæ *Propert.* Me juvat in prima coluisse Helicona juventâ, Musarumque choris implicuisse manus. *Ovid.* At mihi jam puero CÆLESTIA sacra placebant, Inque suum furtim Musa trahebat opus. *Vetus carmen*: Consules fiunt quotannis, & novi Proconsules: Solus aut Rex, aut Poëta non quotannis nascitur. POESIS *naturâ magis, & peculiari quodam genio, quàm arte (quamquam hâc ille perficitur) constat. Unde eam poëta à Musis earumque præside Apolline aut Cœlo etiam ipso sibi immissam gloriari solent. Neque enim illico poëta est, qui pedibus ad legem carminis religiosè exactis versum instruit: sed longè alia, necesse est, possideat, nec vulgaria animi dona. Horat. lib.* 1. *sat.* 4.

——— — neque enim concludere versum
Dixeris esse satis: neque si quis scribat, uti nos,
Sermoni propiora, putes hunc esse Poëtam.
INGENIUM cui sit, cui mens divinior, atque os
Magna sonaturum; des nominis hujus honorem.

POETÆ & eorum AFFLATUS.

Vatum chorus, Turba Aonia, Apollinaris. Musis dedita

dita turba. Helicona colentes: Heliconiadum comites. *Luc.* Vos quoque qui fortes animas, belloque peremptas Laudibus in longum, Vates, dimittitis ævum. Laurigera cohors: Numine sacro afflata: œstro percita. *Ovid.* Numen inest illis, Pieridesque favent. *Id.* Est Deus in nobis, sunt & commercia cœli: Sedibus ætheriis spiritus ille venit, *Idem* 6. *Fast.* Est Deus in nobis, agitante calescimus illo: Impetus hic sacræ semina mentis habet. *Attingit* Enthusiasmum *sive* Afflatum divinum: *qui nihil est aliud, quàm maxima ingenii intentio, quâ in nobilis alicujus objecti contemplatione defixus animus ab illo velut igniculos quosdam concipit, quibus excitatus supra sese effertur, & quasi tormento quodam in sublime abripitur. Quod cùm poëticæ facultati maximè competit, tum aliis etiam scientiis inest.* Non potest, *inquit Seneca*, grande aliquid & supra cæteros loqui, nisi mota Mens. Non potest sublime quicquam & in arduo positum contingere, quamdiu apud se est. Desciscat, oportet à solito, & efferatur, & mordeat frenos, & rectorem rapiat suum. Cùm vulgaria & solita contempsit, instinctuque sacro surrexit excelsior; tunc denique aliquid cecinit grandius ore mortali. *Hinc Pythagoras apud Ovid.* 15. *Metamorphoseos oracula sua mortalibus editurus,*

——————juvat ire per alta
Astra, juvat terris & inani sede relictâ
Nube vehi, validique humeris insistere Atlantis.

POETÆ CELEBRIORES:

I. EPICI.

Mæonides. HOMERUS. *Ep.* Divinus, doctus, sublimis, magnus, altiloquus, Mæonius, *&c.* Mæonius vates. Smyrnæ *vel* Colophonis alumnus. Conditor Iliados. Trojani belli scriptor. Magnum qui cantat Achillem. *Ovid.* 2. *Fast.* Nunc ego mille sonos, quoque est memoratus Achilles Vellem, Mæonide, pectus inesse tuum. Senex Mæonius. Smyrnæus vates. Smyrnæi musa Poëtæ. *Claud.* Ipse parens vatum, princeps Heliconis Homerus. *Ovid.*——è quo, ceu fonte perenni, Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Maro. VIRGILIUS. *Ep.* Magnus, doctus, divinus, æternus, altiloquus, *&c.* Andinus vates. Andini sublimis Musa Maronis. Quo cive superbit Mantua. Vates quem Mantua genuit——ingenti qui nomine pulsat Olympum, Mæoniumque senem Romano provocat ore. Felix Æneidos auctor. Quo nullum Latio clarius exstat opus. Qui profugum canit Æneam, atque altæ primordia Romæ. *Ovid. de Virgilii operib.*

Tity-

Tityrus, & segetes, Æneïaque arma legentur, Roma triumphati dum caput orbis erit.

2. TRAGICI.

ÆSCHYLUS. *Ep.* Grăvis, sĕvērus, doctus, *&c.* Æschyli cothurnus. *Prop.* ——Æschyleo componere verba cothurno. *Horat.* ———personæ, pallæque repertor Æschylus, & modicis instravit pulpita tignis, Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.

SOPHOCLES Sophoclis Musa. Sophoclæus cothurnus. *Virg.* Sola Sophoclæo tua carmina digna cothurno.

3. LYRICI.

PINDARUS. Thebanus olor. Cygnus Dircæus. Thebani vatis barbitus. Musa nulli imitabilis. Grajæ lyræ decus *Horat. lib.* 4. Monte decurrens velut amnis, imbres Quem super notas aluêre ripas; Fervet, immensusque ruit profundo Pindarus ore, *&c.*

HORATIUS Vates Venusinus. Calabri vatis lyra. Ausoniæ lyræ decus. Romanus fidicen. Parios qui primus jambos donavit Latio Romanæ fidicen lyræ *Ovid.* 4. *Trist.* *Flaccus.*

Et tenuit nostras numerosus Horatius aures,
Cum ferit Ausoniâ carmina culta lyrâ.

4. ELEGIACI.

TIBULLUS. *Ep.* Cultus, tĕner, făcĭlis, argūtus, doctus, *&c.* Facunda Musa Tibulli Quo vate Delia nomen habet. Cui famam decusque Nemesis debet. Ussit amatorem Nemesis formosa Tibullum *Ovid* Donec erunt ignes, arcusque Cupidinis arma, Dicentur numeri, culte Tibulle, tui.

PROPERTIUS. Romanus Callimachus. Quem fecit Cynthia vatem. Quo Cynthia vate superbit. *Ovid.* Cynthia jucundi carmen juvenile Properti.

OVIDIUS. Pelignus Poëta. Peligni ruris alumnus. Pelignæ gloria gentis Pharetrati lusor Amoris Artem qui tractat amandi. Volucris præceptor Amoris. Sarmaticas longè projectus in oras. Extremâ jussus vivere Barbaria: Geticum damnatus ad axem: hoc illi Musa proterva dedit. Ars quem sua perdidit Ingenio periit læsus ab ipse suo. *Ovid. de seipso.* Hic ego qui jaceo, tenerorum lusor amorum, Ingenio perii Naso Poëta meo. *Naso.*

5. EPIGRAMMATOGRAPHI.

CATULLUS. *Ep.* Făcundus, argūtus, mollis, lascīvus, mordax, *&c.* Cujus cantatur Lesbia versu. Quo se Verona jactat.

Lascivi Musa Catulli. *Ovid.* Mantua Virgilio gaudet Verona Catullo.

MARTIALIS. Toto notus in orbe Martialis, argutis Epigrammatum libellis. *Sidon.* Quem dat Bilbilis alta, Martialis. Mordax Musa vatis Iberi. Bilbilitanus olor, *&c.*

PORTUS.

Epit. Optātus, spērātus, tūtus, quiētus, sēcūrus, plăcĭdus, tranquillus, curvus, sinuosus, *&c.* *Ho*spita tellus. Puppibus accessus faciles. Statio fidissima nautis. Quassis statio tranquilla carinis. Portûs brachia, sinus, littora. *Prop.* Pyræi littora portûs. Fessis loca grata carinis. Portus in arcum curvatus, sinuatus. *Claud.* Ardua tranquillo curvantur brachia portu. *Virg.* Huc feror, hæc fessos tuto placidissima portu Accipit. *Ovid.* ——— ventosa per æquora vectum Excepit portu Tænaris ora suo. Fluctibus ejectum tutâ statione recepi.

Littus. *Virg.* ——— si littora nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ. Anchora de prora jacitur, stant littore puppes Strophadum me littora primum Accipiunt. *Ov.* ——— Chiæ telluris ad oras Applicor, & dextris adducor littora remis.

Terra. *Virg.* Vela legam, & terris festinem advertere proram. ——— illa Noto citius volucrique sagittâ Ad terram fugit, & portu se condidit alto. Ergo insperatâ tandem tellure potiti, &c. *Ovid.* Fit propior, terrasque cita, ratis attigit aurâ.

Ovid. In nostras quoniam nova puppis arenas venerat.

Arena. *Virg.* ——— magno telluris amore Egressi optata potiuntur Troës arenâ. Hospitio prohibemur arenæ. Et tandem læti notæ advertuntur arenæ.

POTARE AQUAM,
sive
SITIM RESTINGUERE.

Amnem, aquam, fontem, flumina libare, haurire, arente fauce trahere, ducere, *&c.* Nuda manu fontem captare: haurire demissis flumina palmis: summo haurire de gurgite lymphas. Fonte *vel* rivo sitim restinguere, explere, sedare, compescere, levare, relevare: æstum *vel* sitim solari. Ora fonte colluere, aquâ rigare. Ora fontibus admovere. Fontis in unda sitim deponere. Sitim de fonte levare. *Ovid* 3. *Fast* Defluit incerto lapidosus murmure rivus: Sæpe, sed exiguis haustibus inde b bi. Explenda est sitis ista tibi, qua perditus ardes. E medio jam licet amne bibas. Sitim multa com-

compescuit unda. Totum prope faucibus occupat amnem, &c.

POTARE VINUM,
sive
HILARIS SE INVITARE.

Indulgere mero. Vino se proluere. Impleri veteris Bacchi. Curas dulci Lyæo solvere. Merum potare, faucibus haurire, ore ducere, trahere gutture, gutture pleno sumere. Pocula, cados, culullos ducere, exhaurire, exsiccare, vertere. *Virg.* ——— fusique per herbam Indulgent vino, & vertunt crateras aënos. Crateras magnos statuunt, & vina coronant. *Hor.* ——— —— aureis mercator exsiccet culullis Vina, &c. Pocula Lesbii ducere. Diem mero frangere Beate se interiore nota Falerni. Non parcere cadis. *Hor.* Nunc est bibendum, nunc pede libero pulsanda tellus. *Prop l.* 3. Vina diem celebrent, non festa luce madere Est pudor. *Tib.* Chare puer, madeant generoso pocula Baccho, Et nobis prona funde Falerna manu. *V. infrà* VINUM *& suprà* EBRIUS *fol* 227.

PRÆDA.

Prædam agere, facere Præda potiri. Bona eripere, vi tollere. Vivere rapto. Rapinæ assuescere. Rapina tollere, eripere, spoliare. Infanda, tristi, violenta rapina vitam agitare. Infestare vias. Viatores bonis spoliare. Agros latè vastare, populari: avertere prædas. *Virg* Non nos aut ferro Libycos populare penates Venimus, aut captas ad littora vertere prædas, &c. *Vide* LATRO 265. *Rapina.*

PRAEDA HOSTILIS.

Ep. Barbăra, hostĭca, bellĭca, ŏpŭlenta, dīvĕs, ingens, ŏpīma, &c. Prædam ex hoste rapere: hostibus eripere. Spolia hosti detrahere, ab hoste referre Spolii gaudere: Exuvias deleto ex hoste referre. Spoliis onustum redire: prædam relatam Diis sacrare. *Ovid.* Ponitur ad patrios barbara præda Deos. Prædam conferre, congerere, connectere, &c. *Virg.* ——— —— huc undique Troïa gaza, Incensis erepta adytis, mensæque Deorum, Crateresque auro solidi, captivaque vestis Congeritur. PRÆDA, *inquit Varro, est ab hostibus capta, quòd manu parta, quasi* parida. *Transfertur ad quamlibet rapinam sive capturam furum, venatorum, piscatorum,* &c. *Ovid.* Quidquid servatur cupimus magis, ipsaque furem Præda vocat. *Prop. quoque l.* 4. *dixit* piscem calamo prædari. *Ovid. in fragmento Halieutici de Polypo piscatorem eludente:* *Spolium* *Exuvia*

——— ———atque ubi prædam
Pendentem setis avidus rapit; hic quoque fallit
Elato calamo, cùm demum eversus in auras
Brachia dissolvit, populatumque respuit hamum.

PRECES.

Ep. Supplices, humiles, blandæ, assiduæ, sollicitæ, timidæ, anxiæ, *&c.* Verba precantia, rogantia Votis precibusque exposcere. Precando tentare. Fundere preces pectore ab imo: Tendere cum voce manus, *&c.* Jupiter omnipotens, precibus si flecteris ullis, Aspice nos, *&c.* Prece Deos adire: Preces effundere. *Prop. de inferorum sede irremeabili.* Panditur ad nullas janua nigra preces. *Vide suprà* ORARE *fol.* 452.

Preces exaudire.

Precibus aures præbere faciles, benignas, placidas. Facili aure preces accipere, percipere, excipere, audire *Ovid.* 2. *Pont.* Accipe non durâ supplicis aure preces. Dare se facilem votis. Verba precantis non spernere; Vultum non avertere: vanas non sinere esse preces. Votis rogantis favere. Vota exaudire. Precibus flecti, moveri, molliri, &c. *Sen. Hippol.* —— non movent Deos preces: At si rogarem scelera, quàm proni forent! *scil. ad preces meas exaudiendas.* Precibus, votis, optatis, oranti annuere. *Ovid. Pont.* Annuite ô timidis mitissima numina votis. *Id Met.* Annuit his, capitisque sui pulcherrima motu Concessit gravidis oneratos messibus agros. *Virg.* 1. *Æn.* Annuit, & nutu totum tremefecit Olympum. *Vide suprà* BENIGNUS. *fol.* 128. ORANDO FLECTERE *fol* 453. *Et* OBSERVA *poëtas etiam Diis nutum tribuere, sive capitis quendam motum in assensu, ad quem deinde cœli, terræ aut aquarum tremor sive concussio sequatur. Virg. suprà de Iove. Et Ovid. in Metam. de* Neptuno:

——— ———movit caput æquoreus Rex,
Concussitque suis omnes assensibus undas.

Preces spernere.

Preces negligere, aure surda contemnere, respuere: dura aure repellere. *Ovid* Surda sit oranti tua janua, laxa ferenti. Precantibus, orantibus, implorantibus aurem negare: questibus aures occludere, claudere, obdere. Vota rogantis despicere. *Ovid.* Da precor accessum lacrymis mitissime nostris, Nec rigidam timidis vocibus obde forem. *Virg.* 4. *Æn.* ——sed nullis ille movetur Fletibus, aut voces ullas tractabilis audit. *Vide suprà* CRUDELIS *fol.* 178. FRUSTRA ROGARE *fol.* 262.

PRIN-

PRINCEPS.

Ep. Inclytus, illustris, magnănĭmus, gĕnĕrōsus, magnus, mītis, justus, bellĭgĕr, *&c.* Rerum cui summa potestas Populo verendus: populos sub ditione premens. Cui populi cura incumbit: populis jura scribens, dictans: populo imperans, &c. *V. suprà* HEROS *fol.* 281 ILLUSTRIS *fol.* 289.

PROMITTERE.

Dare promissa. Dextram *vel* fidem dare: dextrâ datâ promittere. Voce clara spondere, polliceri. —— qui terras omni ditione tenerent Pollicitus, quæ te genitor sententia vertit? at non hæc quondam promissa dedisti Voce mihi. *Huc illa spectant*: Elige, quid voveas, nullam patière repulsam Optatis potière tuis. Si quid fert impetus, opta: Omne feres. *Phœbus apud Ovid. Met.* —— quodvis pete munus, & illud Me tribuente feres: promissi testis adesto Diis juranda palus, &c. *V. suprà* FOEDUS *fol.* 258. JURARE *fol.* 330.

Promissa præstare.

Promissa *vel* pollicita implere, præstare, dare: pollicita non sinere irrita: pollicitis stare, manere. Fidem servare. Addere fidem dictis *Virg.* Tu modò promissis maneas, servataque serves Troja fidem. *Ovid.* 3. *Fast.* ———— facti pete præmia, dixit: Si mea nota fides, irrita nulla petes.

PUDOR.

Ep. Purpŭreus, rŏseus, vĕrēcundus, ingĕnuus, tĭmĭdus, sŭbitus, ingens, conscius, *&c.* Pudore detineri, prohiberi, tardari, &c. *Mart* Sed cohibet vires ingeniumque pudor: pudor vultum gravat, oculos dejicit, ora subit, imo in corde æstuat. *&c.* *Rubor.*
— pudet hæc opprobria nobis Et dici potuisse, & non potuisse refelli. Lumina fixa tenet plena pudoris humo: dejectos gerit vultus pudore, &c. *V. suprà* OCULOS DEJICERE. 447.

Totis erubuisse genis. Erubuère genæ Læsi dat signa rubore pudoris. Incanduit ore Confessus secreta rubor. Manat conscius ore rubor: pudor *vel* rubor ora, vultus, genas subit, pingit, notat, succendit, perfundit, colorat, inficit, tingit. *Ovid.* Flava verecundus tinxerat ora rubor. Subitusque invita notavit ora rubor. *Idem*: O quàm sæpe comas aliquo mirante, rubebis. *Id.* ———— oraque dextra Protegit; ingenuas [illegible]cta rubore genas. *Virg. l.* 12. *de Lavinia*: Flagrantes perfusa genas: cui plurimus ignem Subjecit rubor, & calefacta per ora cucurrit, *&c.* *Erubescere.* *Rubere.*

COMPARATIONES.

1. COMPARARE *solent poëtæ ruborem, genas Virginis præsertim aut candidi pueri subeuntem, cum rosa liliis permixta, aut ebore tincto, ita ante alios Virg. l. 12.*

Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur; vel mista rubent ubi lilia multa
Alba rosa: tales virgo dabat ore colores.

2. *Eundem Ovid. Met. comparat cum aurora & nubibus à sole coloratis:*

Qui color infectis adversi Solis ab ictu
Nubibus esse solet, aut purpureæ Auroræ;
Is fuit in vultu, *&c.*

3. *Idem, pectus Hyacinthi pueri palmis percussum comparat cum pomis & uvis nondum maturis: quod & ad Pudorem transferri potest.*

Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem:
Non aliter quàm poma solent, quæ candida parte,
Parte rubent, aut ut variis solet una racemis
Ducere purpureum nondum matura colorem.

Ep. Impūbes, imbellis, rŭdis, incautus, bullātus, intonsus, cirrātus, formōsus, pulcher, tĕnĕr, blandus, *&c.* Crinibus intonsis: tenero spectabilis ore. Lusûs amans: ludere gaudens. *Tib. l. 2.* ——— prolemque ministret, Ludat & ante tuos turba tenella pedes. *Id.* Cursarem vestros cùm tener ante pedes: primis jam pulcher in annis. *Iuven. sat. 15.* ——— cujus manantia fletu Ora, puellares faciunt incerta capilli, i. e. *dubium relinquunt, puer sit an puella. Nam pueri olim comati Vnde* cirratam turbam *Martialis appellat.* Rudes anni, infirmi, puerilès, teneri. Ætas infirma, mobilis, *&c. Quò faciunt illa poëtæ Venusini in arte: quibus infirmum mobilemque in omnem partem puerorum animum describit:*

Reddere qui voces jam scit puer, & pede certo
Signat humum; gestit paribus colludere, & iram
Colligit & ponit temerè, & mutatur in horas.

PUGNA.

Prælium. Certamen. *Ep.* Aspĕra, dūra, mĭnax, ācris, trux, horrĭda, sæva, ardens, fervens, călens, sanguĭnea, cruenta, tristis, horrĭbĭlis, *&c* Anceps, infausta, ĭnĭqua, &c. *Prælia*: Dīra, scĕlĕrāta, impia, fūnesta, fĕra, effĕra, horrĭda, horrentia, crūda, răbida, viŏlenta, fortia, ănĭmōsa, Martia, Cruda virorum prælia: campis surgentia. discordi horrentia motu. Certamen atrox. Duri certamina Martis *Sil.* Aspera pugna novas variâ sub imagine lethi. Dat formas. *Ovid.* Aspera militiæ juvenis certami-

tamina fugi.——ardentes accingar dicere pugnas. *Tib.*——
——tunc prælia nata, Et propior diræ mortis aperta via est. *Horat l. 1. sat. 3.* Unguibus & PUGNIS, dein fustibus, atque ita porrò Pugnabant armis quæ post fabricaverat usus. PUGNA *dicta à* pugno: *scilicet ante ferri & armorum usum, pugnis & calcibus (armis à Natura suppeditatis) se petebant. Pòst ad externa transitum. Mirè convenit cum Horatio suprà, Seneca Musa in Hippolyto:*

——tum primùm manu
Bellare nuda, saxaque & ramos rudes
Vertêre in arma. Tela faciebat dolor.
Invenit artes bellicus Mavors novas,
Et mille formas mortis. Hinc terras cruor
Infecit omnes fusus, & rubuit mare.

PUGNARE, PRÆLIARI.

In pugnam *vel* certamina aliquem poscere: Pugnam *vel* prælia inire, tentare, lacessere, ciere. *Virg.* Continuò pugnas ineunt, & prælia tentant. Prima leves ineunt si quando prælia Parthi.——cùm prima movent in prælia Martem. Invadunt Martem clypeis, atque ære sonoro. *Apud Prudentium in Psychomachia* Fides, *magis Deo, quàm armis fidens, summa alacritate adversarium in pugnam lacessit: mirâ decori observatione:*

Prima petit campum dubia sub sorte duelli
Pugnatura fides: agresti turbida cultu,
Nuda humeros, intonsa comas, exerta lacertos.
Namque repentinus laudis calor ad nova fervens
Prælia, nec telis meminit, nec tegmine cingi.
Pectore sed fidens valido, membrisque retectis,
Provocat insani frangenda pericula belli.

Pugna congredi. Se credere pugnæ: pugnam committere. Concurrere telis. Manum committere, conserere. Decernere ferro. Miscere prælia. Conserere acies. *Ovid. Fast.* Prima movet Cacus collata prælia dextrâ, Remque ferox saxis, stipitibusque gerit. *Prop. l. 4.* Miscebant ustâ prælia nuda sude. *Virg.* Ingruit Æneas Italis, & prælia miscet. *Idem:* Immiscentque manus manibus, pugnamque lacessunt. His mecum concurrite telis.——desiste manum committere Teucris. Illi inter sese duri certamina belli Contulerant. *Mant.* Et certamen atrox multo cum sanguine surgit: Pectora pectoribus tunduntur, & ensibus enses. Vulnera vulneribus, mortes quoque mortibus atris Miscentur. *Virg.* Consertæ campis acies, multusque per arva Fervebat *Dimicare.*

Ma-

Mavors. *Pugnam hanc consertam permistis jam aciebus* DESCRIBIT *brevibus, sed quæ multorũ instar esse possunt. Virg. l. 11.*

Tertia sed postquam congressi in prælia, totas
Implicuêre inter se acies, legitque virum vir;
Tum verò & gemitus morientûm, & sanguine in alto
Armaque, corporaque, & permisti cæde virorum
Exanimes volvuntur equi. Pugna aspera surgit.

PUGNA STATARIA NAVALIS
describente Lucano lib. 3. Pharſ.

——tecto STETIT æquore pugna.
Jam non excussis torquentur tela lacertis,
Non longinqua cadunt jaculato vulnere ferro:
Miscenturque manus, navali plurima bello
Ensis agit: stat quisque suæ de robore puppis
Pronus in adversos ictus, multique perempti
In ratibus cecidêre suis, cruor altus in undis
Spumat, & obducti concreto sanguine fluctus:
Et quas immissi traxerunt vincula ferri,
Has prohibent jungi conserta cadavera puppes.
Semianimes alii vastum subiêre profundum,
Hauseruntque suo permistum sanguine pontum:
Hi luctantem animam lentâ cum morte trahentes,
Fractarum subitâ ratium periêre ruinâ.
Irrita tela suas peragunt in gurgite cædes:
Et quodcunque cadit frustrato pondere ferrum,
Exceptum mediis invenit vulnus in undis.

COMPARATIONES.

1. *Comparari possunt acriter & obnixè pugnantes, cùm ventis. Exemplo Virg.* 10. *Æn.*

——expellere tendunt
Nunc hi, nunc illi Certatur limine in ipso
Ausoniæ. Magno discordes æthere venti
Prælia ceu tollunt, animis & viribus æquis:
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit:
Anceps pugna diu.

2. *Cum tauris, apris, ursis,* &c *Quos videre potes suis quosque locis.. Papin.*

Fulmineos veluti præceps cum cominus egit
Ira sues, strictisque erexit pectora setis:
Sic avidi incurrunt. —— —— *Idem*:
Non sic ductores gemini gregis horrida Tauri
Bella movent, *&c.*

PUL-

PULCHER.

Formâ *vel* facie insignis, egregius, spectabilis, conspiciendus. Formæ decore, nitore, dotibus, munere præstans: præstanti corpore: forma pulcherrimus: ante alios pulcherrimus omnes. —— ante omnes pulcher Iülus: qui pulchrior alter non fuit Æneadum: Tantum egregio decus enitet ore. Formâ præstante: eximiâ specie *Ovid.* Inter Phæstiadas quæ laudatissima formæ Dote, fuit virgo. ———— clarissima forma, Multorumque fuit spes invidiosa procorum. *Id. Ep* 5. Laudaret faciem livor quoque. Forma placet, niveusque color, flavique capilli, Quique aderat nullâ factus ab arte decor. *Claud.* ——non labra rosæ, non colla pruinæ, Non crines æquant violæ, non lumina flammæ, *&c.* Placido fulget in ore decor Inter virgineos longè pulcherrima cœtus Formâ nulli cessura Dearum *Ovid.* 4 *Met.* Quantò splendidior quàm cætera sidera fulget Lucifer, & quantò quàm Lucifer aurea Phœbe, Tantò virginibus præstantior omnibus Hæse. ———— quantum Latonia Nymphas Virgo premit: quantum formosas Dryades Diana relinquit *Sen. Med.* Hæc cum virgineo constitit in choro, Unius facies præminet omnibus: Sic cum Sole perit sideribus decor, Et densi latitant Pleïadum greges. Formosus. Decorus.

PULCHRITUDINE FORMÆ PRÆSTANTES,

quibus alios poëtæ conferre, aut etiam præferre solent.

Bacchus *&* Apollo *intonsi, semperque juvenes & formâ integrâ.* Castor *item &* Pollux *Ledæ filii, quibus omnibus Iasonem Æsonis filium præferunt mulieres Corinthiæ apud Sen. Med.*

Si formâ velit adspici;
Cedent Æsonio duci
Proles fulminis improbi,
Nec non qui tripodas movet
Frater virginis asperæ:
Cedet Castore cum suo
Pollux cæstibus aptior.

2. Narcissus *&* Hyacinthus, *de quibus suprà fol.* 255. Endymeon *Lunæ amasius,* Atys *puer Nan genitus Sangarii fluminis filia, aliique. Papin.* 4, *Sylv.*

————cedat tibi Latmius ultrò
Sangariusque puer, quemque irrita fontis imago
Et sterilis consumpsit amor.

3. Nireus, *Græcorum omnium formosissimus, & Homero lau-*

laudatus, cujus meminit Prop. l. 3. probans nihil esse tam eximium atque præstans, quod nos Mortis imperio subducere possit.

Nirea non facies, non vis exêmit Achillem.

4. *Ad muliebris formæ pulchritudinem efferendam adhibentur* Venus, Diana, Pallas, Proserpina, *denique Deæ omnes, Nymphæq; tam terrestres, quàm aquaticæ. Pap. I. Achill.*

Sed quantum virides pelagi Venus addita Nymphas
Obruit, aut humeris quantum Diana relinquit
Najades, effulget tantum regina decori
Deidamia chori, pulchrisque sororibus obstat.

5. Mulieres *variæ, quarum forma Fabulis aut Historiis celebrata est, inter quas chorum ducit* Helena: *quam laudat his verbis Paris apud Ovid. Ep.* 17.

Magna quidem de te rumor præconia fecit,
Nullaque de facie nescia terra tua est.
Nec tibi par usquam Phrygiæ, nec solis ab ortu
Inter formosas altera nomen habet.

Deformis.

Forma carens. Aspectu horridus. Fœda aspectu ridendaq; facies. Deformis visu. Lurida effigies. *Iuven sat.* 10 —deformem & tetrum ante omnia vultum, Dissimilemque sui, deformem pro cute pellem, Pendentesque genas, & tales aspice rugas, Quales, *&c.* Facie invenustâ: macie squallens: impexis horridis capillis: refugis oculis, *&c.* Concavæ squallent genæ; Et notat informis pallida membra color Cui difficilis formam natura negavit. Formâ informi notus. Vultu pueris metum facturus. Thersites: Manducus, *&c.* Thersites, *homo Græcus, insigni deformitate, quam versibus suis Homerus immortalem reddidit. De quo Ov. 4. de Pont.*

Tam mala Thersiten prohibebat forma latere,
Quàm pulchra Nireus conspiciendus erat.

PULVIS.

Ep. Lēvis, siccus, æstīvus, cæcus, nīger, *&c.* Immundus, turpis, fœdus, *&c.* Pulvere fœdare, turpare, *&c.* Pulverea nubes: pulveris globus. *Virg.* Hic subitam nigro glomerari pulvere nubem Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis, Volvitur ad muros caligine nubilus atrâ Pulvis: pulvis in cœlum tollitur, fertur ad æthera, atrâ nube diem ascendit, *&c.*

Q.

QUIES.

Requies *Epit.* Plăcĭda, iūcunda, lĭbĕra, dulcis, suāvis, blanda, grāta, sĕcūra, tranquilla, læta, *&c.* Libera otia, curis vacua Otium

tium honestum, doctum, non ignavum, &c. Amica quies, pacis amans, tui barum fugiens, viles curas exosa: Vires reficiens, corpus recreans, &c. *Ovid Ep.* 4. Quod caret alternâ requie, durabile non est: Hæc reparat vires, fessaque membra levat. *Id.* 1. *Pont* Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis, Immodicus contrà carpit utrumque labor. *Sen. Theb.* Me dulcis saturet quies: Obscuro positus loco, Leni perfruar otio. —detur aliquando otium, quiescere fessis. Secreti otia ruris. *Ovid.* Carmina secessum scribentis & otia, quærunt. *Id.*——Aoniæ suadebant tuta sorores Otia, judicio semper amata meo. *V. supr Annotata de* OTIO *fol.* 456. *Otium*

Quiescere.

Otia secura agere, ducere, peragere Capere dulcem quietem. Otio *vel* quiete frui, gaudere In otia tuta recedere Finire labores: opus suspendere, sistere, intermittere: operum immunem esse. *Horat* ——— à labore me reclinat otium. Quiete vires fractas reparare: membra fessa solari, novare, reficere. *Mart.* Vos eritis nostræ portus, requiesque senectæ, Si juris fuerint otia nostra sui. Quieti indulgere: placidâ quiete membra levare. Omnibus una quies operum, &c. *Vide infra* SOMNUS. *Vacare.*

R.

RARUM.

Res mira, insolita, nova. *Ovid.* Rem facis, afflictum non aversatus amicum, Quâ non est ævo rarior ullo tuo. *Iuven. sat.* 13. Rari quippe boni: numero vix sunt totidem, quot Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili. *Auson.* Vir bonus & sapiens, qualem vix repperit unum Millibus è multis hominum, consultus Apollo *Ovid.* Rara avis in terris, nigroque simillima cygno. *Id.* Rara quidem est virtus, quam non fortuna gubernat, Quæ maneat stabili, cùm fugit illa, loco. *Iuven de primo sæculo*: Improbitas illo fuit admirabilis ævo, i.e. *rara, & prodigii instar. V. suprà* RES MIRA *fol.* 394.

RECUSARE.

Quis talia demens abnuat? *Senec.* Non abnuendum cùm dat imperium Deus. *Virg.* Abnegat excisa vitam producere Troja. Cur mea dicta negas duras demittere in aures? Non nate tibi comes ire recuso, &c *Claud.* ——— — repugnat, Séque oneri negat esse parem *Sen.* Ferre, quam sortem patiuntur omnes Nemo recusat. *Prop. l.* 2. Grandævique negant ducere aratra boves. *Sen.* Serò recusat ferre, *Abnuere.* *Negare.*

re, quod subiit jugum. *Quod Iuven dicit*, jactare jugum, *sat.* 3. *ubi extollit eos, qui usu & experientiâ discunt optimum esse, necessitati non reluctari.*

——————dicimus autem
Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ;
Nec JACTARE JUGUM, vitâ didicêre magistrâ.

REDIMERE AB HOSTE.

Servare Morte *vel* capitis sui discrimine aliquem redimere. Medio in turbine lethi versantem eripere. A morte reducere. Subducere morti. Ex hoste recipere. A morte revocatum servare *Virg. l* 6. Illum ego per flammas, & mille sequentia tela Eripui his humeris, medioque ex hoste recepi. *Vida de Christo Domino:*—ut genus ultus Humanum eriperet tenebris; & carcere iniquo Morte suâ, manesque pios inferret Olympo. *V. suprà* LIBERTATE ASSERERE *fol* 352.

REFRIGERARE & RI.

Fluvio *vel* umbrosa ripâ æstum levare, lenire, solari: æstatem mitigare: nimios soles frangere: patula arbore soles defendere. Sub arboris umbra *vel* in reducta valle Canis æstivi ortum vitare. Ore anhelo auras captare: aperto pectore auras accipere. *Sen* Non auro gelido lenis afflatu fovet Anhela flammis corda, &c. *Ovid. Met.* ——repetebam frigus & umbram, Et quæ de gelidis exibat vallibus auram. Aura petebatur medio mihi levis in æstu, Auram expectabam, *&c.* ——seductos nacta recessus, Gurgitis inclusa sua membra refrigerat unda. *Vide infra* UMBRA, *& supra* FLUVIUS *fol.* 256.

REPARARE.

Instaurare. Novare Renovare. Reficere Ad pristinum decus revocare. Ruinas veteres sarcire. *Virg. Georg* ——hoc acrius omnes Incumbunt generis lapsi sarcire ruinas. *Ovid Met* Dic Themi, quâ generis damnum reparabile nostri Arte sit? Templa lapsa attollere, novò decorare saxo. *Horat. l* 3. Delicta majorum immeritus lues Romane, donec templa referens, Ædesq; labentes Deorum, & Fœda nigro simulachra fumo. *Fort.* Straverat ipsa solo senio rapiente vetustas, Perdiderat vultum forma decora suum: Hunc meliore via revocat labor ille Leonti, *&c.*

REPREHENDERE.

A vitiis revocare: monere, corripere, arguere. *Iuven.* Corripies nimirum, & castigabis acerbo clamore. *Ovid.* In-

Increpor à cunctis totumque immurmurat agmen. Mores alicujus damnare, improbare, notare. *Vide* OBJURGARE *fol.* 440. MAGISTER *fol.* 373.

RESISTERE.

Sistere *vel* obsistere contrà. Incursum sustinere, retardare instantes. Densis obsistere turmis. *Virg.* 11 *Æneid.* Nec quisquam instantes Teucros, lethumque ferentes Sustentare valet telis, aut sistere contrà. *Ovid.* Sustinet incursus, instantiaque ore retardat. Inexpugnabilis obstat; Immobilis hæret, ceu fluctibus obvia rupes. *Virg.* Ille velut pelagi rupes immota resistit. Fortiter reluctari, repugnare. Frænis sæpe repugnat equus, *&c.* *Obsistere. Obstare. Repugnare. Reluctari.*

RESUSCITARE MORTUUM.

Functa cadavera, mortuos, crematos, exstinctos vitæ reddere, superis auris restituere, ad lucem *vel* vitam revocare. Luci reddere. Revocare ad munera vitæ. Obita jam à morte reducere. A morte, ab infernis umbris revocare: è faucibus Tartareis extrahere. In cælum manes revocare sepultos Animam reddere ademptam. Animam corporeos in artus remittere. Exangues umbras animare. Parcarum jura resolvere, infringere. Mortuorum numerum minuere. Ab undis Lethæis reducere, revocare. *Prudent. l.* 2. *contra Symm. ex Dei omnipotentis persona:* ——possum quoniam renovare favillas Antiquam in faciem, nec desperanda potestas: Qui potui formare novum, renovabo peremptum. *Adjice his argumentum pro eadem Dei potentia ex D. Paulino de obitu Celsi:*

Quòd si terra potest corruptum reddere semen.
(Quod tamen æterni lege facit Domini)
Difficile omnipotentis opus fortè creditur, ut nos
Et nihilo factos, ex aliquo reparet?

Ad vitam resurgere.

Rursus in auras reduci: inire nova limina vitæ. Iterum sub auras venire; dias invisere luminis oras; ab umbris infernis ad lumina surgere vitæ. Rupto prodire sepulchro. Exire tumulo. Lucem recipere. In vitam redire. *Claud.* Rursus corporeos animæ mittuntur in artus. *Mart. l.* 7. Redderis heu! quanto fatorum munere nobis; Gustatâ Lethes pœnè remissus aquâ. *Virg. l.* 7. *Æn. de Hippol. qui novercæ fraudibus & Thesei patris iracundiâ interemptus, ab Æsculapio. (si fabulis poëtarum credimus) medicis herbis ad vitam revocatus est.*

Namq; ferunt famâ Hippolytum postquam arte novercæ
Occiderit, patriasque explêrit sanguine pœnas

Turbatis distractus equis; ad sidera rursus
Ætheria, & superas cœli venisse sub auras
Pæoniis revocatum herbis, & amore Dianæ.

REX.

ALIAQUE HUC SPECTANTIA.

Regnator. *Ep.*Sūperbus,pŏtens,magnus,magnănĭmus,tŭmĭdus,mĭnax,trĕmendus,purpŭreus.Dominator. Latè dominus. Latè regnator. *Virg. de Priamo*: Tot quondam populis, terrisque superbum regnatorem Asiæ. Regna tenens. Sceptra regia manu torquens, gerens, gestans. Sceptris superbas quisquis admovit manus. Quem regalis purpura vestit. Quisquis solio fultus eburno Jura dat populis. *Sen. OEt.* Tu quicunque es, qui sceptra tenes: Licet omne tua vulgus in aula Centum pariter limina pulset, &c. *Id. Thyest.* Regem non faciunt opes, Non vestis Tyriæ color, Non auro nitidæ trabes: REX est, qui posuit metus. Quisquis superba sceptra moderatur manu. *Hecuba apud eundem in Troad.* Quicumque regno fidit, & magnâ potens Dominatur aulâ, nec leves (i. e. *non diu uni faventes*) metuit Deos; Me videat, & Troja: non unquam attulit documenta Fors majora, quàm fragili loco Starent superbi. *Horat.* Regum timendorum in proprios greges. Reges in ipsos imperium est Jovis. *Instituit sententiæ hujus vestigiis Seneca in Thyeste, Reges his verbis compellans, atque eos præcipuè notans, qui quævis sibi licere, quasi majoris potestatis metu soluti, existimant*:

Vos, quibus Rector maris atque terræ
Jus dedit magnum necis, atque vitæ,
Ponite inflatos, tumidosque vultus.
Quidquid à vobis minor expavescit,
Major hoc vobis dominus minatur.
OMNE sub regno graviore regnum est.

REGIÆ POTESTATIS INSIGNIA.

1. DIADEMA. *Ep.* Rēgāle, gemmeum, conspĭcuum, insigne, cŏruscum, gemmĭfĕrum, nōbĭle. Capiti impositum, gemmis diadema coruscis. Regium capitis vinclum *Sen. Thyest.* Imposita capiti vincla venerando gere. Frontis nota regiæ: inclytum capitis gestamen. Gemmis coruscis caput ambiens. Frontis decus. *Lucan.* Cingere Pelleo pressos diademate crines. *Vide supra* CORONA REGIA *fol.* 171. *Quid sit* DIADEMA, *erui potest ex Plutarchi verbis in Coriol ubi ait cuidam è Metel-*

lis

lis Romæ Diademati cognomen inditum, quòd diu in publico versaretur sponte, *in qua ulcus habebat*, obligatâ *Nihil igitur est aliud, quàm fascia gemmis intertexta, Regum frontibus prætendi solita. Sen. in Thyeste*:

Ille qui donat diadema fronti
Quem genu nixæ timuêre gentes.

2. SCEPTRUM. *Ep* Eburnum, gemmans, rēgāle, aureum, superbum, vērendum, fulgens. Gemmantia dextrâ sceptra tenet. *Stat.* Regimen dextræ. Nobilis sceptri decus. Nobile dextera torquet ebur. Regum sceptra minacium *Sen. Thyest.* — regiam capitis notam Squallor recusat noster, & sceptrum manus Infausta refugit. *Idem Theb.* Si regna quæris, nec potest sceptro manus Vacare sævo, *&c.*

3. SOLIUM. *Ep* Sublīme, excelsum, altum, nĭtens, ēburnum, aurātum, *&c* Fulgenti splendens auro, atque argento: gradib⁹ sublime. Regis sella: ostro instrata *vel* superba. *Claud.* —solio fultus genitoris eburno. *Virg.* Solio tum Jupiter aureo Surgit. *Ovid.* Pulchro sedet illa recessu Sublimi solio. *Id.* 1. *Met. de Iove Deos in consilium adhibente*: Ergo ubi marmoreo Superi sedere recessu, CELSIOR ipse loco, sceptroque innixus eburno, *&c.*

4. PURPURA. *Ep.* Rēgālis, fulgens, ignea, rŭtĭlans, picta, ardens, nōbĭlis, rŭbens. Vestis purpurea Sidonius amictus. Tyrium quæ purpura sensit ahenum. *Sen.* Removete famulæ purpuram, atque auro illatas Vestes, procul sit muricis Tyrii rubor. Fulgenti murice vestis Tyrio conspectus in ostro, ostroque insignis & auro. Radiare cocco. Ardenti rutilantia pallia cocco. *Plura lege ex his sequentibus*: *Murex. Ostrum. Coccum.*

Vestis	chlamys	palla	lana
Murice	ostro	succo	colore
Gætulo	Tyrio	Sidonio	OEbalio
Tincta,	satura,	infecta,	medicata.

PURPURA *&* MUREX *pisciculi sunt è conchyliorum genere, qui à piscatoribus lapide percussi, florem sive succum evomunt tingendis vestibus expetitum; qui propriè* Ostrum *dicitur.*

tur. Unde purpura, murex, ostrum *pro ipso sæpe colore sumuntur.* Coccus *verò parvus est frutex, cui grana sive lentes adhærent, quæ purpuræ adjuncta, ejus colorem accendunt, atque ipsa etiam per se tingendis vestibus sufficiunt. Excelluerunt autem purpuræ tinctura* Tyrus *&* Sidon, *urbes in Phœnicia: item* Mœlibæa *urbs in Laconia, &* Gætuli *in Africa. Hinc variæ ejus Epitheta. Verùm Africana illa videtur paullulum diversa fuisse à Tyria, teste Tib. l.* 3.

Illi selectos certent præbere colores,
Africa puniceum, purpureumque Tyros.

Porrò purpuram *olim soli Reges, & qui apud Rom. regiæ potestatis successores videbantur, Consules gestabant. Unde Virg.* 2. *Georg.* purpura Regum, *& Claudianus de rap.* Reges purpureos *dixit. Quibus demum accedit Papinius:*

——cultusque, insignia Regum, purpureos.

5. REGNUM. *Ep.* Ingens, lātum, amplum, dīvĕs, ŏpŭlentum, nōbĭle, ăvītum, &c. *Vide* IMPERIUM *fol.* 291. Ditia regna. Regnum nobile: flore pollens inclyto. Regnum avitum: per avos innumeros transmissum. *Ovid.* Sceptra per innumeros missa tueris avos. Latè regnare: regnare per urbes. *Ovid.* Totaq; sub regno terra futura tuo est. ——regnorum status, Fortuna varia dubia quos agitat vice. Regna non socium ferunt. *Nempe:* Dulcius unum summo stare loco. Regni nitor: sceptri decus: fallax bonum. *Sen. OEd.* Quisquamne regno gaudet? ò fallax bonum. Quantum malorum fronte quàm blanda regis *Id. Agamemn.* O regnorum magnis fallax Fortuna bonis: in præcipiti Dubioque nimis excelsa locas. Numquam placidam Sceptra quietem, Certumve sui tenuêre diem. *Igitur, ut apud eundem sentit Thyest.* ————clarus hic regni nitor Fulgore non est quod oculos falso auferat, i. e. *nihil habet, cur aliquem nimium delectet, cujus nempe incerta est possessio, nulla securitas, ingens peccandi licentia, gravior ex alto casus. Unde insani est, & fallacis boni cupidine excæcati vox illa apud Senecam in Thebaide:*

————pro regno velim
Patriam, penates, conjugem flammis dare.
Imperia precio quolibet constant bene.

RISUS, & RIDERE.

Cachinnus. *Ep.* Blandus, tĕner, dulcis, jūcundus, hĭlăris, lætus, lĕpĭdus, argūtus, trĕmŭlus, effūsus, *&c.* Risus hilaris: Urbani joci. Huc alacres properare joci, risusque salesque. Effusi cachinni. Risum *vel* cachinnum tollere. *Horat.* Romani tollent Equites peditesque cachinnum. Risu *vel* cachinno nimio concuti;

cuti; illa contendere: pulmonem agitare: risum vix compescere, *&c.* Dulce vel tenerum ridere: risu labella laxare: otia in risum solvere. Leni labello, dulcibus oculis alicui arridere: amico vultu subridere. *Virg. l.* 1. Olli subridens hominum sator atque Deorum Vultu, quo cœlum tempestatesq; serenat, i. e. *Vultu perquam placido, ad quem illico ventiponunt, cœlum totum serenetur. Tantum poëta Diis suis tribuunt, ut iis ridentibus omnia rideant, & ad lætitiam testandam conspirent. Ita præter Virgilium supra, Ennium, alios que Ov.* 4. *Fast. de Venere:* ——— risit, & aër

Protinus ex illa parte serenus erat.

Irridere.

Magno cachinno excipere. Salsis jocis, improbis gannitibus lacessere. Loquenti obgannire. Alicui illudere. Ridere, deridere. *Horat.* Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus. Cachinnum tollere, ingeminare: Uncis naribus indulgere. *Pers.* Extento *vel* excusso populum suspendere naso. *Horat.* Naso suspendis adunco ignotos. *Est autem Naso suspendere Latinis, quod Græci simplici verbo dicunt* μυκτηρίζειν, id est, *irridere,* ἀπὸ τῦ μυκτῆρος, id est, *à naribus sive* Naso, *quem (Plinio teste) subdolæ derisioni dicavit antiquitas. Et solent hodieque pueri atque ima de plebe homines digito ad Nasum extento naribusque sublatis aliquem deridere. Atque hunc* nasum *sive irrisionem. Horatius* aduncum *vocat, Persius verò* uncum *& sat* 3. crispantem. Deridere.

——— multumque torosa juventus
Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.

RIXA, RIXARI.

Ep. Insāna, imprŏba, turpis, fervĭda, călĭda, rabiōsa, aspĕra, āmāra, măla, probrōsa, vēsāna, clāmōsa, *&c.* Litigiosa jurgia. Amaræ prælia linguæ. *Ovid.* 1. *Fast.* Lite vacent aures, insanaque protinus absint Jurgia: differ opus livida turba tuum. *Prop.* Turpis in arcana sonuit cum rixa taberna, *&c.* Lis. Iurgia. Rixari.

Jurgia miscere, nectere, dicere. Linguam in jurgia solvere, acuere. Convicia alicui facere: probris incessere. *Ovid.* Quid queror? & toto facio convicia cœlo? *Propert.* Quæ mulier gravida jactat convicia linguâ. *Ovid. Met.* ——— minasque, Nil procul abscedat conviciaque insuper addunt. Verbis *vel* pugnis contendere. *Horat. l.* 1. *od.* 18. At, ne quis modici transiliat munera Liberi; CENTAUREA movet cum Lapithis RIXA super mero debellata, id est, *Exemplo Centaurorum ac Laphitarum, qui in convivio atrocem cædem fecerunt,* Iurgare. Altercari.

runt, monemur modicè vino uti. Vide hanc pugnam descriptam ab Ovidio l. 12. Met.

OBSERVA *verò* Rixam *non semper idem esse cum jurgiis; sed à poëtis etiam usurpari pro pugna, quæ ad jurgia consequi plerumque solet. Unde idem l. 1. od. 28.* rixas sanguineas *dixit, & Juven sat. 3. jurgia,* rixæ prooemia *appellare videtur, ac sat. 15. eadem* rixæ *sive pugnæ* tubam *indigitat. Pretium operæ existimo, si totum satyrici locum ob oculos ponam, & germanos illos pugiles sine telo ac ferro rixantes intueamur.*

——sed jurgia prima sonare
Incipiunt animis ardentibus: hæc TUBA rixæ
Dehinc clamore pari concurritur, & vice teli
Sævit nuda manus, paucæ sine vulnere malæ:
Vix cuiquam, aut nulli, toto certamine nasus
Integer: adspiceres jam cuncta per agmina vultus
Dimidios, alias facies, & hiantia ruptis
Ora genis, plenos oculorum sanguine pugnos.
Ludere se credunt ipsi tamen, & pueriles
Exercere acies, quòd nulla cadavera calcent.
Et sanè quò tot rixantis millia turbæ,
Si vivunt omnes? ergo acrior impetus; & jam
Saxa inclinatis per humum quæsita lacertis.

ROBUR, ROBUSTUS.

Vires. Virtus. Vigor.

Ep. Firmum, validum, solidum, magnum, ingens, forte, invictum, præstans, Herculeum, *&c.* Solidi juvenili in corpore vires. Robur nondum effœtum integer ævi sanguis. Solidæque suo stant robore vires Vivida virtus: inexpugnabile robur. Robustaque magno pectore vis habitat.

Corpus robustum, vigore plenum, durum, patiensq; laborum. Fortia bello pectora. Marte ferox & vinci nescius armis. Bello invicta manus. Herculeis similes lacerti. Immania membra. *Virg.* Qui juvenes, quantas ostentent aspice vires! Viribus invictus, audax. Robore præditus, præstans, pollens, &c. *Papin* ——sunt membra accommoda bellis, Quique gravem tardi subeant thoraca lacerti.

Robore carens.

Imbecillis.

Languidus, enervis, fractus, mollis. Viribus defectus. Nullo vel exiguo robore præditus. Torpent infractæ ad prælia vires. *Virg. de sene*: Frigent effœtæ in corpore vires. *Ovid.* Jam vigor, & quasso languent in corpore vires.—— ——prohibent assumere vires: Mensque magis gracili corpore nostra valet. *Idem de se*: Nec patiens corpus, nec

mens

mens fuit apta labori. *Vide supra* MORBO AFFECTUS *fol.* 399. DEBILITARE *fol.* 189.

RUBIGO.

Ep. Scabra, aspĕra, nigra, măla, putris, turpis, fœda, *&c.* Nigræ rubiginis morsus. *Nam:* Rubigo ferrum exedere, rodere, terere *dicitur. Virg.* Exesa invenies scabrâ rubigine pila. *Prop.* Sed tamen obscurâ teritur rubigine mucro Ferreus. *Ovid.* Roditur ut scabrâ positum rubigine ferrum. Nigræ rubigine falces: pleni rubiginis enses. Squalida desertis rubigo infertur aratris Gladii situ horrentes, exesi, &c. *Est etiam* Rubigo *segetis vitium, cui avertendæ* Robigus *Deus invocatus Fit autem, cùm exceptus in spicam ros aut pluvia solis superventu excalefactus putrescit. Vnde* sterilem *vocat Horat. l.* 3. malam *sive pestilentem Virgilius* 1. *Georg.*

———ut mala culmos
Esset rubigo, segnisque horreret in arvis
Carduus intereunt segetes, *&c.*

RUMPERE.

Ad saxum frangere, elidere. Opposito genu frangere: portas refringere, perrumpere, vi perfringere: ictibus quatere. *Virg. l.* 2. ——correptâ dura bipenni Limina perrumpit, postesque à cardine vellit. Fit via vi, rumpunt aditus. Emoti procumbunt cardine postes, &c. *Vide supra* EVERTERE DOMUM *fol.* 234. *Frangere.*

RUPES.

Ep. Dūra, rĭgĭda, saxea, saxōsa, abrupta, scrūpea, exēsa, aspĕra, scabra, ăcūta, *&c.* Dūmōsa, frondōsa, umbrĭfĕra, nĕmŏrōsa, pīnĭfĕra, *&c.* Căva, căvāta, umbrōsa, frĭgĭda, hūmens, *&c.* Alta, āĕria, ardua, &c. *Vide supra* MONS *fol.* 395. Attollunt cælo juga saxea rupes: præruptâ mole cautes: ardua saxis. *Virg.* Hinc atque hinc vastæ rupes, geminique minantur In cœlum scopuli. Per rupes scopulosque, adituque carentia saxa. Duris genuit de cautibus horrens Caucasus. *Virg.* Stabat acuta silex præcisis undique saxis, Speluncæ dorso insistens, altissima visu. ———saxis suspensam hanc aspice rupem. *Sen.* ——latebo rupis exesæ cavo, i.e. *cavernâ. Nam hæc Horatio quoque dicitur* cavus, *lib.* 2. *sat.* 6. *ubi inducitur Mus rusticus vitam urbanam, tanquam sollicitam & maletutam, damnare his verbis:* *Scopulus. Cautes. Saxum. Silex.*

———haud mihi vitâ
Est opus hac, ait: & valeat. Me silva, cavusque
Tutus ab insidiis tenui solabitur ervo.

Rupes fluctibus obvia, undis resistens, aquis adesa, ob noxia ventis. Saxea moles. Salsa spumans aspergine cautes. *Virg. l.* 10. Vastum quæ prodit in æquor Obvia ventorum furiis, ——— expostaque vento Vim cunctam atque minas perfert cœlique, marisque: Ipsa immota manet. *Tib.* Quam vellem in gelidis montibus esse lapis; Stare vel insanis cautes obnoxia ventis. Naufraga quam vasti tunderet unda maris, &c. *Prudent. de Peristeph.* Aut sub fragosis rupibus scabri petrarum murices, Inter recessus scrupeos discissa rumpent viscera. MUREX *est saxi acumen eminens, unde murices dicti sunt ferrei tribuli, tres aut plures aculeos habentes, in terra defodi aut spargi, hoste imminente, soliti ad equorum pedes lacerandos. In priori significato usurpatur à Virg.* 2. *Æn. de navi in cautes adacta*:

Murex

Concussæ cautes, & acuto murice remi
Obnixi crepuêre——— —

RUSTICUS.

Pauper ruris colonus. Curvus arator. Duri agrestes. Rustica turba: docta ligonibus versare glebas: Sole perusta: labore durata manus: robore pollens: simplex, inculta fraudis expers: Pingui pasta polenta. *Prop.* Felix agrestûm quodam pacata juventus, Divitiæ quorum messis & arbor erant. *Iuven.* ———quem non pudet alto Per glaciem perone tegi, qui summovet Euros Pellibus inversis. *Idem*: Vivite contenti casulis, & collibus istis O pueri: panem quæramus aratro, Qui satis est mensis. *Id.* —saturabat glebula talis Patrem ipsum, turbamque casæ, qua fœta jacebat Uxor, & infantes ludebant quatuor:—sed magnis fratribus horum A scrobe, vel sulco redeuntibus altera cœna Amplior, & in grandes fumabant pultibus offæ. *Cùm magnos vocat, indicat corpora abnormia ac robusta, qualia in agris reperire est: unde illinc olim & nunc optimus militum delectus. Mantuanus eclog.* 3.

Sunt populi fortes illic, robusta juventus,
Lata pedes, callosa humeros, nervosa lacertos,
Hispida, dura manus, moli indefessa ferendæ,

S.

SACRIFICIUM

ALIAQUE HUC SPECTANTIA.

1. SACRIFICARE. Sacra facere, parare, peragere, celebrare. Honorem Diis ferre: meritos aris mactare honores:

Diis honores adolere, &c *Virg.*——solennem Rex Arcas honorem Amphytrionidæ magno, divisque ferebat. —— patrio de more Jovi cùm sacra parassent. Deos venerari, per aras placare. *Virg* Inprimis venerare Deos, atque annua magnæ Sacra refer Cereri. Structis aris vota facere, solvere. Sanctos focis debita reddere. Cumulare altaria donis: donis limina onerare: donis altaria struere: munera ad templa ferre: dona aris imponere: Supplicibus donis Deos placare: Deorum pacem per aras exquirere. *Virg*. Vidi thuricremis cùm dona imponeret aris. *Sil*. Clavigeri veneratus numinis aras Captivis onerat donis, &c. *Vide supra* IDOLA COLENS *fol.* 206. DEUM VENERARI *fol.* 195.

2. THURA ADOLERE. Thure *Ep.* pio, pingui, văpōro, ŏdōro, molli, ŏdōrāto, fragranti, sacro, vōtivo; Săbæo, Eōo, Panchæo Deos colere, placare. Donis Sabæis aras struere, cumulare. Templum Sabæis nubibus vaporare. Thura dare flammis. *Ovid*. Thuraque dant sanctis, & verba precantia flammis. Fumosis addere thura focis. Thura *vel* thurea grana focis urere, dare focis *vel* in focos, conferre in aras, addere flammis. Thuris honore dignari. *Ovid*. Detis & in veteres thurea grana focos. Tunc ego thura feram rapidis solennia flammis. Thura sacerdotes pacalibus addite flammis. *Tib*. Urantur pia thura focis, urantur odores. Pinguis exsudet vapor, *&c*.

3. VICTIMAM CÆDERE. VICTIMA *Ep.* pingui, sacrā, ŏpīma, cæsa, mactātā Deos placare, lenire, colere, venerari. *Virg*. Placatam Euridicem vitula venerabere cæsa, Et nigram mactabis ovem. —cæsis de more juvencis, exorat pacem divûm. Pecudes votivas ad aras trahere. Aram cruore pecudum imbuere, mactatæ sanguine vaccæ tingere, sanguine placare. Thura ferunt, tepidusque cruor fumabat ad aras. *Prop*. Sacra facit vates, sint ora faventia sacris, Et cadat ante meos icta juvenca focos. *Sen*. Aras tangite supplices. Pingues cædite victimas; Permistæ maribus nurus Solennes agitent choros. *Hercules apud eund.* Nunc sacra Patri victor, & superis feram, Cæsisque meritas victimis aras colam. Sacros imbuat hostia cultros. *Virg*. Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra. HOSTIA *dicta ab* hostire; i. e. *ferire, ut vult Festus*. VICTIMA, *quòd vincta adducatur*: *vel, ut Isidoro visum, quasi* ictima, *quòd ictu cadat. Alii utrumque nomen à* victis hostibus *deducere malunt: quòd, & in hostem tendentes, & ab eo victores redeuntes, Diis immolare soliti. Cum his facit Ovid.* 1. *Fast*. *Hostia.*

VICTIMA, quæ dextrâ cecidit victrice, vocatur:
Hostibus à victis Hostia nomen habet.

Taurum, juvencum, vitulum securi *vel* bipenni ferire, percutere, sternere, ferro mactare, mactare ad aras: Albaque opimorum colla ferire boum. Votivæ pecudis cruore cultros tingere. Sacrum cruorem jugulis demittere. Cultros jugulo subjicere, condere, demittere. *Virg. l* 6. Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem Suscipiunt pateris.—— Mactant lectas de more bidentes, Pallada mactatæ placabant sanguine vaccæ. Ante aras terram cæsi stravêre juvenci. *Sen.* Caditque, flexo qualis ante aras gradu Cervice taurus vulnus incisa gerens. *Ovid.* Colla boves nivei certæ præbete securi.

OBSERVA *percuti victimas duplici modo: Securi nempe vel malleo.* SECURI *in ipso collo, ubi capiti nectitur. Ovid.* 12. *Met.*
——veluti qui candida tauri
Rumpere sacrificâ molitur colla securi.

MALLEUS *incutiebatur temporibus, ut attonitæ caderent, & cultro dein supposito jugularentur. Idem*:
Lactentis vituli, dextrâ libratus ab aure
Tempora discussit claro, cava, malleus ictu.

Mysta. Flamen. Pontifex. 4. SACERDOS *Ep.* pius, sacer, purus, castus, vittatus, infulatus, *&c.* Purâ in veste refulgens. Vittis insignis. *Ovid.* Purpureâ canus cum veste sacerdos *Horat. l.* 3. Victima pontificum secures Cervice tinget. Casta tempora fronde *vel* lanâ vinctus, evinctus, redimitus, &c. *Ovid. Met.* Evinctus vittâ crines albente sacerdos. *Virg. l.* 3. Cum positis aris jam vota in littore solves, Purpureo velare comas adopertus amictu. *Id. l.* 6. Omnibus his niveâ cinguntur tempora vittâ *Est autem* Vitta *fascia è lana, usitatissima in veterum sacris: adeò ut non sacerdotum solùm capita, sed etiam Templa, Aras, victimas denique ipsas vittis velari solitas passim in poëtis observare liceat. Ita* templa vittata *appellat Papinius l.* 4. *Silv. & Virgil. Eclog.* 8 *sacrum apparens* ——molli cinge hæc altaria vittâ. *Apud eundem l.* 2. *Æn. Si non aras obtestans, quibus destinatus fuerat, ut pro hostia immolaretur.*
———vos aræ, ensesque nefandi
Quos fugi; VITTÆQUE, Deûm quas hostia gessi.

Altare. 5 ARA *Ep.* Sacra, sōlennis, festa, sacrĭfĭca, vōtiva, thūrĭcrēma, fūmĭda, fūmōsa, ŏdōrāta, cŏrōnāta, frondōsa, *&c.* Marmŏrea, candĭda, fulgens, culta, *&c.* Hŭmĭlis, vĭrĭdis, grāminea, frondens, herbōsa, *&c.* Altaria incensa, flammis lucentia, thure calentia, vaporata, pinguia. *Ov.* 4. *Pont.* Hæc ego, cum face-

faceres altaria pinguia thure, Te solitum memini prima rogare Deos. Aram ponere, constituere, excitare. *Virg.* Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

Aris ignem imponere. Dare thura focis. Aras *vel* focos coronare, frondibus ornare, &c. *Iuven. sat.* 12. Ac molles ornate focos, glebamque virentem, i. e. *aram cespititiam, in qua ignis ad sacra: quod Virgilius lib.* 12. *dixit*: In medioque focos, & Diis communibus aras Gramineas. *Ubi* OBSERVA *veteres sæpe aras excitasse è vivo cespite sive è terra in modum lateris cæsâ ac gramine vestitâ. Idq; in castris plerumque vel re subita nec moram ferente. Hinc* Cespes *pro ara apud Horat. l.* 1. *ac* 3. *Odar & Iuvenalem sat.* 12. Focus. Cespes.

Natali, Corvine, die mihi festior hæc lux,
Quâ festus promissa Deis animalia CESPES
Exspectat: niveam Reginæ cedimus agnam, *&c.*

6. TEMPLUM *Ep* Sacrum, sacrātum, sanctum, ŏpĕrōsum, ingens, altum, excelsum, dĕcōrum, marmŏreum, aurātum, ēburnum, *&c.* Sancta Deûm delubra, ditia donis, auro laqueata, ebore splendida, thure vaporata, festâ fronde ornata, donis opulenta, &c *Virg.* Nos delubra Deûm, miseri quibus ultimus esset Ille dies festâ velamus fronde per urbem. Divûm templa. Religiosa Deorum limina. Sacræ tecta verenda domûs. Loca sacra. Templi sacraria. Ædes sacra. Sedes Deo posita. Divûm tecta, cœlo vicina, nubes tangentia, &c. *Virg.* Tum vicina astris Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri Idaliæ. *Id. l.* 1. *Æn.* Hic templum Junoni ingens Sidonia Dido Condebat, donis opulentum, & numine divæ: Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæque Ære trabes: foribus cardo stridebat ahenis. *Ovid. de templo Dianæ Taurica*: Templa manent hodie vastis innixa columnis, Perque quater denos itur in illa gradus. *Virg.* 6. *Æn.* Tum Phœbo & Triviæ solido de marmore templa Instituam. *Propert. l.* 2. Tum medium claro surgebat marmore templum. *Marmor* clarum, *i. e. candidum. Scaliger* Parium *legit. Quid refert? quando in idem incidunt. Scimus Parium marmor ad statuas ac Deorum templa frequentissimè olim adhibitum: scimus idem & candidum fuisse.* Candor *autem amicus lucis, quam & huic marmori tribuit Seneca in Hippol.* Delubrum. Ædes.

Lucebit Pario marmore clariùs.

OBSERVA *in supplicationibus & adoratione usitatum veteribus fuisse ante Deorum limina se prosternere, eaque exosculari. Quod Tibullus dixit* ——— —procumbere templis, Et dare sacratis oscula liminibus. *Idem postea, sed meliori religione, servatum à Christianis, præcipuè Martyrum lipsana obeun-*

euntibus. Vnde profluxit phrasis, proficisci ad limina Apostolorum, i. e. *ad SS. Apostolorum basilicas. D. Paulinus in Natali S. Felicis:*

Sternitur ante fores, & postibus oscula figit,
Et lacrymis rigat omne solum, pro limine sancto
Fusus humi. ——————

SALES.

Ep. Læti, lĕpĭdi, tĕnĕri, molles, blandi, jūcundi, mordāces, prŏtervi, argūti, docti, culti, *&c.* Lepore tincti. Et culti, & nulla rusticitate sales. Musa ad teneros ingeniosa sales. Risum salibus movere: lepidos spargere ab ore sales. Scripta *vel* dicta sua lepido sale tingere, jocis condire. Hilari joco dies absumere: Jocis dare tempora, *&c.* Jocus urbanus, elegans, facetus. *Contrà:* Scurrilis, turpis, obscœnus. *Sen. de Fescennino in nuptiis permisso:* Permissisque jocis turba licentior Exsultet tetricis libera legibus. *Notanda in hanc rem Ciceronis verba l. 1. Officiorum:* Duplex omnino est, *inquit,* jocandi genus: unum illiberabile, petulans, flagitiosum, obscœnum. Alterum elegans, URBANUM, ingeniosum, facetum, quo genere non modò Plautus noster & Atticorum antiqua comœdia, sed etiam Philosophorum Socraticorum libri referti sunt. *Ad priores jocos pertinent* vernilia dicta *apud Tacitum sic appellata à* vernis *sive* vernulis, i. e. *mancipiis domi natis, quos Romani deteriore Rep. omni dicacitate instructos mensæ adhibebant, ut convivas oblectarent, laxissimè permissâ in quoslibet jocandi licentiâ: ob quam Horatio procaces dicuntur; &* vernæ *ac* vernaculorum *nomen infame, ac maledicti loco. Hinc lucem accipiet Mart. l. 1. Cæcilium perstringens, urbani & faceti nomen affectantem, cùm merus esset scurra:*

Urbanus tibi, Cæcili, videris.
Non es, crede mihi. Quid ergo? VERNA ES.

SALTUS, SALTARE.

Epit. Pernix, cĕler, vēlox, răpĭdus, lĕvis, ăgĭlis, præceps, concĭtus, *&c* Dare leves saltus. Saltu ferri, volare.——saltu supra venabula fertur. Volucri super agmina saltu emicat. Corpus pernici tollere saltu.—unctos salière per utres Transilire. Saltu transmittere fossas, Saltu transire. Saltu superare.— saltu transmittitur alite Ganges.

Agere se præcipitem, dare, mittere. Toto præceps se corpore ad undas misit. Tum demum præceps saltu sese omnibus armis In fluvium dedit. Corpora saltu ad terram mittere, *&c.*

SA-

SALUTARE.

Dare salutem, afferre, dicere.——dictâ acceptaque salute. *Ovid.* Ut tamen accessit natus, matrique salutem Attulit. Larga donare salute. Læto clamore salutare Salve ô fatis mihi debita tellus. *Cat.* Salve, teque bona Jupiter auctet ope. Manè salutatum venire: Potentiorum terere limina: matutinum portare AVE. Dicere AVE, ferre. *Mart.l.4.*——nec ulla cathedra est, Cui non manè feras irrequietus AVE. *Idem l.* 1. Et matutinum portat ineptus AVE. *Nota Romæ inter salutatores olim quosdam fuisse* communes amicos *divitibus dictos: qui patronos quotidie salutatum ventitabant, ac cuique verbum* AVE *prolocuti transibant ad alios. Hæ* salutationes *summo mane ab his fiebant, ut & patronos domi opprimerent, & alios salutatores obsequio prævenirent. Indicat clarè Papin.* 4. *Silv. Risu illo Saturnalitio ad Plotium;*

Quid si, cùm BENE MANE semi-crudus
Illatam tibi dixero salutem;
Et tu me vicibus DOMI SALUTES?

Et quid si hoc loco pro illatam illotam *legamus? Ut* illota salus *Statii, eadem sit cum* AVE matutino *Martialis; ita nempe properata, ut semicrudus, impexus etiam atque illotus ad salutandum procurrerit: Nam apud Tertullianum de his legisse memini*: Atria nocturnis, & crudis salutationibus occupant. *Verùm hanc curam ad Criticos relegemus.*

SANGUIS.

In juvenibus: *Ep.* Călĭdus, fervĭdus, bulliens, largus, &c. *In senibus*: Frīgĭdus, hĕbĕs, effētus, &c. *In vulnere*: Purpŭreus, pūnĭceus, ūbĕr, rŭtĭlus, fluĭdus, mānans, undans, tĕpĭdus, fūmans, spūmans, crassus, āter, tēter, fœdus, nĭger, *&c.* Per membra diffusus: venas implens: venis bulliens. Corpus vegetans: præcordia accendens: *Lucan.* Fervidus hic iterum circa præcordia sanguis Incaluit. *Id.* Dum movet hæc calidus spirantia corpora sanguis. *Virg*——vos ô, quibus integer ævi Sanguis, ait, *&c.* Sanguinis rivus, flumen. *Virg. l.* 9. Volvitur ille; vomens calidum de pectore flumen. Sanguineus imber: cruenti rores: sanguineæ guttæ. *Lucan. l.* 7. Stetit imbre cruento; Informis facies. Purpurea anima. *Virg. l.* 10. Purpuream vomit ille animam. *De quo loquendi more vide supra* ANIMA *fol.* 22.

Epit Purpŭreus, pūnĭceus, &c. *Vide supra* SANGUIS. Crassum vomit ore cruorem. Sparso latè rigat arva cruore: Ibat purpureus niveo de pectore sanguis. Sanguineis rubuerunt pabula guttis. Sanguine largo colla armosque lavant; *Cruor.*

cali-

calido tellurem ſanguine fœdant: poſitas aſpergunt ſanguine menſas. — per candida membra It fumans cruor, & tellus perfuſa rubeſcit. Terra cruore tepefacta, rubefacta, pinguis, fœdata, maculata, infecta, &c. *Sen.* —hinc terras cruor Infecit omnes fuſus, & rubuit mare. *Papin.* 1. *Th.* Tum crines, ardentiaque ora cruentis Roribus, & terra morientûm aſpergine manant. Cruore fœdatus, turpatus, infectus, pollutus, maculatus, ſtillans, &c. *Virg.* 2. *Æn.* Squalentem barbam & concretos ſanguine crines. Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros Accepit patrios. *Vide ſupra* OCCISUS *fol.* 445. VULNUS *infra. Et* NOTA ſanguinem *dici tam de eo, qui intra venas continetur, quã qui extra vaſa fuſus ac diſperſus.* Cruor *verò tantùm de poſteriore dicitur: quem vide mihi cum impetu quodam extra venas ſalientem apud Ov.* 4. *Met.*

——— —cruor emicat altè:
Non aliter quàm cùm vitiato fiſtula plumbo
Scinditur, & tenui ſtridente foramine longas
Ejaculatur aquas, atque ictibus aëra rumpit.

Sanies. TABUM *Epit.* atrum, nigrum, fœdum, tetrum, turpe, putre, craſſum, triſte, cruentum, concretum, *&c* Stillantis tabi ſanies *Lucan.l.* 3. — Eliſo ventre, per ora Ejectat saniem permiſtus vulnere ſanguis. *Virg.* — foribusque affixa ſuperbis Ora viri, triſti pendebant pallida tabo. Turpi dilapſa cadavera tabo: Membra tabo fluentia, ſtillantia, manantia, liquentia, &c. *Sil. de ſepeliendi more apud Scythas:* At gente in Scythica, ſuffixa cadavera truncis Lenta dies ſepelit pueri liquentia tabo.

SAPIENS.

Prudens rerum. Conſilio potens. Mente Cato: Neſtor conſilio: ævi prudentia noſtri. Vir præſtans animi. Cui cor ſapientia imbuit, & rerum fato prudentia major. *Horat.* — —eſt animus tibi Rerumque prudens, & ſecundis Temporibus, dubiiſque rectus. Cautâ *vel* ſagaci mente cuncta notans, longè antè prævidens. Rerum peritia recoctus. Longo uſu edoctus. Conſilio præſtans. Dicenda, tacendaque callens. Mente ſagaci præditus. *Mart. l.* 6. Sed tibi plus mentis, tibi cor limante Minerva Acrius eſt, i. e. *Te plus nobis ſapere exiſtimas*; *Id. l.* 3. Prædia ſolus habes, & ſolus Candide nummos: Et cor ſolus habes, ſolus & ingenium. *Dicuntur* cor habere *Latinis, qui ſapiunt: &* cordatus *idem, qui ſapiens: cui opponuntur* excors *&* vecors, i. e. *nullo corde aut minuto. Audo his Auſonii locum de quodam, qui in verſu poſuerat* reminiſco *pro* reminiſcor:

Qui

Qui REMINISCO putat se dicere posse Latinè;
Hic ubi conscriptum, legeret COR, si cor haberet.

SAPIENTIA.

Ep. Provida, egregia, divina, *&c.* Fortunâ major. Fortunæ victrix. Omnia mente consulta gerens, regens. Recti monitrix. *Juven.* Paulatim vitia, atque errores exuit omnes Prima docens rectum sapientia. *Id. sat.* 13. Magna quidem sacris quæ dat præcepta libellis, Fortunæ victrix sapientia. Ratio mundi. Divorum munus. *Lucret.* ——Deus ipse fuit, Deus, inclite Memmi, Qui princeps vitæ rationem invenit eam, quæ Nunc appellatur Sapientia: quique per artem Fluctibus è tantis vitam, tantisque tenebris, In tam tranquillo, & tam clara luce locavit. *Hunc locum atque unà sacri codicis verba sapient.* 7. (Venit in me spiritus sapientiæ: & præposui illam regnis & sedibus, & divitias nihil esse dixi in comparatione illius) *respexisse videtur Licentius Augustinum, post Ecclesiæ Doctorem ac præceptorē quondam suum his verbis compellans:*

Viginti emensus non longos forsitan orbes
Solis eras, cùm te RATIO PULCHERRIMA MUNDI
(Ditior imperiis, & nectare dulcior omni)
Corripuit, statuitque vagum (*in aëra scilicet sublatum*)
medioque locavit,
Omnibus unde aciem posses intendere rebus.

Sapientia præcox sive *Annis major.*

Angustis animus robustior annis. Ingenium suis velocius annis. Rerum prudentia ante diem, ante annos, ante pilos. *Pers. sat.* 4. Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox Ante pilos venit, dicenda tacendaque calles, &c. *Virg.* Ante annos animumque gerens, curamque virilem. *Ovid.* Cæsaribus virtus contigit ante diem. *Sil.* 8. Ore puer, puerique habitu; sed corde sagaci Æquabat senium, atque astu superaverat annos.

SCINDERE.

Ense, ferro, falce secare, resecare, rescindere, incidere. Immedicabile vulnus Ense recidendum est. *Ovid.* Non ungues ferro subsecuisse licet. In frustra secare: in multas partes discindere. Caput, nares, aures, manus amputare; ferro rapere, truncare, mutilare, ferire, *&c.* Resecare linguam. ——— compressam forcipe linguam Abstulit ense fero. Lingua prius ense resecta. Avulsæ cecidêre manus, exsectaque lingua Palpitat, & muto raucum fe- *abscindere.*

rit

rit aëra motu: Hic aures, alius spiramina naris aduncæ Amputat *Vide* LANIARE *fol.* 343.

SCINDERE *Arborem* vel *silvam.*

Exscindere. Securi, bipenni, ferro robora, pinos, sylvam scindere, proscindere, ferire, cædere, excidere, cum stirpibus imis eruere, evertere, &c. *Virg. l.* 11. —— ferro sonat alta bipenni Fraxinus, evertunt actas ad sidera pinus: Robora nec cuneis, & olentem scindere Cedrum, Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos. —— Sonat icta securibus Ilex: *Ovid. Met.* ——primus raptam vibrare bipennem Ausus, & aëriam ferro proscindere quercum. —— Jubet immisso sylvam procumbere ferro: Pulsa gemit crebris succumbens ictibus arbos, *Vide supra* EVERTERE ARBOREM *fol.* 235.

SCYPHUS.

Calix. Poculum. Patera. Cyathus *Ep.* Aureus, aurātus, gemmātus, cælātus, argenteus, căpax, *&c.* Scyphi capaciores, in usum lætitiæ nati: magnus crater: *Iuven.*—Urnæ cratera capacem. *Virg.* 1. *Æn.* Hic regina gravem gemmis auroque poposcit Implevitque mero pateram. Crateresque auro solidi. *Horat.* Sume Mæcenas cyathos amici. *Id.* Capaciores affer huc puer scyphos. Pocula gemmata Pocula divitibus luxum irritantia gemmis, *&c.*

Cymbium. *Horat. de ebriosorum garrulit.* Fœcundi calices quem non fecêre disertum? *Ovid. Fast.* —— CORONATUS stabat & ipse calix. *Prop. l.* 3. Cum furibunda mero mensam propellis, & in me Projicis insanâ cymbia plena manu. POCULUM *à potando dictum*: Patera *à forma patula*: Cymbium *à cymbæ figura.* Cyathus *certam vini mensuram capiebat.* Crater, *poculum ceteris majus, atque, ut ille ait,* dignum sitiente Pholo. *Vnde Virgilius ubique* magnum *vocat; Val. Flaccus* gravem; *Ovid.* 12. *Met.* Vastum. *Illumne igitur ori admovebant? Heroicis fortasse temporibus, quibus omnia magna, & signatè largius potatum. Vsitatum autem omni ævo pocula, mensis præcipuè secundis, floreis* coronis *ad ora vel colla intexere; hilaritatis testandæ causâ, vel quia tunc Diis libabant. Virg. lib.* 1. *de mensis secundis:* Crateras magnos statuunt, & vina CORONANT, i. e. *pocula, contentum pro continente. Idem alibi:*

Tum pater Anchises magnum cratera coronâ
Induit, implevitque mero. ————

SCRIBERE.

SCRIBERE Litteram, notas; digitis ducere: Stilo, calamo, graphio exarare. Verba ceræ incidere, committere chartis; mandare libello. Chartam, ceram perarare; notis *vel* verbis signare, referre, onerare, notare. Chartis verba notare. *Vide* CORRIGERE SCRIPTA *fol.* 178. Pin-

Pingere. Membranam calamo inscribere, nigris notis violare, furvæ sepiæ notis signare. *Pers. sat* 3. *de scholasticis calamos & sepiam culpantibus, quò minùs dictata excipere cogantur.* Jam liber & bicolor positis membrana capillis, Inq; manus chartæ nodosaque venit arundo: Tum querimur, crassus calamo quod pendeat humor, Nigra quòd infusa vanescat sephia lympha: Dilutas querimur geminet quod fistula guttas *Ex Ausonio Epist. ad Theonem*: Per campum papyrium fissi-pede calamo decurrere, vagari, *&c.* Pingere aridulæ subdita paginæ Cadmi filiolis atricoloribus: *Per quam lepidè calamum* fissi-pedem *& litteras, sive prima elementa vocat* Cadmi-filiolas *à Cadmo nempe Agenoris filio, qui illas primus invenisse traditur, aut saltem Phœnices, qui cum eo in Europam advenerunt*: *Nam de illis Lucanus lib.* 3.

Phœnices primi, famæ si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

SCRUTARI.

Vestigare oculis. Vestigare lustrando. *Virg.* Solum densa in caligine Turnum vestigat lustrans. Arcana *vel* res latentes scrutari. Causas penitus tentare latentes. *Ovid de Cerere:* ————natam Solis ad occasus, solis querebat ad ortus: Præteritus Cereri nullus in urbe locus. ——— — pavidæ nequicquam filia matri Omnibus est terris, omni quæsita profundo. ——vos montes inter opacos Quærimus, & manâ dispersos voce vocamus. Vestigia observare; vestigiis sequi: nare sagaci vestigare: *nempe instar canis venatici, quem describit Silius Ital. lib.* 10.

Quærere. Perquirere. Vestigare. Rimari. Lustrare

Ut canis occultos agitat cùm Belgicus apros,
Erroresque feræ solers per devia mersa
Nare legit; tacitoque premens vestigia rostro
Lustrat inaccessos venantûm indagine saltus, *&c.*

SEDERE.

Residere, considêre & considere. *Virg.* ———solioque altè subnixa resedit. *Ovid.* Ante focos olim scamnis considere longis. ———hoc poteris mecum considere saxo. In saxo frigida sedit. Premere sedalia. *Ovid.* Factaque de vivo pressere sedilia saxo. In solio medius consedit acerno. Pulchro sedet illa recessu sublimi. Sedili locare *vel* in sede locare, *&c.*

SEDITIO.

Ep. Turbĭda, clāmōsa, ingens, fervens, flāgrans, mĭsĕra, exĭtiālis, pernĭtiōsa, *&c.* Civicus motus, tumultus. Urbs turpi

 sedi-

ſeditione laborans, in partes diſciſſa. *Virg.* Scinditur interea ſtudia in contraria vulgus. *Perſ.* ——ubi commota fervet plebula bile. Murmura prima ſonant: *Mox, ut ait Iuven. ſat.* 14. ——acrior impetus, & jam Saxa inclinatis per humum quæſita lacertis Incipiunt torquere, domeſtica ſeditione Tela. *Ovid* 9. *Met. de ſeditione inter Deos exorta ex partium ſtudiis:* ——creſcitque favore Turbida ſeditio: donec ſua Jupiter ora Solvit; &, ò noſtri ſi qua eſt reverentia, dixit, Quò ruitis? *Paulo poſt*: Dicta Jovis movere Deos. *Sed nemo meliùs in ſeditione, ſive jam ſurgente, ſive viri alicujus gravis auctoritate ſedata, Decorum ſervavit Virgilio l.* 1. *numeris ex æquo conſonantibus:*

Ac veluti MAGNO in populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio, SÆVITQUE animis IGNOBILE vulgus,
Jamque faces & SAXA volant, FUROR arma miniſtrat:
Tum PIETATE gravem ac MERITIS ſi forte virum quem
Conſpexêre, SILENT, arrectiſque auribus ADSTANT.
Ille regit DICTIS animos, & pectora MULCET.

SEGES.

Sata. Fruges. *Ep.* Læta, fœcunda, tĕnĕra, invălĭda, vĭrĭdis, fertĭlis, luxŭrĭans, cāna, mātūra, Phăria, *i.e. Ægyptia*, Lĭbyca, Cīnyphia, *i.e.* Afra. *Nam Africa & Ægyptus ubertate ſoli cæteris præſtans.* Sata læta. Frumenta ſata. Ruris opes. Spicata ſeges. Imbribus aucta benignis. Stantis ſegetis gramina. Seges lactens, creſcens, matura. Viridi herba luxurians: ſpicis inhorrens: flavens maturis ariſtis. Lætæ fruges. Jam nitidæ ſurgunt fruges, ramique vireſcunt: viridis contegit arva ſeges. *Ovid.* ——primis ſegetes moriuntur in herbis, Et modò Sol nimius, nimius modò corripit imber. *Virg.* Illa ſeges demum votis reſpondet avari Agricolæ. *Id. Ecl.* 9. Aſtrum, quo ſegetes gauderent frugibus. NOTA frugis *nomen latè patere, diciq; de oleribus, leguminibus, vitibus, ſegetibus, omni denique, quod ad fructum pertinet.* Seges *verò tam de creſcente etiamnum & viridi, quàm de matura ſive* meſſe *dicitur. Interdum verò pro ipſa terra conſita accipitur. Quo ſenſu quidam capiunt Virg. ſupra allatum & Tibullum l.* 4.

Nec frugem ſegetes præbent, nec pabula terræ.

Stipula. Calamus. Avena. CULMUS *Ep.* Cĕreālis, tĕner, lactens, vĭrĭdis, pinguis, flāvens, frăgĭlis, lĕvis, ſtrīdens, *&c.* Pingui culmo campus diteſcit, ridet, lætatur. Virides agitant flamina culmos Gravidis procumbit culmus ariſtis. Canis flaveſcit culmus ariſtis *Virg.* Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent. *Ovid.* Utque le-

leves stipulæ demptis adolentur aristis. *Virg.* 1. *Georg.* —— sed illos Exspectata seges vanis elusit avenis.

ARISTA *Ep.* Grăvĭda, cāna, flāva, flāvens, fœcunda, frūgĭfĕra, ŏpīma, pinguis, mollis, grăcĭlis, frăgĭlis, &c. *Ovid.* Mox etiam fruges tellus inarata ferebat, Nec renovatus ager gravidis canebat aristis. *Virg.* Molli paulatim flavescit campus aristâ. Levi Zephyro graciles vibrantur aristæ, *&c.* *Spica.*

SEMPER.

In omne ævum. Plus uno sæclo. Per innumeros annorum lapsus. Nulla quod deleat *vel* finiat ætas: Nulla dies minuat, destruat, *&c.* Semper honos nomenque tuum, laudesque manebunt: Donec erit tellus, sidera donec erunt. *Medea apud Sen.* Dum terra cœlum media libratum feret, Nitidusque certas mundas evolvet vices; Nunquam meus cessabit in pœnas furor *Vide supra* ANNI INFINITI *fol.* 47 IMMORTALIS *fol.* 290. *Plura petere potes ex seq. paradigmate*:

Dum feret { robora tellus. | mare pisces. | pabula mollia campus. | cœlum stellas. | bruma nives, *&c.* }

Dum {
Oceanus orbem fluctibus ambiet.
In freta fluvii current.
Cadent de montibus umbræ.
Mustis uva tumebit.
Cadet falce resecta Ceres.
Tiberis liquidas Tuscus habebit aquas.
Nox diem sequetur.
Sol Olympum lustrabit.
Pendebit in aëre tellus.
Ortum præcedet Lucifer.
Luna amissos recolliget ignes. }

Dum erit { sicca arctos. | implacida Syrtis. | contrarius ignibus humor. | tepidus Ganges. | frigidus Ister, *&c.* }

SENATUS.

Ep. Sanctus, augustus, prŭdens, lectus, clārus, purpŭreus, grăvis, *&c.* Patres verendi. Sacer ordo senatûs. Turba Patrũ. Pars melior urbis Flos virorum. Ordo Patrum; Lecti proceres patriam consilio tuentes: legibus urbes temperantes: Jura dantes populo. *Virg.* 1 *Æn.* Jura, magistratusque le-

legunt, sanctumque senatum. Purpurei proceres. Consilio potens senatus; ætate verendus, &c.

SENECTUS.

ATQUE HUC SPECTANTIA.

Senecta Senium. *Ep.* Cāna, cānens, alba, vĕnĕranda, lassa, tarda, pigra, infirma, trĕmŭlă, ægra grăvis, mātūra, īners, effœta, balba, quĕrŭla, curva, frīgĭda, rūgōsa, tristis, turpis, damnōsa, cărĭōsa, &c. Longæva, longa, annōsa, Pylia, Tīthōnia, cervīna, &c. *Vide infra* TEMPUS. Canis aspersa. Molli pluma canens. Canis rugosa capillis. Iners senectus, adjuvans baculo gradum—— tremuloque gradu venit ægra senectus. Tacito pede, gradu strepitum non faciente veniens: non intellecta obrepens. *Ovid.* Jam veniet tacito curva senecta pede. Sera & sapientior ætas Consiliis melior, sed viribus ægra. Maturæ longa senectæ tempora. Ætas gravis atque infirma; *Valer. Flacc.* —— miseris festina senectus. Vultus mutans, capillos inficiens, tardans membra, animi vires debilitans. *Ovid.* Anni fragiles, & inertior ætas. Ætas serior *vel* deterior. *Ovid.* Jam mihi deterior canis aspergitur ætas. *Poëta Comicus apud Stobæum vitam humanam vino assimilat, cujus melior pars prima effluit: quod superfit, nihil est nisi fax atque acor. Quod scitè admodum Virgilius:*

Optima quæque dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit, subeunt morbi, tristisque senectus.

SENIUM COMITANTIA.

1. CANICIES. *Ep.* Nīvea, gĕlĭda, rāra, ārĭda, inculta, &c. Hŏnōrāta, vĕnĕranda, sancta, &c. Canicies veneranda genis, prolixaq; barba. *Horat.* ——aridâ pellente lascivos amores canicie. *Ovid.* 4. *Trist.* Jam mihi canicies pulsis melioribus annis Venerat antiquas miscueratque comas. Intempestivi funduntur vertice cani. Canum caput. Cana tempora; canis albentia, conspersa. Cani honorati. *Ovid.* 5. *Fast.* Magna fuit quondam capitis reverentia cani: Inque suo pretio ruga senilis erat. Albus crinis. Capitis nives. Cani capilli. *Mart.* l. 4. Condita cùm tibi sit jam sexagesima messis, Et facies multo splendeat alba pilo. *Ovid.* Jam mea cycnæas imitantur tempora plumas: Inficit & nigras alba senecta comas.

Cani.

2. RUGÆ. *Ep.* Sĕnīles, ănīles, turpes, dĕformes, tristes, sĕvēræ, &c. Ruga frontem *vel* vultus arat, findit, sulcat, Corpus laxat: *Ovid.* Quàm citò me miserum, laxantur corpora rugis! Jam venient rugæ, quæ tibi corpus arent. Jamque meos vultus ruga senilis erat. *Claud.* Jamque ævo laxatas cu-

cutis, sulcisque genarum Corruerat passa facies rugosior uvâ. *Ovid. de Iunone anum simulante*: —— posuitque ad tempora canos. Sulcavitque cutem rugis, & curva trementi Membra tulit passu; vocem quoque fecit anilem. *Horat. de vetula*: Cùm sit tibi dens ater, & rugis vetus Frontem senectus exaret, *&c.*

3. IMBECILLITAS. Corpus *Ep.* fractum, effœtum, quassum, dēbĭle, languĭdum, infirmum, *&c.* Membra viribus defecta. Frigente effœto in corpore vires. Confecti languent artus. Invalidæ manus: inanes lacerti: tardi pedes: genua infirma, labantia, &c. *Ovid.* Jam vigor & quasso languent in corpore vires: Nec juveni lusus, qui placuêre, juvant. *Lucr.* Validis quassatum viribus ævi Corpus. *Id.* Obtusis ceciderunt viribus artus. *Sen.* Iners senectus, adjuvat baculo gradum, *&c.* *Ovid.* Jam subeunt anni fragiles, & inertior ætas, Jamque parum firmo me mihi ferre grave est. *Contra Iuvenalis*: Dum super est Lachesi quod torqueat, & pedibus me Porto meis, nullo dextram subeunte bacillo.

SENEX.

Ep. Invălĭdus, infirmus, effœtus, exsanguis, ănhēlus, fessus, imbellis, incurvus, iĕrēs, tardus, rūgōsus, trĕmŭlus, *&c.* Mōrōsus, tetrĭcus, parcus, mātūrus, sĕvērus, vĕrendus, *&c.* annōsus, grandævus, antīquus, *&c.* Dĕcrĕpĭtus, pellītus, quĕrŭlus, rancĭdŭlus, mūcōsus, squālĭdus, dēlīrus, *&c.* Annis gravis, obsitus Ætate fessus. Ævo jam gravior. Senio fessus inerti. Ævi maturus. Maximus ævo. Tardus gravitate senili. Fessus tardusque senilibus annis. Jam frigidus ævo. Senio debili tremens: adjuvans baculo gradum. —— jam respice canos, Invalidasque manus, & inanes cerne lacertos Longis consumptus ab annis. Canis aspersus. Gerens albentia tempora canis. Cui tarda senectus rugas induxit. *Tib.* Cum mea rugosa pallebunt ora senectâ. Et referam pueris tempora prisca senex. —— funduntur vertice cani, Et tremit effœto corpore laxa cutis. *Vide supra* CANICIES, RUGÆ. *Iuven* —— longa & cervina senectus. *Cervorum vivacitas proverbio nota est: ut & cornicum. Vnde Martialis de anu longæva*:

Et cornicibus omnibus superstes.

DECREPITUS Senectâ, fractus, confectus, incurvus, turpis, squalidus. Cui plurima mento canicies inculta jacet. *Mart.* Cum baculoque peraque senem, cui cana putrisque Stat coma, & in pectus sordida barba cadit. Infirmos baculo sustinens artus. Mentis inops. *Lucr.* Claudicat ingenium, delirat linguaque mensque, Omnia deficiunt. *Iuven. sat.* 10.

Una senum facies: cum voce trementia labra, Et jam læve caput, madidique infantia nasi: Frangendus misero gingivâ panis inermi.

Lepidè gingivam inermem *vocat, dentibus vacuam. Conveniunt autem hæc satyrica seni decrepito, ætate edentulo, calvo, mucoso, tremulo denique & (ut dixit ille)* omnia omnibus annuenti *Porrò senio & longævitate celebres sunt apud Poëtas* SYBYLLA CUMÆA, *quam propterea Ov. in Met.* vivacem *appellat*: TITHONUS *Auroræ maritus &* NESTOR *ille trisæclis. Prop. l. 2. Cujus verbis quid vetat nos sæpius in die Deũ immort. alloqui?*

Ast me ab amore tuo deducet nulla senectus?
Sive ego TITHONUS, sive ego NESTOR ero.

SENTENTIA.

Mens. Animus. Judiciũ. *Ep.* Certa, firma, fixa *&c.* Dūbia, vāria, nūtans, *&c.* Mens, *vel* mentis sententia. *Claud.* Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem. *Virg.* Nate Deâ, quæ nunc animo sententia surgit? nostram nunc accipe mentem. —— Judicio nostro tibi cedit Amyntas Hæc alternanti potior sententia visa est. Animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc.

Hæc mihi mens est. Sedet hæc sententia menti Hæc animo sententia constat. Mens omnibus una est. Omnibus idem animus. Fert animus. Hoc animo sedet, fixum est, stat, *&c.*

SEPULCHRUM.

Tumulus. *Ep.* Mœstum, triste, mūtum, gĕlĭdum, căvum, fātāle, magnĭficum, marmŏreum, &c. *Catull.* Cum teres excelso coacervatum aggere bustum Excipiet niveæ perculsos virginis *Sedes.* artus. *Prop. l.* 3. Afferet huc unguenta mihi, sertisque sepulcrum Ornabit, custos ad mea busta sedens. —— mea cum *Domus.* tumulus contexerit ossa. *Virg. l* 6. —— jacet exanimis tibi corpus amici: Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepul- *Marmor* cro. Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam. *Ovid.* Tumuli marmor *Tibull.* Marmorea domus. *Prop.* Quan- *Monumentum* docunque igitur vitam mea fata reposcent, Et breve in exiguo marmore nomen ero. *Mart. l.* 8. Hoc sub marmore Glaucias humatus, Juncto Flaminiæ jacet sepulchro. *Ovid.* 1. *Met* —— funeribus dotabere regia virgo, Condeturque tuum monumentis corpus avitis. NOTA *sepulcra dici* monumenta *à monendo: nam hâc fini olim & secundùm viam statuebantur, & inscriptione sive epitaphio exornabantur? ut prætereuntes admonerent & hos fuisse, & ipsos esse mortales.* OBSERVANDUM *verò hanc inscriptionem poëtis* carmen *dici, idque* breve, *quòd ferè non nisi duobus versiculis sive disti-*

cho eam poëta complecteretur. Præterea literis majusculis sive grandibus, *ut Ovidius appellat*, notis *incidi solitam. Ne quid scil. viatori properanti moram adferret. Tale est apud Ovidium Didonis Epitaphium Epist. 7. & lib 3. Fast.*

Compositusque cinis, tumulique in marmore CARMEN
Hoc BREVE, quod moriens ipsa reliquit, erat:
PRÆBUIT ÆNEAS ET CAUSAM MORTIS ET ENSEM;
IPSA SUA DIDO CONCIDIT USA MANU.

Sepelire &c ri.

Sepulcro reddere, condere, imponere, supponere. Corpus terræ mandare, terræ supponere, terrâ condere: ingestâ humo tumulare, contumulare, tegere, contegere. *Virg.* Corpus humo patiare regi. *Id.* Ex quo relliquias divinique ossa parentis Condidimus terrâ, mœstasque sacravimus aras. Condere humi. Humo defodere: foveis abscondere.——— ——non te optima mater Condet humi, patriove onerabit membra sepulchro ——nec injectâ tumulabor mortua terra. *Ovid. Epist.* Et sepeli lacrymis perfusa fidelibus ossa. Et refer ad matrem, socioque impone sepulchro: Urnaque nos habeat quamlibet arcta duos. URNA, *Vasculum, in quod cadaveris jam cremati reliquiæ, i e. cineres & ossa collocabantur, & si peregrè mortui essent, in patriam referebantur, ut avito sepulchro conderentur. Huc spectant illa Ovid. 3. Trist ad uxorem:* *Tumulare. Humare*

Ossa tamen facito parvâ referantur in URNA:
Sic ego non etiam mortuus exul ero.

SEPELIRI. Humo tegi, contegi, contumulari. *Propert.* Me tegat arboreâ devia terra comâ: Aut humet ignotæ cumulus vallatus arenæ. Sepulcro condi, inferri, *&c.* Tellus examine corpus accipit, tegit, servat, gremio complectitur, &c. *Ovid* Morte obita quorum tellus amplectitur ossa Accipiat cineres terra paterna meos. *Tib.* Sic bene sub tenera parva quiescat humo, *&c.*

SEQUI.

Terga *vel* à tergo sequi. Pone subire. Pressa pedum signa *sive* vestigia sequi, servare, legere, premere. *Virg.* Vestigia retro observata sequor —— admisso sequitur vestigia passu. Vestigiis instare: vestigia retrò passibus urgere. Vadentem passibus æquare———sequor, & qua ducis adsum. *Dædalus Icaro apud Ovid.* Me pennis sectare datis, ego prævius ibo: Sit tibi cura sequi, me duce tutus eris. *Ovid.* Subsequitur, pressoque legit vestigia gressu. *Virg.* —— ———quocumque vocat Fortuna sequamur *Lucret. ad doctrinæ suæ ducem:* Inque tuis ponam pressis vestigia signis. *Sectari. Subsequi.*

Licentius ad S. Augustini, præceptoris sui, præsentiam ac dulcissimos sermones anhelans:

O mihi transactos revocet si pristina soles
Lætificis Aurora rotis, quos, libera tecum
Otia tractantes & candida jura bonorum,
Duximus Italiæ medio, montesque per altos!
Non me dura gelu prohiberent frigora cano,
Non fera tempestas Zephyrum, fremitusque Borini,
Quin tua sollicito premerem vestigia passu.

SEQUI *hostem* vel *fugientem*.

Insequi. Fugientem premere, urgere. Fugienti instare, imminere. Sequiturque, premiturque. Tanto magis instat & ardet. Insequitur, trepiduque pedem pede fervidus urget. Sæve quid insequeris, quid jam nolentibus instas? *Horat.* ——ab Italia volantem Remis adurgens, i.e. *navibus insequens. Ovid. de Phœbo Daphnidem insequente*: —hic spe celer, illa timore, Qui tamen insequitur, pennis adjutus amoris Ocyor est, requiemque negat, tergoque fugacis Imminet, & crinem sparsum cervicibus afflat. *Dido apud Virg.* Omnibus umbra locis adero; dabis improbe pœnas. *Dignus est imitatione locus Senecæ in Hippolyto de Phedra amore in acerbissimum odium converso, cujus hæc sunt verba Hippolyto minantis*:

——profugus ignotas procul
Percurre gentes. Te licet terra ultimo
Summota mundo dirimat Oceani plagis:
Licet in recessu penitus abstruso abditus
Horrifera celsi regna transieris poli;
Profugum per omnes pertinax latebras premam.
Longinqua, clusa, obstrusa, diversa, invia
Emetientur: nullus obstabit locus.

SEQUI *amicum abeuntem*.

Comitari. Comitem se dare, adjungere,——nec nate tibi comes ire recuso. Magnâ comitante *vel* stipante catervâ. *Virg.* 11. Namque omnis eum stipata tegebat turba ducum. *Id. l.* 2. ——dextræ se parvus Iülus Implicuit, sequiturque patrem non passibus æquis. Summis socium se adjungere rebus, casus in omnes, &c. *Sen.* Quacumque gressus tuleris, hac amans sequar. *Mart.* Per mare, per scopulos, exsulis ibo comes. *Virg.* Nulla meis sine te quæretur gloria rebus. Lateri hærere, adhærere Gressum jungere. Iter comitari, prosequi. *Tib.* Ne nostrum comites prosequerentur iter. *Virg.* Cui fidus Achates it comes. Ille meum comitatus iter maria omnia

mnia circum, Atque omnes pelagique minas, cœlique ferebat. *Ovid 4.Tr.de Musis, quas solas ex omnibus fugæ suæ comites habuit, ac qualecumque in tot adversis solatium:*

Jure Deas igitur veneror mala nostra levantes,
Sollicitæ comites ex Helicone fugæ:
Et partim pelago, partim vestigia terrâ
Vel ratè dignatas, vel pede, nostra sequi.

COMPARATIONES.

1. COMPARARI *potest ante se fugientem insequens cum Accipitre aut Aquila columbam persequente, exemplo Ovid 5. Met. apud quem Arethusa Alpheum fugiens:*

Sic ego currebam, sic me ferus ille premebat:
Ut FUGERE accipitrem pennâ trepidante columbæ,
Ut solet accipiter trepidas URGERE columbas.

2. *Cum cane venatorio leporem insequente: quem videre potes supra fol. 27. Horat. l. 1. de Augusto Cleopatram navibus per mare insequente:*

———adurgens: Accipiter velut
Molles columbas, aut leporem citus
Venator in campis nivalis
Hæmoniæ.

3. *Cum Tigride, animali velocissimo atque equitem pleno licet cursu effusum consequente. Papin.*

———raptis velut aspera natis
Prædatoris equi sequitur vestigia Tigris.

SERENITAS.

Dies serenus, candidus, innubis, pluviâ ventisque carens: sine nube: nulla temeratus nube serenum. *Ovid.* Nube solet pulsa candidus ire dies. Cœlum serenum. Cœli indulgentia: jucundi facilis clementia cœli Sine nubibus aër: liber nubibus æther: largè diffuso lumine ridens. *Sil.* Ecce serenato clarum jubar emicat axe, Purgatusque nitet discussis nubibus æther. *Manil.* Nubila cum longo cessent depulsa sereno. *Ovid. Met.* Fusca repurgato fugiebant nubila cœlo. Sol victis è nubibus exit, nubes evicit: tristi depellit nubila cœlo: nebulas recedere jussit. Concidunt venti, fugiuntque nubes. *Prop.* Transeat hic sine nube dies, stent aëria venti. *Auson.* Purior hîc campis aër, Phœbusque sereno Lumine purpureum reserat jam sudus Olympum. Non tepidus pluvias, concitat Auster aquas. Fugiunt toto æthere nimbi, *&c.* *Serenũ.*

SERERE.

Seminare. Semen *vel* semina spargere, jacere, jactare in arvis, spargere humi *vel* humo: sulcis *vel* terræ dare, mandare, committere, credere: mittere in solum: spargere in humum: humo condere: obruere sulcis semina, quæ magno fœnore reddat ager. Anni spem credere sulcis. *Ov.* Nec semper credenda Ceres fallacibus arvis. Motâ spargere semen humo. Ut presso sulcum patefecit aratro, semina spargit humi. *Virg.* ——ante, Debita quàm sulcis committas semina, quamque Invitæ properes anni spem credere terræ.

SERPENS.

Ep. Vĕnēnātus, pestĭfer, lēthĭfer, lēthālis, horrĭdus, tŭmĭdus, horrendus, horrĭfĭcus, fĕrus, sævus, trux, mĭnax, terrĭbĭlis, dīrus, noxius, *&c* āter, cærŭleus, vĭrĭdis, măcŭlōsus, squāmeus, lūbrĭcus, squālens, *&c.* Tortus, intortus, flexĭlis, sĭnuosus, cristātus, lātebrōsus, lātens, *&c.* āfer, Lĭbycus, Maurus, *&c.* Plenus veneno: micans squallenti pectore: maculis insignis & auro: notis longam maculosus grandibus alvum. In spiram tractu se colligens: squamea convolvens sublato pectore terga: flexu sinuoso elabens, humum verrens: sinuosa volumina versans: longos dans corpore tortus, Ardens oculis, & sibila colla arduus attollens: stridula fundens vibratis sibila linguis: horrenda sibila mittens: lingua vibrante minans. *Ovid.* Sibila dant, saniemque vomunt, linguisque coruscant. *Sil.* Cæruleus maculis auro squallentibus anguis: Ignea sanguinea rutilabant lumina flammâ Oraque vibranti stridebant sibila linguâ. *Adde his descriptionem Anguis, quem Cadmus interemit apud Ovid. 3. Met.*

Martius ANGUIS erat cristis præsignis & auro.
Igne micant oculi, corpus tument omne veneno,
Tresque micant linguæ, triplici stant ordine dentes, *&c.*
Ille volubilibus squamosis nexibus orbes
Torquet, & immenso saltu sinuatur in arcus:
Ac mediâ plus parte leves erectus in auras
Despicit omne nemus: tantoque est corpore, quanto,
Si totum videas, geminas qui separat Arctos.

Ut videas verò, quot modis nocere homini immanes potissimùm hi angues possint, subdit:

——hos morsu, longis amplexibus illos,
Hos necat afflatu, funestâ hos tabe veneni.

SER-

SERPENTUM ALIQUOT SPECIES, *quas poëtæ sæpe absolutè pro ipso genere usurpant.*

Mala tactu vipera. *Ovid.* Parva necat morsu spatiosum vipera taurum. *Virg.* 3. *Georg.* Interit & curvis frustra defensa latebris Vipera,& attoniti squamis astantibus hydri. *Id. lib.* 4. *de Euridice:* Immanem ante pedes hydrum moritura puella, Servantem ripas alta non vidit in herba. *Ovid.* 10. *Met. de eadem:* —— in quam calcata venenum Vipera diffudit, crescentesque abstulit annos. *Id. lib.* 11. Ecce latens herbâ coluber, fugientis adunco Dente pedem strinxit, virusque in corpore liquit. *Lucan. de Medusa:* Surgunt adversæ subrectâ fronte colubræ: *Mart de Mercur.* Aurea cui torto virga dracone viret. *Lucan.* Torrida DIPSAS—— ——spinâque vagi torquente CERASTÆ. ASPIDA somniferam tumidâ cervice &c. levavit. *Rectè somniferam vocat. Nam Aspis, quos percusserit, in lethiferum somnum redigit.* OBSERVANDUM *verò* Viperam, hydrum, colubrum, Draconem, *aliasque serpentium species, & locis, quibus gaudent, & naturâ ac corporis magnitudine multum inter se distingui. Verùm poëtæ sæpe speciem pro genere usurpant. Est tamen, ubi ad cujusque proprietates respiciunt: ut dum* Hydrum *in aquis aut propè eas collocant,* Colubrum *in nemore,* &c.

Vipera. Hydrus Coluber. Colubra Draco.

DRACO *autem serpens est annosus, qui multâ ætate in insolitam magnitudinem excrevit: quem India & Æthiopia tam vastum habet, ut Elephantos circumflexu facilè ambiat. Poëtæ his* cristas & alas *tribuunt: ac sæpe custodiæ Templorum præponunt. Tales illi horti Hesperidum custos, & alter Velleri aureo appositus: de quo Ovid.* 7. *Met.* Pervigilem superest herbis sopire draconem: Qui crista, linguisque tribus præsignis, & uncis Dentibus horrendus custos erat arboris aureæ. *Id. Epist.* Pervigil ecce draco, squammis crepitantibus horrens Sibilat & torto corpore verrit humum. *Virg. de culice:* Horrida squamosi volventes membra dracones, *Ibid.* Squamosos latè torquebat motibus orbes. *Claud. de Cereris curru* —— —— sinuosa draconum Membra regens, volucri qui pervia nubila tractu Signant,& placidis humectant fræna venenis: Frontem crista tegit. *Vides his Draconibus à Claudiano* placidum venenum *tribui; vel, quia Deorum animalia innoxia esse convenit; ex decoro: vel, quia (teste Plinio lib* 2 *.c.*4.) *Draco non habet venena. Quod firmo Lucani loco lib.* 9. *ubi ait Dracones alibi innoxios, in sola Africa perniciosos, adeò ut Elephantis etiam exitio sint: verùm id viribus potiùs, quàm veneno tribuendum, unde & corpum formam Dii interdum assumere crediti sunt.*

SERERE.

Seminare. Semen *vel* semina ſpargere, jacere, jactare in arvis, ſpargere humi *vel* humo: ſulcis *vel* terræ dare, mandare, committere, credere: mittere in ſolum: ſpargere in humum: humo condere: obruere ſulcis ſemina, quæ magno fœnore reddat ager. Anni ſpem credere ſulcis. *Ov.* Nec ſemper credenda Ceres fallacibus arvis. Motâ ſpargere ſemen humo. Ut preſſo ſulcum patefecit aratro, ſemina ſpargit humi. *Virg.* ——antè, Debita quàm ſulcis committas ſemina, quamque Invitæ properes anni ſpem credere terræ.

SERPENS.

Ep. Vĕnēnātus, peſtĭfer, lēthĭfer, lēthālis, horrĭdus, tŭmĭdus, horrendus, horrĭfĭcus, fĕrus, ſævus, trux, mĭnax, terrĭbĭlis, dīrus, noxius, *&c* āter, cærŭleus, vĭrĭdis, măcŭlōſus, ſquāmeus, lūbrĭcus, ſquālens, *&c.* Tortus, intortus, flexĭlis, ſĭnuoſus, criſtātus, lătebrōſus, lătens, *&c.* āfer, Lĭbycus, Maurus, *&c.* Plenus veneno: micans ſquallenti pectore: maculis inſignis & auro: notis longam maculoſus grandibus alvum. In ſpiram tractu ſe colligens: ſquamea convolvens ſublato pectore terga: flexu ſinuoſo elabens, humum verrens; ſinuoſa volumina verſans: longos dans corpore tortus, Ardens oculis, & ſibila colla arduus attollens: ſtridula fundens vibratis ſibila linguis: horrenda ſibila mittens: lingua vibrante minans. *Ovid.* Sibila dant, ſaniemque vomunt, linguiſque coruſcant. *Sil.* Cæruleus maculis auro ſquallentibus anguis: Ignea ſanguinea rutilabant lumina flammâ Oraque vibranti ſtridebant ſibila linguâ. *Adde his deſcriptionem Anguis, quem Cadmus interemit apud Ovid. 3. Met.*

Martius Anguis erat criſtis præſignis & auro.
Igne micant oculi, corpus tument omne veneno,
Treſque micant linguæ, triplici ſtant ordine dentes, *&c.*
Ille volubilibus ſquamoſis nexibus orbes
Torquet, & immenſo ſaltu ſinuatur in arcus:
Ac mediâ plus parte leves erectus in auras
Deſpicit omne nemus: tantoque eſt corpore, quanto,
Si totum videas, geminas qui ſeparat Arctos.

Ut videas verò, quot modis nocere homini immanes potiſſimùm hi angues poſſint, ſubdit:

——hos morſu, longis amplexibus illos,
Hos necat afflatu, funeſtâ hos tabe veneni.

SER-

SERPENTUM ALIQUOT SPECIES, *quas poëtæ sæpe absolutè pro ipso genere usurpant.*

Mala tactu vipera. *Ovid.* Parva necat morsu spatiosum vipera taurum. *Virg.* 3. *Georg.* Interit & curvis frustra defensa latebris Vipera, & attoniti squamis astantibus hydri. *Id. lib.* 4. *de Euridice:* Immanem ante pedes hydrum moritura puella, Servantem ripas alta non vidit in herba. *Ovid.* 10. *Met. de eadem:* —— in quam calcata venenum Vipera diffudit, crescentesque abstulit annos. *Id. lib.* 11. Ecce latens herbâ coluber, fugientis adunco Dente pedem strinxit, virusque in corpore liquit. *Lucan. de Medusa:* Surgunt adversæ subrectâ fronte colubræ: *Mart de Mercur.* Aurea cui torto virga dracone viret. *Lucan.* Torrida DIPSAS—— —— spinâque vagi torquente CERASTÆ. ASPIDA somniferam tumidâ cervice &c. levavit. *Rectè somniferam vocat. Nam Aspis, quos percusserit, in lethiferum somnum redigit.* OBSERVANDUM *verò* Viperam, hydrum, colubrum, Draconem, *aliasque serpentium species, & locis, quibus gaudent, & naturâ ac corporis magnitudine multum inter se distingui. Verùm poëtæ sæpe speciem pro genere usurpant. Est tamen, ubi ad cujusque proprietates respiciunt: ut dum* Hydrum *in aquis aut propè eas collocant,* Colubrum *in nemore,* &c.

Vipera. Hydrus Coluber. Colubra Draco.

DRACO *autem serpens est annosus, qui multâ ætate in insolitam magnitudinem excrevit: quem India & Æthiopia tam vastum habet, ut Elephantos circumflexu facilè ambiat. Poëtæ his* cristas *&* alas *tribuunt: ac sæpe custodiæ Templorum praponunt. Tales illi horti Hesperidum custos, & alter Velleri aureo appositus: de quo Ovid.* 7. *Met.* Pervigilem superest herbis sopire draconem: Qui crista, linguisque tribus præsignis, & uncis Dentibus horrendus custos erat arboris aureæ. *Id. Epist.* Pervigil ecce draco, squammis crepitantibus horrens Sibilat & torto corpore verrit humum. *Virg. de culice:* Horrida squamosi volventes membra dracones, *Ibid.* Squamosos latè torquebat motibus orbes. *Claud. de Cereris curru* —— —— sinuosa draconum Membra regens, volucri qui pervia nubila tractu Signant, & placidis humectant fræna venenis: Frontem crista tegit. *Vides his Draconibus à Claudiano* placidum venenum *tribui; vel, quia Deorum animalia innoxia esse convenit; ex decoro: vel, quia (teste Plinio lib* 2 *.c.*4.) *Draco non habet venena. Quod firmo Lucani loco lib.* 9. *ubi ait Dracones alibi innoxios, in sola Africa perniciosos, adeò ut Elephantis etiam exitio sint: verùm id viribus potiùs, quàm veneno tribuendum, unde & eorum formam Dii interdum assumere crediti sunt.*

Vos

Vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris
Serpitis, aurato nitidi fulgore DRACONES.
Pestiferos ardens facit Africa; ducitis altum
Aëra cùm PENNIS, armentaque tota secuti
Rumpitis ingentes amplexi verbere tauros,
Nec tutus spatio est Elephas: datis omnia letho.
Nec vobis opus est ad noxia fata veneno.

SERVITUS & SERVIRE.

Servitium. Ep. Dūra, grăvis, ægra, turpis, pŭdenda, immītis, intŏlĕranda, mĭsĕra. Grave servitium pati. Jugum subire. Mancipium fieri. Servitia ferre. Dominum pati. *Sen. Troad.* Nunc victa, nunc captiva, nunc cunctis mihi Obsessa videor cladibus: domini pudet, Non servitutis. *Virg.*——Grajis servi tum matribus ibo. *Cat.* Quæ tibi jucundo famularer serva labore. *Ovid.* —jurat, Se fore mancipium tempus in omne tuum. *Vide suprà* GENS DEBELLATA *fol.* 189. JUGUM *fol.* 329.

SILENTIUM, SILERE.

Conticere. Reticere. Ep. Mūtum, tăcĭturnum, altum, longum, tranquillum, arcānum, fīdum, fĭdēle, &c. Silentia tenere. Dictis silentia præstare. *Virg.* Tum facta silentia linguis. Tenuêre silentia cuncti. Conticuêre omnes, intentique ora tenebant. Silent, arrectisque auribus astant, &c. Vocem supprimere, compescere. Vocem premere, *vel* ore voces premere. Retices, nec mutua nostris dicta refers? Silet, dolor ora repressit, &c. *Vide* OBMUTESCERE *fol.* 441. *Proverbium*: Amyclæ silendo perierunt. AMYCLÆ, *urbs Ausonia inter Anxur & Cajetam, quæ cùm sæpe falsis de hostis adventu nuntiis commota fuisset; senatus lege cautâ prohibuit, ne quis unquam hostis adventum nuntiaret. Adveniunt hostes, nemo nuntiat, civitas de improviso capitur. Hunc eventum indicare videtur Virg. l. 6. cùm Amyclas* tacitas *appellavit. Alii ad Lacones respici volunt Amyclarum conditores ac Pythagoricæ disciplinæ sequaces. Notum est autem* Pythagoræ silentium, *quod* quinquennale *Discipulis suis indicebat. Iam verò apud Ægyptios* Harpocrates *silentii Deus, ita effingebatur, ut digito ori admoto, silentium imperaret, qualis apud Romanos* Angerona. *Hinc est apud Catullum:* Reddidit Harpocratem, *i. e. homini silentium imposuit. Idem aliter* Sigalion *dicitur. Atque hæc præmittenda fuerunt, ut lucem daremus Ausonii versibus, quibus diuturnum Paulini silentium arguit: qui te docebunt, quantum doctrina quàm paucis sæpe verbis poeta comprehendant:*

Tu, velut OEbaliis habites taciturnus Amyclis,

Aut tua Sigalion Ægyptius oscula signet;
Obnixum Pauline taces.

Silentium imperare.

Voce *vel* manu silentium facere, jubere: murmura comprimere, clamorem sistere. *Ovid.* 1. *Met.* —— qui postquàm voce manuque Murmura compressit; tenuêre silentia cuncti. Substitit ut clamor pressus gravitate regentis. Ut primum placati animi, ac trepida ora quierunt. *Lucan.* Utque satis crepidum turba coëunte tumultum Composuit vultu, dextraque silentia jussit.

SILVA.

Ep. Vĭrĭdis, vĭrens, frondĭfĕra, frondōsa, frondens, frondea, densa, nĕmŏrōsa, cŏmans, *&c.* Umbrōsa, umbrĭfĕra, ŏpāca, profunda, alta, cæca, obscūra, nigra, tăcĭta, silens, horrida, formīdŏlōsa, horrenda, sēcrēta, vasta, *&c.* aspĕra, rŭdis, saxōsa, jŭgōsa, frāgōsa, invia, āvia, antiqua, vĕtusta: Multos incidua per annos: densis frondibus atra. *Ovid.* Silva frequens trabibus, quam nulla ceciderat ætas. Nulla violata securi: montanas occulere apta feras, *&c.* Viridi nutantes vertice silvæ: Robore densæ. Silva latè dumis atque ilice nigrâ horrida: ramis umbrosa: Tecta feris præbens, *&c.* Nemus frondeum. Jam reparat viridans frondea tecta nemus. Nemorum umbræ. *Ovid.* 14. *Met.* Densum trabibus nemus. *Sil.* Saxosis nemora alta jugis. *Ovid. Ep.* Est nemus in piceis, & frondibus ilicis atrum: Vix illuc radiis Solis adire licet. *Idem* 6. *Fast.* Est nemus arboribus densum, secretus ab omni Voce locus, si non obstreperetur aquis, *&c.* *Nemus.*

Nemorum saltus. Saltus venatibus apti. *Virg.* Vallesque cavæ, saltusque profundi. *Sil.* —— venatu saltus exercet opacos. *Claud.* Illa feros saltus, & desolata relinquens Mænalia. *Mart. l.* 4 Saltus aprum, campus leporem tibi misit inemptum. *Catull. ad Dianam*: Montium domina ut fores, Silvarumque virentium, Saltuumque reconditorum. *Saltus.*

Lucus: *Ep.* Sĭlens, ĭners, nĭger, ŏpācus, frondōsus, densus, umbrōsus, vĭrĭdis, săcer, *&c.* Densa niger ilice lucus. *Virg.* Caligans nigrâ formidine lucus. *Ovid.* 3. *Fast.* Lucus Aventino suberat, niger ilicis umbra: Quo possis viso dicere, numen inest: In medio gramen, muscoque adoperta virenti Manabat saxo vena perennis aquæ *Id. l.* 3. *El.* Stat vetus, & densa prænubilus arbore, lucus *Lucan.* Lucus erat, longo nunquam violatus ab ævo, Obscurum cingens connexis aëra ramis,

ramis, *&c.* NOTA LUCUM *& silvam, sic differre, ut silva generalius nomen sit, & cadua esse soleat.* LUCUS *verò inciduus & religiosus, utpotè* Deo *alicui aut Heroum manibus dedicatus. ideoque circa delubra, aut Heroum cineres manu ferè conseri solitus* Ovid. 7. *Fast. de Luco Iunoni sacro:*

——— multis inciduus annis
Junonis magnæ nomine Lucus erat.

NEMORA *verò &* SALTUS *ita differunt, ut illa ferè voluptatis caussa comparata sint, & plena amœnitatis, unde & in ædibus interdum consita:* SALTUS *verò silva est densior atque invia, ubi pecudes pasci & æstivare atque hybernare solent: unde Virg. saltus* profundos *vocat; Claudianus* feros, *Seneca* densos. *Ovid.* venatibus aptos. *Ceterum* Nemora *illa opacitate & frigore suo grata Virg. 2. Georg. vocat* frigida Tempe: *à loco Thessaliæ amœnissimo, & jam pueris noto, quem & Ov. metam.* nemus *appellat*

Est NEMUS Hæmoniæ, prærupta quod undiq; claudit
Silva, vocant Tempè ———

OBSERVANDUM *verò pro horum Synonymorum usu poëtas* Nemus, Saltum *ac* Lucum *interdum usurpare pro silva generaliter: non rarò etiam strictè accipere, & suis notis atque epithetis distinguere, ut in supra allatis Auctorum locis videre licet, præcipuè in* Luco. *Ovid. quoque alibi discrimen servat, quod attuli in nemore:*

Silva nemus non alta facit. ——— ———

DESCRIPTIO LUCI.

Ex Papin. 4. Thebaidos.

SILVA capax ævi, validaque incurva senectâ
Æternùm intonsæ frondis, stat pervia nullis
Solibus. Haud illam brumæ minuêre, Notusve
Jus habet, aut Geticâ Boreas impactus ab Ursa.
Subter opaca quies, vacuùsque silentia servat
Horror, & exclusæ pallet mala lucis imago.
Nec caret umbra Deo: nemoris Latonia cultrix
Additur, hanc piceæ, cedrique, & robore in omni
Effictam sanctis occultat silva tenebris.

SILVESTRES FRUTICES.

DUMUS. *Ep.* Horrens, hirsūtus, spissus, densus, ăcūtus, sylvester, excelsus: amans ardua. *Virg* Horrentesque rubos, & amantes ardua dumos. Loca spinosis obsita dumis; sylvestribus horrida dumis. Rigidi configunt corpora dumi.

RUBUS. *Ep.* Horrens, asper, dūrus, hāmātus, vulnĭfĭcus, ăcū-

ăcūtus, hirsūtus, pūnīceus, &c. *Sen.* ——acutis asperi vepres rubis. *Ovid.* Mista ferè duris utilis herba rubis. —mordaces interiêre rubi. *Prop.* Rettulit hirsutis brachia secta rubis *Tib.* ———latebras intrare ferarum, Candidaque humatis crura notare rubis.

SENTES. *Ep.* Aspĕri, inculti, hirsūti, dūri, hāmāti, ăcūti, *&c.* *Virg.* Silva fuit latè dumis, atque ilice nigra Horrida, quam densi complérant undique sentes. Rigidis squalebat sentibus arvum.— occultant virides spineta lacertos, &c. *Virg.* —— hirsuti secuerunt corpora vepres. Rorabant sanguine vepres *Sen.* — acutis asperi vepres rubis. *Vepres.*

CARDUUS. *Ep.* Horridus, segnis, ăgrestis, &c. *Virg.* Segnisque horreret in arvis carduus. *Idem:* Carduus, & spinis surgat paliurus acutis.

VIRGULTA. *Ep.* Silvestria, sŏnantia, trĕmentia, densa, frŭtĭcōsa, *&c.* Fruticosa leni crepitant virgulta susurro. *Virg.* Seclusum nemus, & virgulta sonantia silvis. Resonant avibus virgulta canoris. NOTA *Fruticem Latinis dici, quidquid statim ab radice in ramos se diffundit, quodque ex natura sua nunquam arborescit. Virg. 2. Georg. de tribus modis, quibus arbores proveniunt: videlicet; sponte, semine, radice.*

Hos natura modos primum dedit: his genus omne
Silvarum, fruticumque viret, nemorumque sacrorum.

DII SILVESTRES.

1. SATYRI. *Ep* Lēves, lascivi, sălāces, prŏtervi, cĕlĕres, pĕtŭlantes, fŭgāces, capripĕdes, bĭcornes, *&c.* Satyrorum turba. In Venerem Satyrorum prona juventus. Monticolæ Satyrisci: in amore calentes Ruris Dii: rure vagantes: levipede vel plantâ rura pervolantes: calamos inflantes: choros ducentes. *&c.* SATYROS, *silvarum numina, poëtæ supernè homines, infernè caprigenas faciunt; unde* biformes *&* Capripedes *dicti. Effinguntur præterea corpore villoso, capite cornigero, depressis naribus, auribusque acutis. Eosdem* Bacchi *socios esse volunt. Ex qua doctrina Horat. l. 9. od. 9.*

BACCHUM in remotis carmina rupibus
Vidi docentem · credite posteri:
Nymphasque discentes, & aures
Capripedum Satyrorum acutas.

2. SILENUS. *Ep.* Sĕnex, calvus, ēbrius, mădĭdus, tĭtŭbans, *&c.* Annis vinoque gravis Mero titubans. Semper ebrius. Dulci semper inflatus nectare venas. *Virg. Ecl.* 6. Silenum pueri somno videre jacentem, Inflatum hesterno venas, ut sem-

semper, Iaccho. SILENUS (*de quo & supra fol. 35.*) *Bacchi nutricius ac pædagogus à poëtis semper ebrius inducitur, atque (ut ille ait) madidè madens; unde & apud Ovidium in Metamorph.*

——ferulâ titubantes ebrius artus
Sustinet, & pando non fortiter hæret asello.

3. SILVANUS & FAUNUS: SILVANO Cupressus *arbor ab antiquis sacrata est ob Cyparissum puerum (quem ille in deliciis habebat) in hanc arborem transmutatum.* FAUNUS *antiquissimus Aborigenum rex, à quo* Panes, Silvani, Fauni, Sileni, *& id genus semidei geniti creduntur. Nam & hos apud Auctores plures numero reperies. Iupiter apud Ovid. 1. Metam.*

Sunt mihi Semidei, sunt rustica numina Fauni,
Et Nymphæ, Satyrique, & monticolæ Sylvani.

4. PAN. *Ep.* Prŏtervus, caprĭpēs, bĭcornis, montĭvăgus, cornĭger, Lycæus, Arcădius, Tĕgeæus, *&c.* Pan ovium custos, Velox pecorum Deus. Deus Arcadius: Calamos *vel* cicutas inflans: montibus discurrere gaudens: pinu præcinctus acutâ. Pan Deus Arcadiæ. *Virg.* Pan primus calamos cera conjungere plures Instituit, Pan curat oves oviumque magistros. PANA *non pecoris solùm, sed universæ naturæ Deum fecit antiquitas: eumque aliquando à Cupidine certamine victum commenta est, ut significaret verum esse, quod notissimus indicat versiculus:* OMNIA vincit AMOR. *Cultus est præcipuè in Arcadia, in qua* Tegea *urbs &* mons Lycæus: *unde varia ejus agnomina.* Pinum *arborem sibi sacram habet, quâ & illum poëtæ coronare solent, ut patet inter cætera ex amplissima ejus Descriptione apud Silium l. 5. ubi & agilitatem ejus, quam cum aliis Satyris & Silvanis communem habet, videre licet.*

——pendenti similis PAN semper, & uno
Vix ulla inscribens terræ vestigia cornu, *&c.*
Cingit acuta comas, & opacat tempora PINUS,
Ac parva erumpunt rubicunda CORNUA fronte:
STANT aures, summoque cadit BARBA hispida mento,
Pastorale Deo baculum, pellisque sinistrum
Velat grata latus teneræ de corpore damæ.
Nulla in præruptum tam prona & inhospita cautes,
In qua non librans corpus, similisque volanti,
Cornipedem tulerit præcisa per avia plantam.

SIMILEM ESSE *vel* FIERI.

Alicui assimilari. Alicujus os habitumque gerere. Ore, voce, colore aliquem referre, imitari, simulare. Parvo discri-

crimine distare. *Virg.* Omnia Mercurio similis, vocemque, coloremque, Et crines flavos, & membra decora juventæ. Animis æqualis & annis: simillimus. Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. *Ovid.*——situ quoque cincta Dianæ Falleret, & credi posset Latonia *Similis parentibus*: Cujus erat facies, in qua materque paterque Cognosci possent. *Liberi inter se similes*:—— ——simillima probes, Indiscreta suis gratusque parentibus error.

SITIS, SITIRE.

Ep. Sicca, ārĭda, ārens, ācris, tristis, aspĕra, ănhēla, ăvĭda, fervens, fervĭda, ardens, răbĭda, *&c.* Sitis fauces, guttur, ora urit, exurit, torret, urget, torquet. Sicco torret sitis ora palato. Ora sicca siti rigent: labra hiant: fauces arent.——caret os humore loquentis, Et fauces arent, vixque est via vocis in illis. Siti exhaustus, fractus, perditus. Sitis exhauserat artus, Torrentur viscera flammâ. *Sen.*——flagrat incensum siti Cor, & perustis flamma visceribus micat, *&c.* Æstu *vel* labore sitim colligere, concipere. *Ovid.* Fessa labore sitim conceperat, oraque nulli Colluerant fontes. *Vide supra* SITIM RESTINGUERE *fol.* 486.

SOL

ATQUE HUC SPECTANTIA.

Ep. Aureus, pulcher, cŏruscus, rădiātus, rădians, lūcens, lūcĭdus, candĭdus, aurĭcŏmus, purpŭreus, rŏseus, rŭtilans, văgus, *&c* Igneus, ardens, flammĭfer, ignĭfer, candens, călĭdus, ăcūtus, flammeus, torrens, răpĭdus, ignĭvŏmus, *&c.* Puro nitidissimus orbe. Radiis frontem circumvallatus acutis. Roseâ lampade lucens Signa regens duodena volubilis anni Certò moderans currentia tempora motu. Medius rerum Sol, omnia lumine lustrans. *Mart. Cap.* Mundanaq; oculus, fulgor splendentis Olympi. Qui flammiferis mundum complexus habenis, Volvit inexhausto redeuntia secula motu. Purpureo tepidū qui movit axe diem Immensi lux publica mundi. Auctor lucis. Radiis terram retegens: noctem fugans: Terrarum lustrans spatia omnia flammis. Rex astrorum: agens portantes lumina currus. Cujus ad ortus, Noctis opacæ decus omne fugit Bissena cursu signa qui vario regit. Auriga lucis: mensor æthræ: circulator æternus, *&c.* Phœbi jubar, vultus, os. Solis radii, lumina, lucida tela. Solis equi, habenæ, flagrantia lora. Phœbi currus. Hyperionis axis, *&c.* Titanis ardor, Solis potentia: *pro ipso* Titane, *ipso* Sole. *Loquendi genus poëtis familiare, & struendo versui imprimis ac-*

commodatum. Ita apud Horatium: Herculeus labor, Mens provida Reguli, Virtus Catonis: *pro Hercule, Regulo, Catone.*

Phœbus Phœbus lucis parens: clarum dividens orbi diem. Phœbea lampas Genitor Phaëtontis: alterna curru spatia flammifero ambiens. *Ovid.* 3. *Fast.* Protulerit terris totum cùm

Cynthius. Titan. Hyperion. Cynthius orbem. *Sen. OEd.* O decus mundi radiate Titan: Cujus ad primos Hecate vapores lassa nocturna levat ora Bigâ. *Id. Hipp.* ——— tuque sidereum caput radiate Titan. Hyperion. Hyperionis proles. Hyperione natus. *Ovid Met.* ——— quid nunc, Hyperione nate, Forma colorque tibi, radiataque lumina prosunt. HYPERION *unum fuit è* TITANIBUS, *qui primus solis, Lunæ ac stellarum cursum homines docuisse fertur. Hinc dictus solis pater, & à poëtis tam* Titan, *quàm etiam* Hyperion *pro ipso sole ponitur, cui Persæ equum immolabant. Ovid* 1. *Fast.*

Placat equo Persis radiis HYPERIONA cinctum.

Solis CURRUS.

Axis. Rota. Temo. Orbita. *Ep.* Flammĭger, ignĭvŏmus, candens, flāgrans, rŭtĭlus, rŏseus, purpŭreus, aureus, nĭtĭdus, *&c.* Phœbejus axis. Flammigeræ rotæ. Temo gemmeus, purpureus. Rutili orbita solis. Roseæ quadrigæ. Currus quadrijugus: fulgens chrysolitis: aureo temone coruscans: flammivomus, flammis cinctus: portans diem, &c. *Claud.* Roranti resonant cum lumina curru, Unde rubet ventura dies. *Sil.* Donec flammiferum tollentes æquore currum Solis equi sparsere diem. *Hujus currus fabricatorem facit Vulcanum Ovidius* 2. *Met. & gemmis, atque auro ad luxum usque exornat.*

——— ——— ad altos
Deducit juvenem, Vulcania munera, currus.
AUREUS axis erat, temo AUREUS, AUREA summæ
Curvatura rotæ, radiorum ARGENTEUS ordo.
Per juga CHRYSOLITI, positæque ex ordine GEMMÆ
Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.

Solis EQUI.

Quadrupedes. Alipedes. Jugales, &c. *Ep.* Ignĭvŏmi, rŏsei, fĕrŏces, ănĭmōsi, vŏlucres, ālāti, *&c.* Spirantes naribus ignem. Ignem vomentes, efflantes. Ambrosiâ pasti, saturi. *Claud. ad solem:* Sol qui flammiferis mundum complexus habenis, *&c.* Sparge diem meliore comâ; crinemque repexi, Blandius elato surgant temone jugales, Efflantes roseum, frenis spumantibus, ignem. *Ovid. Fast.* ——— ubi è terra clivosum scandet Olympum Phœbus, & alatis æthera carpet equis. ——— stabulisque subibant Ad juga Solis equi, necdum ipse ascenderat axem. *Nomina*

Equo-

Equorum sunt PYROIS, EOUS, PHLEGON *&* ÆTHON, *quos Ambrosiâ pasci, & ab Horis subjungi fabulantur poëta Ovid. 2. Metam. ubi & eorum pernicitatem videre potes.*

Jungere equos Titan velocibus imperat Horis.
Jussa Deæ celeres peragunt, ignemque vomentes,
Ambrosiæ succo saturos præsepibus altis
Quadrupedes ducunt, adduntq; sonantia frena, *&c.*
Interea volucres PYROIS, EOUS & ÆTHON,
Solis equi, quartusque PHLEGON hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibusque repagula pulsant.
Quæ postquam Tethys, fatorum ingnara nepotis,
Reppulit & facta est, immensi copia cœli;
Corripuêre viam, pedibusque per aëra motis
Prætereunt ortos iisdem de partibus Euros.

NOTA *Virgilium hos equos* Phaëtontis equos *dicere lib. 5. i. e quos aliquando Phaëton rexit: vel potiùs* Phaëtontis *i e. ipsius solis, à* φαίθω, *i. e.* splendeo. *Unde* φαίθων, *i. e* splendens: *quod Epithetum soli in Odyss. tribuit Homerus. Virgilius absolutè posuit.*

——— nonamque serenâ
Auroram Phaëtontis equi jam luce vehebant.

Solis ECLIPSIS *sive obscuratio.*

Sol nigro amictu, atrâ caligine, nigro velamine obducitur, regitur, caput occulit, vultus condit, ora tegit, *&c.* Tegitur ferrugine Phœbus Iberâ. Sol negat officium mundo, & se subtrahit orbi: Defectus patitur, raptæque labores lucis. *Tibull.* Ipsum etiam Solem defectum lumine, vidit jungere pallentes nubilus annus equos. *Lucan* Ipse caput medio Titan cùm ferret Olympo, Condidit ardentes nigrâ caligine currus, Involvitque orbem tenebris gentesque coëgit Desperare diem. *Senec. Herc. fur.*——— sed quid hoc! medium diem vicêre tenebræ: Phœbus obscuro meat sine nube vultu Quis diem retrò fugat? *Idem.* Cur Phœbe tuos rapis aspectus, Medioque diem perdis Olympo? *&c.*

SOLATIUM.

Ep. Dulce, blandum, molle, mite, grãtum, ãmicum, magnum, *&c.* Solamen mali *vel* malis. Duri solatia casûs Laborum *vel* mentis dulce levamen. Sollicitæ lenimen dulce senectæ. Quis mihi desertæ mite levamen erit? Curarum requies, medicina, auxilium. *Ovid.* 1. *Pont.* Reddita confusæ nuper solatia menti, Auxilium nostris spemque tulêre malis.

Solamen Lenimen. Levamen. Auxilium, &c.

malis. *Idem* 4. *Trist.* Gratia, Musa tibi: nam tu solatia præbes, Tu curæ requies, tu medicina venis, *&c.*

Alloquium. Fomentum. Admonitus. Consilium. &c. Dulcia alloquia: amica dicta: mollia verba: lenia fomenta, &c. *Ovid* 1. *Pont.* Tu tamen exsilii morsus è pectore nostro Fomentis speras cedere posse tuis. *Ibid.* Sic ego mente jacens, & acerbo saucius ictu, Admonitu cœpi fortior esse tuo *Claud.* Quis jam solatia nobis consiliumve ferat. *Ovid.* 4. *Trist.* Cujus ab alloquiis anima hæc moribunda revixit: Ut vigil infusa Pallade flamma solet. *Aliâ comparatione eandem rem exornat lib.* 1. *de Pont. Eleg.* 4.

Et jam deficiens, sic ad tua verba revixi,
Ut solet infuso vena redire mero.

SOLARI.

Consolari. Dolorem, luctum, curas levare. Solando dolorem lenire. Dictis curas avertere, mœrentia pectora mulcere. Animum lenire, tristitiâ solvere. Spem reducere menti: dolorem corde pellere. Vocibus *vel* verbis solari, consolari jacentem: consolari dolores. Solatia dare, præbere, ministrare. *Ovid.* ——————verbis solabar amicis. Non, inquit, verbis cura levanda mea est. —————— si consoleris amicum, Mollibus & verbis aspera fata leves. *Id. Met.* Consolor socios, ut longi tædia belli Mente ferant placida. *Vide* SOLATIUM, CURIS LEVARE *supra fol.* 182.

SOLLICITUS.

Anxius Curis distractus. Curarum plenus. Huc illuc oculos volvens: animum in contraria versans, distrahens. Multiplices animo curas volvens. *Ovid.* Res est solliciti plena timoris amor. Curis æstuans. Sollicito timore suspensus. Anxia corda gerens. Vario curarum æstu fluctuans, &c. *Vide supra* CURIS ANGI *fol.* 182. DUBITARE 226. *Et adde his ex Papinio lib.* 1. *Theb. descriptionem Avis anxiæ, ubi nidum tutò collocet. Cum qua hominem se vel alium occultare volentem aut avarum circumspicientem, ubi thesaurum commodissimè condat, comparare possis.*

Qualis vicino volucris jam sedula partu,
Jamque timens quâ fronde domum suspendat inanem;
Providet hinc ventos, hinc anxia cogitat angues,
Hinc homines: tandem dubiæ placet umbra, novisque
Vix stetit in ramis, & protinus arbor amatur,

Hominem verò anxium de re absente sive domi aut alibi relictâ comparare queas cum avi, quæ jam nidum reliquit, ut pullis loquacibus escam referat. De qua Claudianus lib. 3. *de Rapt.*

—————— sic æstuat ales,

Quæ

Quæ teneros humili fœtus commiserit orno,
Allatura cibos, & plurima cogitat absens.
Ne gracilem ventus discusserit arbore nidum;
Ne furtum pateant homini, neu præda colubris.

SOMNUS
ATQUE HUC SPECTANTIA.

Ep. Dulcis, mollis, jūcundus, plăcidus, lēnis, blandus, quiētus, impăvĭdus, sălūber, irriguus, tăcĭtus, *&c.* Ignāvus, ĭners, pĭgĕr, segnis, dēsĕs, rĕsĕs, languĭdus, pinguis, languens, ănhēlus, altus, Endymionæus, Lēthæus, *&c.* Somnus *pro* somnio: Lĕvis, vŏlŭcer, fallax, mendax, prŏfŭgus, *&c.* Dulcis & alta quies. Somnus curarum domitor: pectora mulcens: noctis amicus: Letho similis. *Virg.* Lethi consanguineus. *Sen.* Frater duræ languide mortis; Veris miscens falsa, futuri Certus & idem pessimus auctor. Placidi munera somni. Noctis amica quies. Somnus pax animi: Placidissimus Deorum. *Ovid.* 11. *Met.* Somne quies rerum, placidissimè somne Deorum, Pax animi; quem cura fugit, qui corpora duris Fessa ministeriis mulces, reparasque labori. *Idem*: Publica me requies curarum somnus habebat. *Tibull.* Nec me sopierat, menti Deus utilis ægræ, Somnus.

SOMNUM (*quem noctis filium Hesiodus facit, Mortis verò fratrem Homerus Iliad.* 14.) *Antiquitas in Deorum numero collocavit, finxitq; humore quodam soporifero noctu per terras sparso, soporem hominibus conciliare, quem inde poëtæ* irriguum *dixère.* Aulam *ejus Ovidius aptè in Cimmeriorum regione collocat, cujus prodigiosa obscuritas etiam proverbio nota est : Nec minùs ex decoro rivum, quem ibidem describit, ex Lethe infernali deducit, quòd ejus potus rerum omnium oblivionem adferat, qui & præcipuus est somni effectus. Unde Virg. l.* 9.

Cetera per terras omnes animalia somno
Laxabant curas, & corda OBLITA laborum.

SOMNI AULA.
ab Ovidio Nasone descripta lib. 11. *Met.*

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu.
Mons cavus, ignavi domus & penetralia Somni:
Quo nunquam radiis oriens, mediusve, cedensve
Phœbus adire potest: nebulæ caligine mistæ
Exhalantur humo, dubiæque crepuscula lucis.
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris
Evocat Auroram: nec voce silentia rumpunt.

Sollicitive canes, canibusque sagacior anser:
Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
Humanæve sonum reddunt convitia linguæ.
Muta quies habitat: saxo tamen exit ab imo
Rivus aquæ Lethes, per quem cum murmure labens
Invitat somnos crepitantibus unda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papavera florent,
Innumeræque herbæ, quarum de lacte soporem
Nox legit, & spargit per opacas humida terras.
Janua, ne verso stridorem cardine reddat,
Nulla domo tota est, custos in limine nullus:
At medio torus est hebeno sublimis in antro
Plumeus, unicolor, pullo velamine tectus,
Quo cubat ipse Deus, membris languore solutis.
Hunc circa passim varias imitantia formas
Somnia vana jacent totidem, quot messis aristas,
Silva gerit frondes, ejectas littus arenas, *&c.*

SOMNIUM.

Insomnium. *Somnus* *Ep.* Nigrum, nocturnum, sollicitum, cæcum, terrificum, horridum, *&c.* Vanum, leve, mendax, fallax, volucre, *&c.* Somnus mendax. *Virg.* 2. *Æn.* —— manus effugit imago. Par levibus ventis, volucrique simillima somno. Somnia varias imitantia formas, veros imitantia casus, mentem turbantia, terrentia, ludentia, ——— quæ sopitos deludunt somnia sensus. *Tibull.* Somnia fallaci ludunt temeraria nocte. *Virg.* 4. *Æn.* ——— quia me suspensum insomnia terrent. Simulacra inania somni: Vanæ imagines, species, effigies, figuræ, &c. *Lucan.* ——— sua quemque premit terroris imago: Ille senum vultus, juvenum videt ille figuras; Hunc agitant totis fraterna cadavera somnis — vani terremur imagine visus. *Æneas apud Virg.* Me Patris Anchisæ, quoties humentibus umbris Nox operit terras, Admonet in somnis & turbida terret imago. Huic se forma Dei, vultu redeuntis eodem, Obtulit in somnis, *&c.* OBSERVA *verò hæc simulacra in somnis aut alio etiam tempore hominibus apparentia induci à poëtis* notis *&* solitis majora *Quod quidam ad Divinitatem referunt, quàm manibus tribuebant veteres: alii metui ascribere malunt, quo perculsi hoc sibi persuadebant. Huc spectat illud Seneca in OEdipo*: Simulacra virûm majora viris, *& quæ Virg. de Creüsa* 2. *Æn.*

Infelix simulacrum, atque ipsius umbra Creüsæ
Visa mihi ante oculos, & notâ major imago.

Sa-

Somnum carpere.

Somnum ducere, petere, capere, captare. Perflare pectore somnos.——placidam carpebant membra quietem, Somnos inire. Somno frui, Placidâ quiete membra laxare, levare. Noctem *vel* corpus somno dare. Oculis soporem indulgere. Labi in somnum. Somno succumbere. Somno lumina declinare. Solvi in somnos. *Virg.*————nec unquam Solvitur in somnos, oculisve aut pectore noctem Accipit. ——placidum carpebant fessa soporem Corpora per terras. *Tib.* ——somnumque petebat Securus varias dux gregis inter oves. *Ovid.* Nec pudor, in stipula placidam cœpisse quietem. In stipula placidi capiebat munera somni, *&c.*

Sopor fessos artus occupat, complectitur, irrigat, laxat, solvit, alligat: per membra quietem irrigat: corpora curis exercita *vel* curis fessa diurnis pectora, somnus habet. *Virg. l.* 6. Tum me confectum curis, somnoque gravatum Infelix habuit thalamus, pressitque jacentem Dulcis, & alta quies. Somno vinoque sepultus, sopitus, gravis; cervicem inflexam posuit. *Ovid.* ———vinoque graves somnoque jacebant, Securumque quies alta per Argos erat.———fusi per mœnia Teucri Conticuêre, sopor fessos complectitur artus. *Sen.* Non me quies nocturna, non altus sopor Solvêre curis, *&c.* Somnus lumina *vel* oculos condit, premit, tegit, vincit, furtim subit, oculis *vel* genis obrepit, subrepit. *Sen.* Ignota tandem venit afflictæ quies, Brevisque fessis somnus obrepsit genis. *Virg* Oculos ubi languida pressit, nocte quies. *Ovid.* Lumina cum placido victa sopore jacent, *&c. Vide supra* Nox MEDIA *fol.* 433. *item* LECTUS *&* LECTUM PETERE. *fol.* 347. JACERE. *fol.* 286.

Somno excuti sive *expergesieri.*

Strepitu, clamore, metu exciri, excitari, suscitari. Corpus è somno corripere: strata relinquere. Somno destitui Ex oculis soporem discutere: somnum pollice detergere: in cubitum se relevare, &c. *Ovid* Territus in cubitum relevo mea membra sinistrum, Pulsus & à trepido pectore somnus abit, fugit, recedit, abscedit, discedit, *&c.* Tam citò me somnos destituisse queror. Fugit pigra quies: ———ignavus defluxit corpore somnus. *Virg* —nox Æneam somnusque reliquit Evandrum lux suscitat alma, Et matutini volucrum sub culmine cantus. *Ovid* Territus exurgit, fugit omnis inertia somni, &c. *Vide suprà* LECTO SURGERE *fol.* 347.

A somno excitare sive expergefacere.

Somnos rumpere, abrumpere, fugare, excutere, expellere, eripere, adimere, &c. Excussere metus somnum, Somnos abrumpit cura salubres. Expulerant somnos hæc mea verba tuos. Quis matutinos abrumpet murmure somnos? ——[illegible]eitos non rumpunt classica somnos *Sen.* Tandem quietem magnus excussit timor. Mihi gelidus horror, ac tremor somnum excutit, &c.

SONITUS

RERUM VARIARUM TAM ANIMALIUM QUAM INANIMATARUM.

Epit. Ingens, vastus, magnus, vesānus, insānus, grāvis, horrendus, horrisŏnus, horrificus, raucus, fractus, confūsus, querulus, &c. At tuba terribilem sonitū procul ære canoro Increpuit: sequitur clamor, cœlumque remugit. Primiq; ruinam Dant sonitu ingenti. *Virg. de Gruib.*——atque æthera tranant Cum sonitu, fugiuntque notos clamore secundo. *Id.* 4. *Georg.* Fractos sonitus imitāta tubarum.

Murmur. *Sen.* Jam silet murmur grave classicorum. *Prop* 2.—— vesani murmura ponti *Lucret. de Tonitru.* Murmura percurrunt cœlum *Virg.* Confusæ sonus urbis, & illætabile murmur. Fremit omnis murmure campus. Murmure cæco intus saxa sonant.——& nemorum increbescere murmur. Murmur ventorum Murmur famæ, &c.

Strepitus. *Val. Flacc* Horrisoni Boreæ strepitus. *Virg.* Strepitus dant cornua raucos. Audit equos, audit strepitus & signa sequentum *Horat.* ——— undique magno Pulsa domus strepitu resonet. *Virg.* Fit strepitus tectis, vocémque per ampla volutant Atria. *Id. de corvus:* Inter se foliis strepitant.

Fremitus. *Catull.* ——diversi fremit inconstantia vulgi. *Virg.* Tum plausu, fremitūque virum, studiisque faventum Consonat omne nemus: colles clamore resultant. *Id.* 11. *Æn.* ——variusque per ora cucurrit Ausonidum turbata fremor. Circumstant fremitu denso. *Id. de mari:*——& te Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino. *Sen.* Quis fremitus aures pepulit flebilis meas?

Fragor. *Virg. l.* 9.——— ——tum pondere turris Procubuit subito, & cœlum tonat omne fragore. *Id l* 11. Jam verò in tectis prædivitis urbe Latini Præcipuus fragor, & longè pars maxima luctûs. *Papin. de tonitru:* Ruptusque fragore Horrisono polus. *Ovid.* Quantus ab ætherio personat axe fragor!

Virg.

Virg. Et aridus altis Montibus audiri fragor. *Ovid. de navi:* Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem.

Virg. 3. Et gemitum ingentem pelagi, pulsataque saxa Audimus longè. *Idem*: Invadunt Martem clypeis atque ære sonoro, Dat gemitum tellus — *Id. de Ætna*: Liquefacta saxa sub auras Cum gemitu glomerat. Validisque incudibus ictus Auditi referunt gemitum. Gemit ultima pulsu Thraca pedum. *Huc pertinent locutiones poëticæ, quibus saxa* clamare, reboare, remugire *dicuntur, cùm sonitum remittunt.* Gemitum *porrò terræ præter Virgilium etiam ejus imitator Silius tribuit l.* 4. *de milite cadente*: Gemitus.

Et percussa gemit tellus ingentibus armis.

Strident silvæ. Stridunt axes At tuba terrificis fregit stridoribus auras. *Ovid. de serp.* Cumque fero movit linguam stridore bisulcam. Impulit acri Tum validas stridore fores. *Virg. l.* 11. Exemplo teli stridorem, aurasque sonantes Audiit. *Id. de apib. l.* 7. Stridore ingenti liquidum trans æthera vectæ. — clamorque virum, stridorque rudentum. *Id. l.* 11. Hinc exaudiri gemitus, & sæva sonare Verbera, tum stridor ferri, tractæque catenæ. *Claud. de Hunnis*: ——— terrisonus stridor venientis Alani. *Vide infra* SUSURRUS *& supra* CLAMOR. Stridor.

SORDES & SORDIDUS.

Ep. Fœdæ, ŏlentes, spurcæ, immundæ, tetræ, nigræ *&c* Sordibus aspersus, fœdatus, inquinatus, infectus. Sordes colligere: fœdari, sordidari. *Juven.* Si toga sordidula est. Sordibus plenus. Olida cloaca: fœdam Mephitim exhalans, &c. *Vide* ODOR GRAVIS *fol.* 449. MACULA *fol* 373.

SORS *sive* FORTUNA.

Ep. Ambĭgua, anceps, lĕvis, vŏlucris, incerta, vāria, vāga, vāgans, infīda, perfĭda, fallax, lūbrĭca, mōbĭlis, instābĭlis, cæca, vŏlūbĭlis, &c. *Adversa*, tristis, ăcerba, dūra, mĭnax, ĭnĭqua, invĭda, &c. *Amica*, blanda, făvens, prospĕra, ridens, candĭda, splendĭda, dextra, &c. *V. suprà* INCONSTANS *fol.* 100. Dea cæca, immitis, mobilis: dubio stans in orbe: passibus ambiguis errans: ima permutans summis: incerta nixa rotâ: nesciens figere rotam. Fortunæ numen. Fortunæ vultus, facies, frons. Fortunæ aura. *Horat.* Transmutans incertos honores, Nunc mihi, nunc aliis benigna. Nulli præstans fidem. Vultu fallax. Præcipites regum casus rotans: superbos mutans funeribus triumphos. *Auson* Fortuna nunquam sistit in eodem statu: Semper movetur, variat & mutat vices: Et summa in imum vertit, ac versa erigit. *Ovid.* Passibus

bus ambiguis fortuna volubilis errat, Et manet in nullo certa tenaxq; loco. —— Modò læta manet, vultus modò sumit acerbos. Et tantum constans in levitate sua est. *Idem*: Hæc Dea non stabili, quàm sit levis, orbe fatetur, Quæ summum dubio sub pede semper habet. *Id.* 3. *Trist* Nempe dat & quodcumque libet Fortuna, rapitque: Irus & est subitò, qui modò CROESUS erat *Eandem fortunæ instabilitatem ac desultorium veluti ludum summis ima commutantis,* CROESI *Lydorum regis (qui, cùm mortalium felicissimus haberetur, tamen victus à Cyro Persarum Rege, & morti admotus precariam ab eo vitam impetravit)* DIONYSII *Siciliæ tyranni (quem à sceptro florentissimo ad ferulam damnavit) aliorumque exemplis comprobat l 4 de Pont. El* 1.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo:
Et subito casu, quæ valuêre, ruunt.
Divitis audita est cui opulentia CROESI?
Nempe tamen vitam victus ab hoste tulit.
Ille SYRACUSIA modò formidatus in urbe,
Vix humili duram reppulit arte famem.

SORS ADVERSA.

Ep acerba, iniqua, aspera, tristis, dura, dira, miseranda, misera, *&c.* Aspera fata. Adversi incommoda fati. Tristes casus. Res duræ. Tempora nubila, tristia. *Ovid.* Donec eris felix, multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris. *Sen.* O mea nullis æquanda malis Fortuna! *Ovid.* Carnifici mea flenda potest fortuna videri, Te tamen est uno judice mersa parum. —— fortuna miserrima nostra est: Omne trahit secum Cæsaris ire malum. *Id.* Me miserum tristis fortuna tenaciter urget, Nec venit in cœptis mollior aura meis. *Id. ad amicum infidum:* Nunc, quia contraxit vultum Fortuna, recedis.

Sortem adversam experiri. Fatis tristibus angi, exerceri, vexari. Variis casibus urgeri, premi, agitari. Fortunæ fluctibus mergi, procellis agitari. Ventis adversis uti. *Ovid* Obruit infaustum dira procella caput. *Id.* Hic status, hæc rerum nunc est fortuna mearum. Debeat ut lacrymis nullus adesse modus. Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent, Parvaque quot siccus corpora pulvis habet. *Vide supra* MISER *fol.* 394.

Fatis agitatus iniquis. Fatis usus acerbis. Tot casibus afflictus. Casu concussus amici. Afflictus malis, prostratus, jacens. *Ovid.* Quid fuit, ingenti prostratum mole sodalem Visere, & alloquii parte levare tui. *Id.* Fata repugnabant,

quæ

quæ cùm mihi tempora prima Mollia præbuerint, deteriora gravant. *Idem*. Fata tenacia *appellat, pertinaciter adversa: quod alibi dixit*; Dii, quos experior nimium constanter iniquos. CASUM *porrò* Fortunam & Fatum *(quibus nominibus rerum humanarum varii designantur eventus) non pauci ex antiquis sideribus asscribebant: ut quali quisque sidere natus esset, talem vitæ fortunam sortiretur: unde Ovid.*

Natus es infelix, sic Dii voluêre, nec ulla
Commoda NASCENTI Stella, levisve fuit.

SORS PROSPERA.

Ep. Făvens, sĕcunda, dextĕra, candĭda, blanda, bĕnigna, &c. Vultu benigno ridens: secundo vento lintea implens: vota superans, &c Res secundæ Res lætæ. *Ovid* Dum juvat, & vultu ridet fortuna sereno. *Horat.* ——vultum servat fortuna benignum. *Ovid. 4 Trist.* Sic tua processus habeat fortuna perennes: Sic ope non egeas ipse, juvensque tuos. *Id.* Prospera sic vobis maneat fortuna. *Vide supra* FELIX *fol.* 249.

SPES.

Ep. Crēdŭla, sollĭcĭta, anxia, ăvĭda, ănhēla, cŭpĭda, ărāra, incerta, dŭbia, &c Spes animi. Spes animum excitat, levat, accendit. Credula vitam spes fovet; & melius cras fore semper ait. Spes alit agricolas, spes sulcis semina credit: Spes etiam durâ solatur compede vinctum. *Virg.* Omnis spes Danaûm, & cœpti fiducia belli Palladis auxiliis semper stetit. Spes *optimum ac sæpe unicum in adversis solatium, pro Dea à gentilibus culta est, atque aliis Diis ætate illâ ferreâ in cœlum abeuntibus, sola in terris mansisse credita. Huic acceptum refert Ovid. quod in exilio suo variisque vitæ incommodis vitam atque animum non abjecerit l. 1. de Pont. Eleg 7. ad Gracinum;*

Spes igitur menti pœnæ, Græcine, levandæ
Non est ex toto nulla relicta mihi.
Hæc Dea, cùm fugerent sceleratas Numina terras,
In Diis invisa sola remansit humo.
Hæc facit, ut videat cùm terras undique nullas,
Naufragus in mediis brachia jactet aquis.
Me quoque conantem gladio finire dolores
Arguit, injecta continuitque manu.
Quid quæ facis? lacrymis opus est, non sanguine, dixit.
Sæpe per has flecti Principis ira solet.
Quamvis est igitur meritis indebita nostris,
Magna tamen spes est IN BONITATE DEI.

SPE-

SPERARE

Spem animo fovere, alere, concipere, habere, agitare. Sperare meliora Sperare salutem: afflictis melius confidere rebus. *Sen.* Meliora mente concipe, atque animum excita. Dum spiras, sperare licet. *Ovid.* Spe trahor exigua, quam tu mihi demere noli. Tristia leniri numina posse Dei. *Horat.* Non, si male nunc, sic & olim erit. Spe lactari, duci, capi. Spes mihi magna subit. Subitâ spe fervidus ardet. Quâ spe, inimica in gente moratur? *Ovid.* Sperabam tamen, atque animo mea vota fovebam. *Virg.* Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum, *&c.*

SPEM *in aliquo collocare.*

HUC *spectant loquendi* FORMULÆ, *quibus aliquem appellamus.* Rerum *vel* fortunarum nostrarum Tutelam, Anchoram, Auram, Portum, Aram, Perfugium, &c. *Ovid.* Tu quoque nostrarum quondam fiducia rerum, Qui mihi portus eras. Tu laceræ remanes anchora sola rati. Rerum tutela mearum. Nostris portus & aura malis. *Sen.* ——— tu lapsæ domûs Firmamen, unum lumen afflicto malis. Omnis in te spes sita est: in te domus inclinata recumbit, &c. *Ovid.* Tu columen vitæ, præsidiumque meæ. *Id.* Unica fortunis ara reperta meis, i. e. *perfugium sive asylum. Nam* Aræ *apud Veteres sacrosancta sive inviolata: nec fas erat quemquam, qui ad illas confugisset, inde abstrahere. Ex qua religione (apud Virg. l. 2. Æn) Hecuba cum filiabus, imminente Pyrrho, ad Aram Jovis Hercæi confugit, eodemque imbellem Priamum invitat his verbis:*

Huc tandem concede: hæc ARA tuebitur omnes.

SPERARE *frustra.*

Spe *Ep.* ĭnāni, văcuā, cădūcā, irrĭtā, falsā, mendāci, fallāci, crēdŭlā, animum pascere, lactare, *&c.* Spem inanem animo haurire, concipere, nutrire. Inani spe suspensum frustrari, eludi, decipi. ——spe multum captus inani. Vanâ credulitate animum fovere. *Sen.* O spes amantûm credula! ô fallax amor! *Virg.* ———sed illos Exspectata seges vanis elusit aristis: *vide suprà* FALLAX *fol.* 245.

SPEM *abjicere* sive *desperare.*

Nullam sperare salutem. Diffidere rebus. Nullam ultrà spem habere, in armis ponere, *&c* Omnis spes abiit, fugit, deserit. Nulla spes *vel* salus superest, restat. Nec spes opis ulla dabatur. *Virg.* Absumpta salus, nec spes jam restat Iuli. Nec mihi jam patriam antiquam spes ulla videndi. Spes omnis

mnis adempta. Funditus occidimus, &c. *Ovid. à contrario*: Sæpe aliquem solers medicorum cura relinquit, Nec spes huic vena deficiente cadit. Hæc Dea quàm multos, laqueo sua colla ligantes. Non est propolita passa perire nece.

SPONTE.

Nullo cogente. Nullis urgentibus. Ipse volens facilisque sequetur. Nulli hominum cogentibus ipsæ Sponte sua veniunt. Ultroque dedere Sufficiunt nullo mandante tributa. Sponte sua multò fieri meliora videres.

SPUMA, SPUMARE.

Ep. Alba, albens, albĭda, cāna, nătans, fervens, tŭmens, *&c.* Spumas agere, ejicere. Spumescere: spumis tumentibus albescere. *Ovid.* Spumaque pestiferos circumfluit albida rictus Fumida rauco stridore spuma fluit, æstuat Objectæ salsa spumant aspergine cautes. ——— si nostra tuo spumescant æquora remo. *Virg. de aheno exundante*: ——— magno cum flamma sonore Virgea suggeritur costis undantis aheni; Exultant æstu latices, furit intus aquai Fumidus atque altè spumis exuberat amnis.

STABULUM.

Ep. Clausum, mūnītum, tūtum, septum, lătum, pingue *&c.* *Virg.* 3. *Georg. de equo*: Ferre rotam, & stabulo frenos audire sonantes. *Ecl.* 6. *de tauro*: ——— armenta secutum Perducant aliqua stabula ad Gortynia vaccæ: *Id. de ovibus*: Cogere oves stabulis, *Ov.* Non procul à stabulis audet discedere, si qua Excussa est avidi dentibus agna lupi. *Virg.* Quamvis multa meis exiret victima septis. *Vides* stabulum *generaliter dici de locis, in quibus armenta gregesque consistunt.* Ovile *verò &* caula *propriè sunt ovium, sicut* hara *porcorum.* *Septa.*

OVILE. *Ovid* Incustoditum captat ovile lupus. *Virg. Ecl.* ——— illius aram Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus. *Id. l.* 9. Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili, Cum fremit ad caulas. *Caula.*

HARA. *Ep.* Immunda, turpis, hŭmĭlis, obscœna, &c. *Ovid.* Et minor ex humili victima porcus harâ. *Id. de subulco*: Tertius, immundæ cura fidelis haræ, *&c.*

STATUA *sive* SIGNUM.

Ep. Aurea, aurāta, inaurāta, ærea, ăhēna, marmŏrea, cērea, sculpta, dĕcōra, *&c.* Vivis certantia vultibus æra. Æra spirantia; vultum simulantia. *Papin.* ——— fulvum vultus imitabitur aurum. *Virg.* Excudent alii spirantia mollius æra. *Simulacrum. Imago. Species.*

mol-

Effigies. Marmor. &c. — molles imitabitur ære capillos, *&c.* E Pario formatum marmore signum. Marmora cœlo laborata, formata. *Virg. l. 7.* Quin etiam veterum effigies ex ordine avorum Antiquâ ex cedro. *Papin.* Mille ibi tunc species ærisque, eborisque vetusti. Vultus auro, ebore, cerâ expressi. *Prop.* Te patiente, meæ conflavit imaginis aurum. *Lucan.* Nam quid imaginibus, quid avitis fulta triumphis Atria profuerint? Sacræ Divûm effigies. Divûm simulacra. *De quibus vide suprà* IDOLACOLENS *fol.* 206.

STATUARII AC SCULPTORES PRÆ CETERIS NOBILES.

1. PHIDIAS *Atheniensis & auctor Toreutices: à quo hæc ars Phidiaca dicta est. Ejus præcipua opera sunt Minerva Athenis & Jupiter Olympius. Mart. inter hæc etiam pisces numerare videtur l.* 3.

Artis Phidiacæ toreuma clarum
Pisces aspicis: adde aquam, natabunt.

2. POLYCLETUS, *Sicyonius, æris signis claruit; excoluitque præ cæteris Toreuticen, à Phidia inventam. Ludit in ejus Junonem. idem Martial. lib.* 10.

Junonem, Polyclete, suam nisi frater amaret;
Junonem poterat frater amare tuam.

3. PRAXITELES, *qui marmore sculpendo maximè nobilitatus est, in quo omnes superavit, Prop. lib.* 3.

Phidiacus signo se Jupiter ornat eburno;
Praxitelem Parius vindicat arte lapis.

4. LYSIPPUS, *Sicyonius, à quo solo fingi Alexander Macedo, sicut à solo pingi voluit Apelle. de quo Horat lib.* 2. *Epist.*

Edicto cavit, ne quis se præter Apellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia

5. *Adde his* SCOPAM *marmorarium insignem,* MYRONEM MENTOREM; *quorum & Martialis meminit lib.* 4.

Argenti genus omne comparasti:
Et solus veteres MYRONIS artes.
Solus PRAXITELIS manus, SCOPÆQUE,
Solus PHIDIACI toreuma cœli,
solus MENTOREOS habes labores.

STERNERE.

Sternere, humi fundere. Agmina sternere ferro. cuspidis ictu: multâ porrectum extendere arenâ. Fundere manu. Impresso genu terræ applicare. Impellere & effunde-

fundere solo. Dare ruinas, stragem. Ruere omnia latè. Ingentis turbine saxi prosternere. Vastum onus motu collabefactare. *vide sup.* EVERTERE *fol.* 224. OCCIDERE *fol.* 442.

STRAGES.

Ep. Horrenda, ingens, acerba, infanda, cruenta, sanguinea, *&c.* Strages latè edita. Strages in cumulum crescens. Confusæ stragis acervus. Exstructos morientûm calcat acervos. *Virg.* Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus Ediderit. *Idem*: Quis cladem illius noctis, quis funera fando Explicet? Cùm millia multa daret letho, gemerentq; repleti amnes ——Bella, horrida bella, Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno ——— semineccsque viros, tepidumque recenti Cæde locum. & plenos spumanti sanguine rivos. Campi ossibus albent: luxuriat sanguine pinguis humus: Alta tepefiunt permista flumina cæde. Fluminum iter cæsis tardatur corporum acervis, *&c.*

STULTUS.

Mentis inops. Mentis egens. Non sanæ mentis. Mente cæcus. Rationis egens. *Ovid.* Quicumque aspiciunt, mente carere putant. *Id. de Mida*: Pingue sed ingenium mansit, nocituraque, ut antè, Rursus erant domino stolidæ præcordia mentis. *Pers.* O curas hominum vanas, ô pectora cæca! *Hor.* Insanum te omnes pueri, clamentque puellæ. Elleboro indigens. *Horat.* Tribus Anticyris caput insanabile. ELLEBORUS *herba antiquis usitata ad levanda mentis ac capitis vitia, cujus ferax admodum fuit* Anticyra *insula*: *unde jubebant* Elleborum bibere, *aut* navigare Anticyras: *quos non sana esse mentis indicare volebant. Quales Horat. sat.* 3 *lib.* 2. *non paucos inter homines reperiri docet. etiam sapientia titulo sibi placentes*: ——————quisquis

Stolidus Fatuus, Vecors, Insanus

Ambitione malâ, aut argenti pallet amore:
Quisquis luxuriâ, tristive superstitione,
Aut alio mentis morbo calet; huc propius me,
(Dum doceo insanire omnes) vos ordine adite.
Danda est ELLEBORI multo pars maxima avaris:
Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.

SUDARE.

Sudore manare, fluere, fumare, *&c.* Fumant sudoribus artus. Sudore fluentia multo brachia. Salsusque per artus sudor iit. Salsæ cadunt de corpore guttæ. Toto corpore sudor manat, liquitur, fluit. *Virg.* ———tum creber anhelitus artus. Aridaque ora quatit, sudor fluit undique rivis.——— ossa.

——ossaque & artus Perfudit toto proruptus corpore sudor, *&c.*

SUPERBIA.

Ep. Ventōsa, vāna, tŭmĭda, turgĭda, insāna, vesāna, mălĕsāna, dĕmens, stulta, grăvis, invīsa, *&c.* Ventoso turgida flatu: Plus nimio verticem tollens. Omnia contemnens. *Prop.* Tu cave nostra tuo contemnas carmina fastu. Mentis elatæ tumor. Fastus, superbus, arrogans, impudens, impotens, freni impatiens. *Ovid.* Fastus inest illis, sequiturque superbia formam. *Claud. superbiam à Stilicone removens*: ————nec prospera status Attollunt nimios: quin ipsa superbia longè Discessit, vitium rebus solenne secundis. Animus tumidus. Spiritus alti, magni, turgidi: *Nempe instar utris vel vesicæ vento inflatæ: unde Mart. ipsam* vesicam *pro tumore sive tumido & elato scripti genere usurpavit l. 4. Epig. 37.*

A nostris procul est omnis VESICA libellis:
Musa nec insano syrmate nostra tumet.

Superbus.

Arrogans. Tumidus. &c. Fastu turgens. Rebus secundis elatus, inflatus, tumidus, tumens, turgens, tumefactus. *Mart.* Dum nimium vano tumefactus nomine gaudes. *Virg.* Tumidusque secundo Marte ruit. Animis elatus. Caput efferens, tollens, levans, *&c.* Nimium sublata secundis colla gerens. Omnes despiciens, contemnens, fastidiens, pede repellens: tumido despectans agmina fastu. Omnia magna loquens: tumidus, ferox. *Sen* ——— Trojanos tumidos facit Nimium, ac feroces. *Idem:* ——— fateor, aliquando impotens Regno ac superbus, altiùs memet tuli: Sed fregit illos spiritus, &c. *Vide suprà* SERMO INSOLENS *fol.* 360. CONTEMNERE *fol.* 167.

Superbire.

Efferri. Intumescere. &c. Animo *vel* animis efferri. Animos sublimes gerere, habere. Fastu turgere. Caput, collum, verticem efferre, altè extollere, cœlo efferre, erigere. Tollere cristas. Sumere spiritus. Attollam excelso tumefactas vertice cristas. *Sen.* Dominare tumidus, spiritus altos gere: Sequitur superbos ultor à tergo Deus. Corda vano tumore plena gerere, habere. Altè levantibus rebus intumescere. *Prop. numeris planè superbificis*: Ut nostris tumefacta superbiat Umbria libris. *Stroza:* Ventoso extollit te vana superbia flatu. Tument *vel* turgescunt pectora fastu: pectora fastus habet, possidet, inflat, *&c.* Supercilium tollere, sustollere, altè sublevare. Sublatis superciliis despi-

despicere, temnere, &c. *Non enim* Supercilium *pro gravitate tantùm aut majestate accipitur; sed etiam pro fastu sive superbia,* quæ (*verba sunt Plinii lib.* 11.) alibi conceptaculum, hic sedem habet. *Vide annotata supra fol* 278. *Iuvenalis sat.* 6. *præferens uxorem pauperem & ignobilem, diviti ac generosa & (quod hinc sequi solet) superba:*

Malo Venusinam, quàm te Cornelia, mater
Gracchorum, si cum magnis virtutibus adfers
Grande supercilium ———

SUSURRUS.

Ep. Lēnis, blandus, tĕnuis, plăcĭdus, mollis, somnĭfer, raucus, quĕrŭlus, *&c.* Tăcĭtus, arcānus, occultus, *&c.* Somnum conciliāns, faciens: Suadens inire somnos. Sibilant molli sylvæ susurro Somniferi Zephyro spirante susurri. Placidis immurmurat unda susurris. *Auson.* ——— dant murmura rivi, Somniferumque canit sepes depasta susurrum. *Vide* Fluvius *fol.* 256. Clandestinos miscere susurros. Occulto crimen mandare susurro. Auribus timidè committere. Auri immurmurare: *quod aliter Latinis dicitur,* in aurem dicere. *Quod obtrectatoribus familiare, qui non palàm aut in os, sed clanculò atque in aurem virus suum & lividam tabem effundunt, quò spectat Martialis jocus lib.* 3. *in Nestorem: sive hoc nomine detrectatorem, sive anima graviter olente hominem designet:* *Murmur.*

Auricolam Mario graviter miraris olere?
Tu facis hoc; GARRIS, Nestor, IN AURICOLAM.

SYLLOGISMUS
sive
ARGUMENTATIO DIALECTICA.

Syllogismi torti, vincti, nodosi, implexi, & *Plautinâ phrasi* contorti, plicati. Intorta enthymemata: captiosa vincula. Sophisticæ tricæ. *Prudent. Apoth.* Turbidulos sensus & litigiosa fragosis Argumenta modis concludunt. *Idem:* ——— & quos Texit Aristoteles torta vertigine nervos. *Id. contra sophistas hæreticos:* Fidem minutis dissecant ambagibus: Solvunt, ligantque quæstionum vincula per Syllogismos plectiles. Væ captiosis sycophantarum strophis, væ versipelli astutiæ: Nodos tenaces recta rumpit regula, Infessa dissertantibus, *&c.* Argumentorum vincula, retia. Chrysippæum acumen *à Chrysippo philosopho, stoicorum acutissimo: cujus inventum est Argumentationis genus, quod* Sorites *Dialecticis dicitur, Latinè* coacervatio. *De quo Persſat ult.*

Juventus, Chrysippe, tui finitor ACERVI.

T.

TABES.

Ep. Dīra, fūnesta, pallĭda, crūdēlis, lenta, fluens, *&c.* Tabes viscera incendit, exedit, consumit, conficit, *&c.* Nigrâ distillant inguina tabe. Gliscit per viscera tabes. *Virg.* Hic quos durus amor crudeli tabe peredit. *Claud.* Livida tabes invidiæ, *&c.*

TAPETES.

Ep. Picti, pictūrāti, pulchri, purpŭrei, magnĭfici, suspensi, sŭperbi, Assyrii, ălexandrīni, Attălĭci, Barbărĭci, &c. *Virg. l. 7.* Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis. *Idem* 1. *Æn.* Julæis tum se regina superbis Aurea composuit sponda. *Papin.* 1. *Theb.* ——— —auroque sonantes Emunire toros, aliosque inferre tapetas. Aulæa multiplici colore variata: docta manu picta: Assyria acu laborata. Barbara fulgentes velant aulæa penates. *Prop l.* 1. Porticus aulæis nobilis Attalicis. AULÆA *sive tapetes, quibus procerum aula exornantur, primus Attalus Rex Asiæ invenisse fertur. In his texendis excelluerunt olim Babylonii & Alexandrini: nunc Belgium nostrum hanc laudem cæteris gentibus præripit, & in eo principum sedes Bruxella.* Aulæa *interdum* Barbara & Barbarica *appellari reperies cum respectu ad Attalum vel ipsam Asiam: cujus pars Phrygia, Græcis ante alias* Barbaria *dicta: unde est apud Virgilium* Barbaricum aurum, *i. e. Phrygium, &* Barbaricæ vestes, *i. e acu picta, nam eas primi invenerunt Phryges. Inter Phryges autem Trojani, qui & Horatio Barbari in Arte:*

Fabula, quæ Paridis propter narratur amorem
Græcia Barbariæ lento collisa duello.

TEMPESTAS.

Ep. Horrĭda, atrox, sæva, aspĕra, fœda, nigra, ātra, viŏlenta, *Hiems.* fĕra, turbĭda, nimbōsa, adversa, mălĭgna, naufrăga. Fretum turbans, tundens, à fundo eruens. Hiems tristis, aspera, nimbis & grandine fervens: stridentibus horrida nimbis. *Ovid. Met.* Aspera crescit hiems, omnique à parte feroces Bella ferunt venti, fretaque indignantia miscet. *Sil.* Fertur ab immenso tempestas turbida cælo, Nigrantesque globos, & turbida nubila torquens. *Virg* It toto turbida cœlo tempestas. *Ovid. variis locis*: Ipsa vides cœlum pice nigrius, & freta ventis Turbida, perque cavas vix adeunda rates ——— quantis nigrescunt æquora ventis! ——— —æquora semper Ventorum rabie, solibus orba, tument. *Virg.* 4. *Æn.* Dum pela-

go

go desævit hiems & aquosus Orion, Quassatæque rates, & non tractabile cœlum. *Horat.* Horrida tempestas cœlum contraxit, & imbres Nivesque deducunt Jovem. *Sil* Heu quænam subitis horrescit turbida nimbis Tempestas ruptoque polo micat igneus æther. *Vide supra* FULGURARE, FULMEN *fol.* 264. MARE TURBATUM *fol.* 377. NUBES *fol.* 434. PLUVIA *fol.* 480.

TEMPESTAS,

VELUT PER MEMBRA DEDUCTA, VARIORUM *poëtarum* COLLATIONE.

1. *Tenebræ & Maris horror.*

Virg 3 *Æn.* Tum mihi cæruleus supra caput astitit imber Noctem, hyememque ferens, & inhorruit unda tenebris. Involvêre diem nimbi, & nox humida cœlum Abstulit, ingeminat abruptis nubibus ignes *Papin.* 5. *Th.* Inde horror aquis, & raptus ab omni Sole dies miscet tenebras. *Lucan. l.* 5. ——— ——— latet obsitus aër Infernæ pallore domûs, nimbisque gravatus Deprimitur. —— niger inficit horror Terga maris. *Sen. Agam.* Cùm subitò Luna conditur, stellæ cadunt; In astra pontus tollitur, cœlum perit: Nox una non est, densa tenebras obruit Caligo, & omni luce subducta fretum Cœlumque miscet. *Virg.* 1. *Æn* Eripiunt subitò nubes cœlumque diemque Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra.

2. *Imber, Tonitru, Fulmen.*

Sil. Heu quænam subitis horrescit Turbida nimbis Tempestas, ruptoque polo micat igneus æther. —— simul & nubes, & grandinis iras, Fulminaque, & tonitrus, & nimbos conciet atros: Concussi tremuêre poli. Hinc rupti reboare poli, atque hinc crebra micare Fulmina, & in classem ruere implacabile cœlum *Sen.* Premunt tenebræ lumina, & diræ stygis Inferna nox est: excidunt ignes tamen, Et nube dirum fulmen elisa micat. *Ovid. Met.* Cæcaque nox premitur tenebris hiemisque, suisque: Discutiunt tamen has, præbentque micantia lumen Fulmina: fulmineis ardescunt ignibus undæ. *Virg.* Intonuêre poli, crebris micat ignibus æther: Præsentemque viris intentant omnia mortem.

3. *Ventorum conflictus.*

Virg. 1. *Æn.* Incubuêre mari, totumque à sedibus imis Unà Eurusque, Notusque ruunt, creberque procellis Africus, & vastos volvunt ad littora fluctus. *Sen.* —— undique

que incumbunt simul, Rapiuntque pelagus infimo eversum solo, Adversus Euro Zephyrus, & Boreæ Notus. *Ovid.* —— fremunt immani murmure venti: Nescit cui domino pareat unda maris: Nam modò purpureo vires capit Eurus ab ortu, Nunc Zephyrus sero vespere missus adest: Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto, Nunc Notus adversa prælia fronte gerit.

4. *Navis concussio* atque *agitatio.*

Ovid. 1. *Trist.* Pinea texta sonant, pulsi stridore rudentes: Aggemit & nostris ipsa carina malis. *Silv. l.* 17. In geminum ruit unda latus, puppimque sub atris Æquoris aggeribus tenuis, ceu turbine mersam: Mox nigris altè pulsa exundantis arenæ Vorticibus, ratis æthereas remeavit ad auras, Et fluctus suprà vento librante pependit. *Sen.* Illam dehiscens pontus in præceps rapit Hauritque, & alto redditam revomit mare. *Ovid. Met.* Sæpe dat ingentem fluctu ratis icta fragorem: Et nunc sublimis veluti de vertice montis Despicere in valles, imumque Acheronta videtur. Nunc ubi demissam curvum circumstetit æquor, Suspicere inferno summum de gurgite cœlum. *S. Paulinus de navi lacera:* Laterumque laxis solvitur compagibus, Undasque rimis accipit: Bibit unda navem, navis undam combibit, Sorbentur & sorbent aquæ.

5. *Nautarum ac vectorum trepidatio.*

Ovid. Met. Deficit ars, animique cadunt: totidemque videntur Quot venient fluctus, ruere atq; irrumpere mortes. *Sen.* —— omnis officio stupet Navita relicto, remus effugit manus: In vota miseros ultimus cogit timor. *Ovid.* 1. *Trist.* Navita confessus gelidum pallore timorem, Jam sequitur victus, non regit arte, ratem. *Id.* Rector in incerto est, nec quid fugiátve, petatve Invenit: ambiguis ars stupet ipsa malis. Scilicet occidimus, nec spes est ulla salutis, &c. *Vide supra* NAUFRAGIUM *& ejus descriptionem fol.* 421.

TEMPESTAS SEDATA.

Dum freta mitescunt, pacantur, placantur, furorem ponunt. Silent venti: fugiunt procellæ: Sternitur æquor aquis: Sol nitet, emergunt astra: Et mundo sua forma redit, &c. *Ovid.* Dum mare pacatum, dum ventus amicior esset. *Sen.* ———— ventus abjecit minas, Placidumque fluctu murmurat leni mare. *Prop.* ——— magnos cum ponunt æquora motus Eurus in adversos desinit ire Notos. *Papin.* ——— ponunt hîc lassa furorem Æquora, & insani spi-

ſpirant clementiùs Auſtri: Hic præceps minus audet hiems, &c. *Horat. l. od.* 12. *de Caſtore ac Polluce:*——quorum ſimul alba nautis Stella (*geminum ſcil. ſidus.*) refulſit; Conciduntventi, fugiuntque nubes: Et minax, quod ſic volvere, ponto unda recumbit. CASTOR & POLLUX *olim in tempeſtate invocari ſoliti: quâ ſedatâ, cùm interdum exhalationes ignitæ in mali ſummitate, aut antennis inſtar ſtellarum ſubſiderent; adjutos ſe Pollucis & Caſtoris numine exiſtimabant. Tradit verò Plinius lib.* 11. Caſtorum ſtellas, *cùm ſimul videntur, ſalutares credi: cùm ſolitaria graves & noxias eſſe: ſororis verò* Helenæ ſtellam, *diram ſemper & infectam. Cui accedit Papin.* 3. *Sil.*

——proferte benigna
Sidera, & antennæ gemino conſidite cornu,
OEbalii fratres: longè nimboſa SORORIS
Aſtra fugate, precor, totoque excludite cœlò.

TEMPUS.

1. TEMPUS FUGAX.

Ep. Fŭgiens, fŭgĭtivum, lābens, vŏlūbĭle, mōbĭle, irrĕpărābĭle, irrĕvŏcābile, tăcĭtum: cito pede fugiens: pede lapſum fugaci: clam abiens: tacito pede labens, &c. *Virg.* Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. *Ovid* 13. *Metam.* Ipſa quoque aſſiduò labuntur tempora motu; Non ſecus ac flumen: neque enim conſiſtere flumen, Nec levis hora poteſt *Sen.* Volat ambiguis mobilis alis Hora. *Ovid* ——eunt anni more fluentis aquæ: Nec quæ præteriit curſu revocabitur unda, Nec quæ præteriit hora redire poteſt. *Id.* Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis; Et fugiunt freno non remorante dies. *Id.* Utendum eſt ætate, cito pede labitur ætas. Labitur occultè, fallitque volubilis ætas: Nec bona tam ſequitur, quàm bona prima fuit. *Auſon* Digeſſi faſtos, & nomina præpetis ævi. *Vide ſupra* ÆTAS *fol.* 8. *Annus. Hora. Dies. Ætas. Ævū.*

2. TEMPUS EDAX *ſive* VETUSTAS.

TEMPUS, *Ep.* invĭdum, ăvārum, ăvĭdum, mordax. VETUSTAS longæva, invĭdiōſa, tarda, annōſa, *&c.* Longa dies. Tēpus omnia falce metens. *Ovid.* Tempus edax rerum, tuque invidioſa vetuſtas Omnia deſtruitis, vitiataque dentibus ævi Paulatim lentâ conſumitis omnia morte. *Id.* Tabida conſumit ferrum, lapideſque vetuſtas. *Mant.* Tempus aquæductus veteres contrivit; & arcus, Et caſtella ruunt. *Iuven.* Marmora Meſſalæ findit caprificus, &c. *Horat.* Innumerabilis annorum ſeries, & fuga temporum. *Mart.* Quid non lon- *Ævū. Annꝰ. Dies. &c.*

longa dies, quid non consumitis anni? *Tib.* Longa dies homini docuit parere leones, Longa dies molli saxa peredit aquâ. *Virg.* Omnia fert ætas, animum quoque, *&c.*

3. ANTE OMNIA TEMPORA.

Ante ævum *vel* secula. Ante mundi primordia *vel* orbem conditum. Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cælum. —— tunc, cùm flammantia nondum Lumina labentem veherent mortalibus annum *Ovid.* Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan, Nec nova crescendo reparabat cornua Phœbe, *&c* Ante chaos: *si de Deo loquamur, ut Prudent. cont. Symmachum:* Qui vel principio caruit, vel fine carebit, Quique Chao anterior fuerit, mundumque crearit. —antiquior ævo. *D. Paulin. vel ut alii, Auson. de Verbo æterno ante omnem mundi constitutionem genito & rerum omnium conditore.*

Ipse Dei Verbum, Verbum Deus; anticipator
Mundi, quem facturus erat: generatus in illo
Tempore, quo tempus nondum fuit: editus antè
Quàm jubar & rutilus terram illustraret Eous.
Quo sine nil actum, per quem facta omnia: cujus
In cœlo solium, cui subdita terra sedenti
Et mare, & obscuræ chaos insuperabile noctis.

TENEBRÆ.

Ep. Cæcæ, ātræ, furvæ, nigræ, nigrantes, piceæ, spissæ, densæ, profundæ, ŏpācæ, obscūræ, horrentes, terrificæ, informes, *&c.* Nocturnæ, gĕlĭdæ, pruīnōsæ, hūmentes, quiēræ, tăcĭtæ, umbrōsæ, somnĭfĕræ, *&c.* Arcānæ, occultæ, lătebrōsæ, *&c.* Tristes, turpes, tetræ, immundæ, *&c.* Tenebræ cælum, diem, lucem eripiunt. Cælum tegunt, involvunt, obducunt, abscondunt, condunt, *&c.* Nigræ cælum eripuêre tenebræ. Cœlum spissa caligine terras pressit. *Ovid* Caligante latent astra sub æthere. *Id.* Cùm Deus occultâ latas caligine terras Occuluit. Nox ubi terribili terras caligine texit, Nox tandem optatis terras pontumq; tenebris Condidit, &c. *Sil.*

Caligo.

Umbra.

Nox.

Abstulerat terras nigrantibus hesperus umbris. *Virg.* Nox atra cavâ circumvolat umbrâ Si quos obscurâ nocte per umbram fudimus. Ibant obscuri solâ sub nocte per umbras.— Et cœcis se condidit umbris, &c. *Horat.* Prudens futuri temporis exitum Caliginosa nocte premit Deus. *Virg.* Eripiunt subitò nubes cælumq; diemq; Teucrorum ex oculis, pónto nox incubat atra. *Ita lib. 7. caliginosum fumū, quem Cacus ore evomit,* fumigeram noctem *appellat: & D. Paulinus tenebras, quibus impii in die supremi judicii se induere optabunt,* vivat noctis subfugia : *cujus hæc sunt plena elegantiæ pietatis :*

Hic

Hic metus est, labor iste, dies nè me ultimus attis
Sopitum tenebris sterili deprêndat in actu
Tempora sub vacuis ducentem perdita curis.
Nam quid agam? lentis si dum conniveo votis,
Christus ab ætheria mihi proditus arce coruscet:
Et subitis Domini cœlo venientis aperto
Præstrictus radiis, obscura & tristia noctis
Subfugia, illato confusus lumine, quæram?

TENEBROSUS. Abditus, caliginosus: caligine densus: opacâ caligine tectus: caligine densa obsitus. *Ovid Met.* Domus est imis in vallibus antri Abdita, sole carens: Tristis, & ignavi plenissima frigoris, & quæ Igne vacet semper, caligine semper abundet. *Virg. lib. 8.* —— Caci detecta apparuit ingens Regia, & umbrosæ penitus patuêre cavernæ. *Vide* CARCER *fol.* 136. Nox *fol.* 433. *Obscurus. Opacus. Umbrosus.* &c.

TERMINUS.

Ep. Certus, immōtus, fixus, rectus, longus, săcer, *&c.* Limes agro positus campis defixus. Arbiter populis lapis: agros dividens, discernens, dirimens, separans, &c. *Virg. l.* 12. Saxum antiquum, ingens, campo quod forte jacebat Limes agro positus, litem ut discerneret arvis. *Tibull.* ——fixus in agris, Qui regeret certis finibus arva lapis. *Sen.* —— ——nullus in campo sacer Divisit agros arbiter populi lapis. NUMA *Pompilius cùm agrum publicum populi Rom & privatum certis finibus terminisque conscripsisset; jussit, ut finibus quisque suis* lapides *apponerent, quos nulli refodere fas esset, eosque* Jovi terminali *consecravit, & statis sacris (quæ inde* Terminalia *dicta) quotannis coli voluit. Ovid.* 2. *Fast.* *Limes.*

—— ——solito celebretur honore,
Qui Deus indicio separat arva suo.
TERMINE, sive LAPIS, sive es defossus in agro
STIPES; ab antiquis tu quoque nomen habes, *&c.*

Terminos ponere.

Humum limite signare: campum limite partiri, dividere, separare, disterminare. *Auson.* —— —— Gallica certus Limes ab Ausoniis disterminat arva colonis. Limitibus certis discernere. Certis finibus coërcere. Metas ponere. *Virg* His ego nec metas rerum, nec tempora pono, *&c.*

TERRA.

Ep. Omnĭpŏtens alma, omnĭfĕra, multĭpăra, dædăla, fœcunda, fĕrax, fertĭlis, bĕnigna, dīvĕs, ŏpŭlenta, *&c.* Fœcunda benigno partu; innumeras effundens opes: frugiferum pan- *Tellus.*

dens sinum. Omniparæ telluris opes. Nox omnis fert omnia tellus, *&c.* Pinguis humus: pingue solum. Florida ridet humus. Aspice, quos submittit humus formosa colores. *Horat.* Udam spernit humum fugiente pennâ. *Ovid.* Aut in graminea ponere corpus humo. *Id.* Quâ latam Nereus cærulus ambit humum, &c. *Ovid.* Pulvereumque solum pede pulsavêre bisulco. *Sen* Colonus agros puberis tondens soli, &c. *V. suprà* AGER *fol.* 10. SOLUM *Latinis dicitur, quidquid alteri subjacet: maximè autem Terra, quæ* solidissima *est atque omnia sustinet. Hinc Virg l.* 5. *mare appellavit* solum *respectu navis*: Subtrahiturque solum, &c. *Ovid.* 1. *Met. cœlum appellat* solum *respectu Deorum*: Astra tenent cœleste solum, formæque Deorum. *Dicitur &* solum *pars inferior pedis, quæ aliter* solea *Lucret. l.* 4.

Humus. **Solum.**

Avia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita solo——

Terræ MOTUS.

Terra tremiscit, vacillat sub pedibus, insolitis motibus trepidat. *Virg.* Insolitis tremuerunt motibus Alpes. Et tremefacta solo tellus. ——tremere omnia visa repentè Liminaque, laurusque Dei; totusque moveri mons circum. *Sen.* Lucus tremiscit: tota succusso solo Nutavit aula, dubia quo pondus daret, Ac fluctuanti similis. *Lucan* Sub pedibus tellus cum tota vacillat, Concussæque cadunt urbes, dubiæque minantur. *Mant.* ——— ——vidisse recordor Tellurem tremere, & postes ac tecta labare.

Terræ HIATUS.

Ep Cæcus. căvus, altus, ingens, vastus, *&c.* Ingens specus, vortex, barathrum. Vastæ fauces. Vastus telluris hiatus. Terra dehiscens. *Juturna apud Virg* —ô quæ satis ima dehiscat Terra mihi, manesque deam demittat ad imos? ——— —— subitò tellus absorbet hiatu. Tremefacta cavos deducit hiatus. *Mant.* Hiantia campis Chasmata proscissis. *Sen* Dehisce tellus, recipe me dirum chaos. Palladi fauces Averni, vosque Tænarei specus, rapite in altos gurgites, *&c.*

TERROR & TERRERI.

Terrere. **Territare.**

Epit Gĕlĭdus tristis, sævus, ingens, magnus, mĭnax, insŏlĭtus, horrĭfĭcus, *&c.* Subito terrore trepidare, percelli, concuti. *Virg.* Quod si tantus habet mentes & pectora terror. Terrentur visu subito. Subitis exterritus umbris. Intremuêre undæ, penitusque exterrita tellus. *Ovid. Met.* Attonitum

tantæ

tantæ subito terrore ruinæ Humanum genus est, totusque perhorruit orbis. Gelidoque comæ terrore rigebunt. *Hor.* — — &ora pallor albus inficit, Mentésque perculsæ stupent. *Terrificare.*

Terrorem incutere.

Terrore percellere. Terroribus implere. Terrorem inferre. Movere: mente solida quatere. Mentem turbare. *Virg. de Ænea patrem portante:* Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis Suspensum, & pariter comitique onerique timentem. Et turbida terret imago. *Idem*: Cæcique in nubibus ignes Terrificant animos. *L.4. de Fama*: —aut magnas territat urbes. Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent. — variis portenta Deûm terroribus obstant, &c. *Vide supra* HORROR *fol.* 283. & VISU HORRIDUM *fol.* 284. CONSCIENTIA *fol.* 166 STUPERE *fol.* 303.

THEATRUM.

Ep. Festum, ornātum, festīvum, sublīme, structūm, marmŏreum, clāmōsum, cŭneātum, magnum, *&c.* Opere ingenti sublime theatrum. *Virg.* 1. *Æn.* ————hīc alta theatris Fundamenta locant alii, immanésque cōlumnas Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris *Ovid.* Sic ubi tolluntur festis aulæa theatris Tunc neque marmoreo pendebant vela theatro, &c. *Iuven.* Quidve refert magni sedeat quâ parte theatri. Clamosi turba theatri, *&c.*

TIMOR.

Ep. Anxius, sollĭcĭtus, vĭgil, dŭbius, suspensus, anceps, *&c.* Ingens, magnus, ācer, tristis, exsanguis, gĕlĭdus, pallĭdus, albus, horrĭdus, trĕpĭdus, pāvĭdus, *&c.* Imbellis, dĕgĕner, fœmĭneus, turpis, ignāvus, languens, *&c.* Pessimus in dubiis augur timor. Malus interpres rerum metus. Curas gignens: semper anxius: expers quietis, insomnis, sollicitus. Omnia solliciti sunt loca plena metûs. *Sen.* Prona est timori semper in pejus fides. *Ovid. Ep* 13. ———nos anxius omnia cogit Quæ possunt fieri, facta putare, timor. Timor pedes ad fugam excitat, urget. *Virg.* ——fugit ilicet ocyor Euro, Speluncamque petit: pedibus timor addidit alas Formido pectus constringens, glacians. *Papin.* Stupet inscius, alto Corda metu glaciante, *&c.* *Metus. Pavor. Formido*

TIMERE ALIQUEM *vel* ALIQUID, *variis synonymis elatum.*

Anxio metu torqueri: Anxia gerere corda. Cuncta timere. Partes in omnes animum versare. &c. *Virg.* — timeo *Pertimere.*

Metuere. Permetuere. Reformidare. Vereri. Pavere. Trepidare. Tremere. Tremiscere. Horrere. Perhorrescere.

meo Danaos & dona ferentes. *Prop.* Vix timeat salvo Cæsare, Roma Jovem. *Ovid* Pertimuitque sonos, propriaque exterrita voce est. *Prop.* Expertæ metuens jurgia sævitiæ. *Virg.* 2. *Æn* Et pœnas Danaum, & deserti conjugis iras Permetuens. *Ovid.* 2. *P.* Membra reformidant mollem quoque sauciâ tactum; Vanaque sollicitis incitat umbra merum. *Virg. lib.* 9.——equidem de te nil tale verebar. Vereor quo se Junonia vertant hospitia. *Vide suprà* DUBITARE *fol.* 226. SOLLICITUS *fol.* 532.

Horat. Epod. ——— ut pavet acres Agna lupos, capreæque leones. *Id.* 1. *od.* ——— nec muliebriter expavit ensem. *Iuven sat.* 10. Nocte iter ingressus gladium, contumque timebis, & motæ ad lunam trepidabis arundinis umbram. *Virg. lib.* 8. Te stygii tremuêre lacus. ——— sonitumque pedum vocemque tremisco. *Ovid.* Tranquillas etiam naufragus horret aquas. *Id.* Cumque perhorreret casus pars maxima nostros. *Horat.* 2. *od.* ——— Navita Bosphorum perhorrescit, &c.

TIMORIS.

VARIA SIGNA *sive* EFFECTUS.

1. FRIGUS. *Virg.* 3. *Æn.* At sociis subitâ gelidus formidine sanguis Diriguit. *Ovid.* Pertimui, nec adhuc tantum scelus esse putabam, Sed tamen in toto pectore frigus erat. Et gelidum subito frigore pectus erat. Frigidior glacie, semianimisque fui. Heu toto sanguis corpore nullus erat, &c.

2. PALLOR. *Ovid.Met.* ——— domum Philomela nefandum Horruit infelix, totoque expalluit ore. *Id.* Palluit, & subitò sine sanguine frigida sedit Pavidus cum mente colorem Perdiderat, &c. *Vide supra fol.* 457.

3. SUDOR. *Virg.* 3 *Æn.* Tum gelidus toto manabat corpore sudor *Id. lib.* 7. Olli somnum ingens rupit pavor, ossaque & artus Perfudit toto proruptus corpore sudor. *Ovid.* 3. *Eleg* Mens abit, & morior; quoties——perque meos artus frigida gutta fluit, &c.

3. HORROR. *Ovid.* Obstupui gelidusque comas erexerat horror. Extimui, sensique metu riguisse capillos. ——— gelidóque comæ terrore rigebant. *Lucan. lib.* 1. ——— ——— tunc perpulit horror Membra ducis: riguêre comæ, gressumque coërcens Languor in extrema tenuit vestigia ripa. *Vide supra fol.* 283.

5. TREMOR. *Horat.* Et corde, & genibus tremit. *Ovid.* Palluit & subitò genua intremuêre timore. *Sen.* Vagus per artus errat excussos tremor. *Ovid.* Attoniti micuêre

cuêre ſinus, gelidusque cucurrit. Ut mihi narraſti, dura per oſſa tremor. — pavida trepidat formidine pectus. *Id. alibi:* Et pavidi micuêre ſinus. *Quod idem eſt cum illo Senecæ:* — —& cor attonitum SALIT, Pavidumque trepidis palpitat venis jecur. MICARE *enim eſt ſalire, trepidare, palpitare inſtar luminum, quorum hic proprius motus.* Salit *autem homini cor non ſolùm in timore, ſed in gaudio quoque, ſubitò maximè atque inexſpectato. Id comicè extulit Plautus in Aulularia:*

Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram,
Atque in pectus emicare— — —

COMPARATIONES,

quibus TIMORE ANXIUS *confertur.*

PRIMÒ *cum* Agna *audito lupo & lepore canes è vepribus conſpiciente. Ovid. 5. Met.*

Quid mihi tunc animi miſeræ fuit, anne quod AGNÆ,
Si qua lupos audit circum ſtabula alta frementes:
Aut LEPORI, qui vepre latens hoſtilia cernit
Ora canum, nulloſque audet dare corpore motus.

SECUNDÒ *cum* agna *iterum & cervo; illa lupis, hoc urſis circumdato. Ovid. 3. Triſt.*

Utque fugax avidis CERVUS deprênſus ab urſis,
Cunctave montanis ut pavet AGNA lupis,
Sic ego belligeris à gentibus undique ſeptus
Terreor, hoſte meum pænè premente latus.

TERTIÒ *cum* columba & cerva, *hæc tigridem, illa accipitrem fugiente. Sil l. 5.*

Tum verò aſpiceres pavitantem, & condere ſeſe
Nitentem ſociis juvenem: ceu tigride CERVA
Hircana cum preſſa tremit; vel territa pennas
Colligit, accipitrem cernens in nube COLUMBA.

Vide SOLLICITUS *fol.* 532.

COMPARATIONES,

quibus METU TREMENS *confertur.*

PRIMÒ *cum* mari *leni aura criſpato; & fraxini* virga. *Ov.* 11.

Ut mare fit tremulum, tenui cum ſtringitur aura;
Ut quatitur tepido fraxina virga Noto:
Sic mea vibrari pallentia membra videres.
Quaſſus ab impoſito corpore lectus erat.

SECUNDÒ *comparari poteſt cum* ſegete, ariſtis, canna, paluſtri, frondibus. &c. *vento quolibet agitatis. Ovid. Ep.* 14.

Utque levi Zephyro graciles vibrantur ariſtæ;
Frigida populea ut quatit aura comas:

Aut

Aut sic, aut etiam tremui magis ———

COMPARATIONES,

quibus TIMORE FUGIENS *confertur.*

PRIMÒ *cum* Dama *audito lupo. Ovid.* 3. *Fastor.*

———tunicâ velata recincta
Currit, ut auditis territa DAMA lupis.

SECUNDÒ *cum* cerva *circumventa lupis. Papin. l.* 5.

———nullum cui pectore molli
Robur, & in volucri tenuis fiducia cursu;
Præcipitat suspensa fugam, jam jamque teneri
Credit, & elusos audit concurrere morsus.

TERTIÒ, *cum* columba *aquilam*, agnâ *lupum fugiente*: *Ovid de Sabinis*:

Ut fugiunt aquilas, timidissima turba, COLUMBÆ:
Utque fugit visos AGNA tenella lupos:
Sic illæ timuere viros.———

TIMENS *vel* TIMIDUS.

Pavidus. Trepidus.

Formidine captus. Mentem formidine pressus, perculsus: ingenti motu stupefactus, tremefactus, turbatus, &c. Subita trepidus formidine. Metu mutus. Frigido exsanguis metu. Corde gelato attonitus. Terrore pavens, pavitans: semianimis, frigidior glacie, pallidior buxo, &c. *Ovid. de Phaëtonte*: Mentis inops, gelida formidine lora remisit. ——— pallentem, trepidamque, & cuncta timentem. Segnis metu: languentia turpi corda metu. Imbellis, excors, &c. *Planè dignus est observatione locus Ovidii, Sabinarum (irruentibus Romanis) trepidationem describentis: membris, ut res exigebat, crebris nec illis minùs tumultuantibus:*

Nam timor unus erat, facies non una timoris.
Pars laniat crines, pars sine mente sedet:
Altera mœsta silet, frustra vocat altera matrem:
Hæc quæritur; stupet hæc: hæc fugit; illa manet.

Timore carens.

Intrepidus.

Expers terroris. Terrore carens. Audax omnia perpeti, Animo fortis. Timere nescius. Quem nullus urget metus. Qui metum pectore excussit, ejecit, &c. *Claud.* ——— præceps audacia crevit, Cordaque languentem dedidicêre metum. *Sen.* Abest pavoris crimen ac probrum procul, Virtus qua nostra nescit ignavos metus. ——— adversus feros Audax gigantes obvias ferrem manus. *V. suprà* BELLICOSUS *fol.* 215.

fol. 215. MARTYR *fol.* 380. PERICULA ADIRE *fol.* 435. *& audi D. Paulinum adversùs omnia, quæ mortales timere solent, animum obfirmantem*:

Ignem adhibe, rimare manu mea viscera tortor:
Effugient pœnas membra soluta tuas.
Carcere si cœlo claudar, nectarque catenis;
Liber in excessu mentis ad ibo Deum.
Non metuo exilium, mundus domus omnibus una est.
Sperno famem, Domini sit mihi sermo cibus.
Si mucrone paret cervicem abscindere lictor,
Impavidum inveniet: Mors cita, pœna brevis.

TINGERE LANAM.

Aheno versare, medicare, iterare, coquere, &c. *Ovid.* Illic & Tyrium quæ purpura sensit ahenum. Tinctaque Sidonio murice lana rubet. Lanam vel vellera colore, fuco, veneno, murice tingere, medicare, fucare, incoquere, imbuere, saturare, &c. *Claud.* ——— rapiunt Tyrios ibi vellera succos, Et picturatæ saturantur murice vestes. *Vide suprà* PURPURA *fol.* 499. *Impavidus.*

TONDERE, TONSUS.

Barbam, capillos ovium vellere, tondere, detondere, manu *vel* ferro resecare, metere, demetere, curtare. *Horat.* Si curtatus inæquali tonsore capillos Occurri; rides. *Ovid.* Nec malè deformet rigidos tonsura capillos: Sit coma, sit doctâ barba resecta manu. *Virg.* 3. *Georg.* —— barbas, incanáque menta Ciniphii tondent hirci, setasque comantes. *Sil.* —— —nunc lætus in umbra Tondebat niveæ splendentia vellera, *&c.*

TONSOR. Solitus longos ferro resecare capillos. *Virg.* Quot tondente gravis quondam mihi barba cadebat. *Mart.* Vix tangente vagos ferro resecare capillos Doctus, & hirsutas excoluisse genas, *&c.*

TONITRU.

Ep. Horrendum, horrisonum, horridum, terribile, terrificum, sonorum, raucum, reboans. Horrida cœli murmura. Fragor toto cœlo reboans. Horrisonus ætheris tumultus. Fracto displosa tonitrua cœlo: fractæque tonitrua nubis. Moto strepuêre tonitrua cœlo. *Val. Flacc.* Terrificique ruunt tonitrus. *Virg.* Interea magno misceri murmure cœlum Incipit. *Ovid.* Quantus ab ætherio personat axe fragor? *Prop.* Vidistin' toto sonitus percurrere cœlo? *Virg.* Nec fulmine tanti Dissultant crepitus. *Tonitrus. Murmur. Fragor. sonitus. Crepitus.*

Tonare, tonat.

Tonitru cœlum omne ciere. Qualémve sonum, cùm Jupiter atras increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt. Ac super hæc Divûm genitor, terrasque fretumq; se Concutiens tonitru. Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto Intonuit. Jupiter strepitu exterruit orbem.

Horrifico cœlum tonat omne tumultu. Ingens fragor æthera complet Ingenti strepitu æther insonat, *Virg* Vibratus ab æthere fulgor Cum sonitu venit, & ruere omnia visa repentè, *Sen.* — stelliger mundus sonet, Flammasque & hic & ille jaculetur polus. Intonuêre poli,& crebris micat ignibus æther. Iterum atque iterum fragor intonat ingens. Tonat alti regia cœli.————tonitruque tremiscunt Ardua terrarum. *Sil* Hic subitus, scisso densa inter nubila cœlo, Erupit quatiens terram fragor,&super ipsas Bis pater intonuit geminato fulmine pugnas. *V plura suprà fol.* 547.

TRISTITIA, TRISTIS.

Mæstitia. Mœror. *Ep.* Grăvis,ăcerba, ingens, ătrox, quĕrŭla, &c. *Vide suprà* DOLOR *fol.*218 LUCTUS *fol.* 361. Tristitiæ nubes. Mœror fletu pastus, & sine sanguine pallor. Frontis contractæ nubila. Vultus dejectus. *Virg* — frons læta parum; &dejecto lumina vultu. Mœrentia pectora. Mœrens, inconsolabile vulnus Mente gerit tacita. *Horat* Fastidiosa tristis ægrimonia. *Ovid.* Utque reformidant insuetum lumina solem, Sic ad lætitiam mens mea segnis erat, &c. *Vide loca suprà notata.*

TRIUMPHUS, TRIUMPHARE.

Ep Lætus,magnĭfĭcus,sŭperbus,clārus,præclārus, sublīmis,angustus,illustris,cĕlebris,laurĭger, *&c.* Pompa triumphalis. Pompa triumphi. Pompa laurigera. *Tib. l.* 2 — novos pubes Romana triumphos Vidit, & evinctos brachia capta duces: At te victrices lauros, Messala,gerentem Portabat niveis currus eburnus equis *Ovid Met.* —cùm læta triumphum Vox canet,& longas visent Capitolia pompas, *&c.* De hoste triumphare: triumphos ad templa Deûm ducere. Niveis quadrigis invehi. Albis equis vehi. Laurigeros conscendere currus, &c. *Virg. l.* 6. Ille triumphatâ Capitolia ad alta Corintho Victor aget currum, cæsis insignis Achivis.

TRIUMPHI POMPA

BREVITER EXPLICATA.

TRIUMPHUS *Honorum, qui suffragio aut studio civium defer-*

deferrentur, summus apex; à Romulo institutus, ad extrema etiam imperii tempora perduravit. Fuit autem genus Honoris haberi solitum iis, qui imperium à populo acceptum summa cum virtute ac felicitate administrassent, nimirum ut domum redeuntes magna cum celebritate & pompa urbem inirent.

Porrò POMPA *ipsa ferè constabant in his sequentibus: ut* Senatus, *qui ad portam obviam prodierat, anteiret: tum* spolia *de hostibus capta, &* præda *omnis auri atq; argenti, & oppidorum captorum* simulacra, *& captivorum hostium* duces *victi subsequerentur: ipse Imperator* albis *quadrigis, curru* aureo *vel* eburno, laureâ *coronatus, & dextra* lauri *ramum tenens,* totaque *triumphali indutus veheretur: currum verò* Legati, *&* Tribuni *quidem in equis, & pedibus exercitus omnis* laureatus *cum* cantu *&* clamore *consequeretur: Tandem hac pompa per urbem Imperator in Capitolium pergeret, ubi taurum immolaret, ac* lauream *in sinu* Jovis *deponeret. E quibus pleraque tangit Ovid. l. 4. Trist. El. 2. de triumpho Germanico, quem operæ pretium est audire.*

Ergo omnis populus poterit spectare TRIUMPHOS,
  Cumque Ducum titulis OPPIDA capta leget:
VINCLAQUE captivâ Reges cervice gerentes
  Ante coronatos ire videbit equos:
Et cernet vultus aliis pro tempore versos;
  Terribiles aliis, immemoresque sui.
Quorum pars caussas, & res, & nomina quæret:
  Pars referet, quamvis noverit illa parum.
Hic, qui Sidonio fulget sublimis in ostro,
  Dux fuerat belli: proximus ille duci.
Hic, qui nunc in humo lumen miserabile fixit;
  Non isto vultu, cùm tulit arma, fuit.
Ille ferox, & adhuc oculis hostilibus ardens;
  Hortator pugnæ, consiliumque fuit, *&c.*
Hic LACUS, hi MONTES, hæc tot CASTELLA, tot AMNES,
  Plena feræ cædis, plena cruoris erant.
Cornibus hic fractis viridi malè tectus ab ulva,
  Decolor ipse suo sanguine RHENUS erat:
Crinibus en etiam fertur GERMANIA passis,
  Et ducis invicti sub pede mœsta sedet.
Collaque Romanæ præbens animosa securi,
  Vincula fert illa, qua tulit arma, manu.
Hos super in CURRU Cæsar victore veheris,
  PURPUREUS populi ritè per ora tui.
Quaque ibis, manibus circumplaudêre tuorum,
  Undique jactato flore tegente vias, Tem-

Tempora Phœbeâ LAURU cingentur: Iôque
Miles, Iô, magnâ voce, TRIUMPHE canet.
Ipse sono plausuque simul, tremitque calentes
QUADRIJUGOS cernes sæpe resistere equos.
Inde petes ARCEM, & delubra faventia votis:
Et dabitur merito LAUREA voti Jovi, *&c.*

TURBA HOMINUM.

sive

MULTITUDO VARIA.

Caterva Agmen Cohors. *Epit.* Densa, condensa, magna, nŭmĕrōsa, &c. *Virg.* 1. *Æn.* Regina ad templum formâ pulcherrima Dido Incessit, magnâ juvenum stipante caterva. *Libro* 2. Primus ibi ante omnes, magnâ comitante catervâ, Laocoon ardens summa decurrit ab arce. *Idem l.* 6. Quive viri tanto complêrint agmine ripas. *Idem l.* 7. —vocat agmina sæva sororum. *Libr.* 6.

Manus. Globus. Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi. ——juvenum manus emicat ardens: *Idem lib.* 7. Quis globus, ô cives caligine volvitur atrâ? Hostis adest. *Verùm observa* Manum *ferè esse militum;* Globum *multitudinis in unum velut conglobatæ.*

Grex. *Prop.* Custodum gregibus seu cum se stipat euntem.

Cœtus. *Sen. Herc. fur.* ——— —en ultrò vocat Omnis Deorum cœtus, & laxat fores. *Virg.* 1. *Æneid.* Læto regalia cœtu Atria complentur. *Id. lib.* 5.——socios in cœtum littore ab

Concio. omni Convocat Æneas, tumulique ex aggere fatur, *i.e. concione advocata ex altiori loco verba facit. Est autem* Concio *Latinis etiam ipsa populi multitudo convocata, quæ aliàs (quòd*

Corona. *oratorem* coronet, *id est, in orbem cingat)* Corona *dicitur. Horat. l.* 2 *od. ut frequentiam designet,* Densum humeris vulgus *appellat. Ovid.* 13. *Met.* Consedere duces, & vulgi stante coronâ, *&c.*

Chorus. CHORUS *Cœtus est choreas ducentium. Hinc ferè* virginum *multitudini datur, vel etiam* Poëtarum, *unde est apud Horatium* Vatum chorus *&* chorus scriptorum *Jactant enim poëtæ in Parnasso se non solùm cum Musis versari, verùm etiam iis manum jungere, & choreas ducere. Ita Propert. l.* 1.

Me juvat in prima coluisse Helicona juventa,
Musarumque choris implicuisse manus.

TURBAM VITARE,

five

VITA SOLITARIA.

Desertis habitare locis: hominum commercia vitare: avia *vel* loca sola colere: urbes fugere & extra hominum tecta atque vias degere. *Tibull* Sic ego secretis possum bene vivere sylvis, Quà nulla humano sit via trita pede. *Virg.* Cùm vitam in silvis, inter deserta ferarum Lustra, domosque traho. ——solis exegi in montibus ævum *Sen. Hippol* Non alia magis est libera, & vitio carens, Ritusque melius vita quæ priscos colat. Quàm quæ, relictis mœnibus, silvas amat. Non illum avaræ mentis inflammat furor, Qui se dicavit montium insontem jugis. *Prud.* Fragore ab omni quem remotum, & segregem, Sprevisse tradunt criminum frequentiam, *i. e. urbium, in quibus illa frequentiora. Paulin. de S. Ioan. Bapt.* Tecta igitur sancti, quamquam immaculata, parentis Deserit, ac turbas hominum, cœtusque nocentes Effugit, ac solas loca tendit in avia terras. *Ausonius Paulinum, virum consularem ac per omnia magnum reprehendens, quòd hoc vitæ genus elegisset.* Ergò meum, patriæque decus, columenque Senati, Bibilis, aut hærens scopulis Calagorris habebit? Hic trabeam Pauline tuam, Latiamque curulem Constituis, patriosque illic sepelibis honores? Tristis egens, deserta colens ceu dicitur olim, Mentis inops, cœtus hominum & vestigia vitans Avia perlustrasse vagus loca Bellerophontes: *Verum hæc rideat, licèt Ausonii & Rutilii verbis sæculi hujus sapientia ac Bellerophontis adsidere existimet: probarunt certè viri omni ævo magni philosophi, poëtæ ac sanctissimi Anachoretæ: Probat ipse Paulinus, quia cœlo probari noverat: cujus hæc sunt Epist. 4. ad Ausonium:*

———juvat hoc, nec pœnitet hujus
Erroris. Stultus diversa sequentibus esse
Nil moror, æterno mea dum sententia Regi
Sit sapiens——

TYRANNUS.

Ep. Sævus, trux, impius, immanis, dirus, impotens, indomitus, immitis, infandus, truculentus, atrox, sanguineus, ferus, crudelis, cruentus, torvus, horribilis, in[...]tus, invisus, *&c.* Corde ferox: visu & affatu terribilis: sanguine lætus: freni impatiens: sine lege, *vel* cui stat pro lege voluntas: flecti indocilis: nulla prece mobilis. Miserorum sanguine *vel* morte gaudens. *Iuven.* —— qui gaudet acerbo Plagarum stre-

pitu: lætus stridore catenæ. *Sen. Herc. OEt*, Cui potest solùm decus esse regni, Semper impensum tenuisse ferrum. *Prudent* ——præconum voce trementes Exanimare reos, miserorum in corpore fasces Frangere. Nunquam securus: omnia tuta timens: Cui sola instricto semper fiducia ferro *Sen.* ———rapta sed trepida manu Sceptra obtinentur: omnis in ferro est salus. *Tyrannorum voces apud eundem*: Fortuna nostra cuncta permittit mihi. Inertis est, nescire, quid liceat sibi. Tollantur hostes ense suspecti mihi: Ferrum tuetur principem. Ignes, ruinæ, noxiam turbam premant, Turpisque egestas. Malis domanda est, & gravi semper jugo Premenda, ne quid simile tentare audeat. Decet timeri, &c. *Tyrannidis notæ apud eundem.* ——— fontibus parent boni: Jus est in armis: opprimit leges timor. *Claud.* ——sors ista tyrannis Convenit; invideant claris, fortesque trucident, Muniti gladiis vivant, septique venenis; Ancipites habeant arces, terpidique minentur. *Vide supra* CRUDELIS *fol.* 178. NOTA *verò dictos olim* Tyrannos, *quoslibet Reges etiam bonos. Ex quo more Virg. l. 7. de Latini clementissimi principis regia*: ——— Laurentis tecta tyranni. *Et ibidem ipse Latinus congressum Æneæ expetere inducitur his verbis:* Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. *Postea id nomin[...] à Latinis maximè, attributum illis, qui liberum populum armis oppressissent, aut oblatam potestatem crudeliter in cives, & quasi legum vinculis soluti exercerent. Quâ notione accipitur à Seneca de Agamemnone post bellum Trojanum in patriam remeante:*

Quid rere ad animum suâpte naturâ trucem,
Trojam addidisse? Rex Mycænarum fuit,
Veniet TYRANNUS. ——— ——

V.

VALE. DICERE.

VALE supremum, ultimum, triste, durum dicere, proloqui, effari: Vix dicere: ore, voce, murmure dicere. *Ouid* Supremumque VALE pleno singultibus ore Vix dixit, Vix illud potui dicere triste VALE ——oculis abeuntem prosequor udis. Et dixi tenui murmure lingua VALE. Amicos extremum alloqui. *Ouid.* [...]ipe supremo dictum mihi forsitan ore; Atque tuis distent ut mea fata, VALE. *V. suprà* LITTERAS FINIENDI FORMULÆ *fol.* 356.

VALLIS.

Ep. Căva, profunda, rĕducta, curva, obſcūra, occulta, ſecrē-ta, umbrōſa, ŏpāca, ſaxōſa, ſilvōſa, nĕmŏrōſa, frondōſa, virĭdis, herbōſa, *&c.* Gĕlĭda, hūmĭda, irrigua, mădĭda, *&c.* Rĕſŏna, rauca, clāmōſa, argūta, *&c.* Depreſſæ convalles. Vallis irriguæ loca. Cui vi vallium anfractus. Vallis undique ſilvis cincta: piceis, & acuta denſa cupreſſo. *Ovid.* Valle ſub umbroſa locus eſt, aſpergine multâ Humidus ex alto deſilientis aquæ, *&c.* Æſtibus in mediis umbroſam exquirere vallem, Clivoſæ madidis in vallibus Idæ. In valle reducta ſecluſum nemus Herboſis ludunt in vallibus hœdi. Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes *&c.*

VALLUM,

aliaq; Caſtrorum aut Vrbium munimenta.

1. VALLUM. *Ep* Tūtum, ſĕcūrum, forte, vălĭdum, longum, turrĭgĕrum, inexpugnābĭle, *&c.* Munimen nullo ferro frangendum: ——quod non aries impellere ſævus, Quod non ulla queat violenti machina belli. Clauſi munimina valli. *Lucan. l.* 3 —hæc patiens longo munimine cingi Viſa duci rupes; tutiſque aptiſſima caſtris. *Id. l.* 1. —— ſubitus rupti munimine ceſpitis agger Præbet ſecuros intra tentoria ſomnos, ——vaſto ſeptas videt aggere terras. *Papin.* Non ſi te ferreus agger Ambiat. *Munimenti.* *Agger.*

2. MOENIA. *Ep.* Sublīmia, āĕria, alta, excelſa, ērecta, vălĭda ſŏlĭda, fortia, turrīta, *&c.* Maxima longè mœnia: triplici circumdata muro: cœlo ſurgentia. *Virg.* ——ingentia cernes Mœnia, ſurgentemque novæ Carthaginis arcem. Ingentes murorum moles, minæ, aggeres. *Id. l.* 10. ——atque ipſis prælia miſcent Aggeribus murorum, & inundant ſanguine foſſæ. *Tib.* — ſtructis exurgunt oppida muris. ——incingere mœnibus urbes. *Claud. de Cereris regia:* Cyclopum firmata manu ſtant ardua ferro Mœnia, *&c.* *Muri*

3. Turres, *Ep.* Altæ, vălĭdæ, excelſæ, &c. *Vide ſupra Virg.* 1. *Æn.* Non cœptæ aſſurgunt turres, non arma juventus Exercet, portuſvè aut propugnacula bello Tuta parant *Id.* It clamor totis per propugnacula muris. *Lucan. l.* 2. —denſo tamen aggere firmant Mœnia, & abrupto circumdant undique vallo. Saxorumque orbes, & quæ ſuper eminus hoſtem Tela petant, altis murorum turribus aptant. *Propugnacula*

4. FOSSÆ, *Epit.* Præcĭpĭtes, prærupta, cavæ, altæ, profundæ, &c. *Ovid.* Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ

Lucan.——subita circumdedit agmina fossa. *Tib.* Qua deceat tutam castis prædu cere fossam; Quemve locum ducto melius sit claudere vallo.

Vallare.

Vallo cingere, claudere, ambire, circumdare, sepire, *&c.* Vallum ducere: ducto vallo claudere: securum præbere. *Lucan* —nulli vallarent oppida muri —ducto procul aggere valli Cingeret ignotis diffusum collibus hostem *Claud.* Exstruite immanes scopulos, attollite turres: Cingite vos fluviis, vastas opponite silvas; Non dabitis murum sceleri. *Vide supra* CIRCUMDARE *fol* 1 4.

VANITAS
RERUM HUMANARUM.

Fluxa mundi bona, falsa, fugacia, fallacia. Spes inanis, mendax: fallaci vultu blandiens: manus eludens. Rerum umbræ. falsæ imagines Gloria inanis Bullatæ nugæ. Speciosum nihil. Magnum inane. *Lipsius Epitaphio, quod vivus sibi ipse condidit:* HUMANA CUNCTA fumus, umbra, vanitas, Et Scenæ imago, & verbo ut absolvam, NIHIL. *Tamen quotusque hæc non amat? non tota mente viribusque sectatur? Quasi verò solidum aliquod in his* Bonum *obtineri possit Miseri! & quibus illud Ovidii rectè accomodaveris (de cane leporem sectante.)* ——similisque tenenti

Non tenet, & vacuos exercet in aëre morsus.

VASA VARIA.

1. DOLIUM *Ep.* Căvum, pĭcātum, cāpax, concăvum, īlignum fictĭle, *&c.* Dulci spumantia dolia musto. *Horat.* Et horna dulci vina promens dolio. *Propert. de Belidum vasis*: Dolia virgineis idem ille repleverit urnis. *Id* Dummodo purpureo spument mihi dolia musto.

2. AMPHORA *Ep.* Fictĭlis, Sămia, căva, pĭcāta, *&c.* Lyæum servans. *Horat.* Nec Lestrigonia Bacchus in amphora Languescit mihi. *Mart.* In Vaticanis condita vina cadis. *Id.* Flavaque de rubro promere mella cado. *Horat Epist.* Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu. TESTA *significat vas quodlibet fictile sive ex argilla tornatum & igne coctum, à quo testa Mart. pluribus locis* rubra *dicitur. Tales autem veterum plerumque* amphoræ & cadi, *in quibus vina condebant, & ad multos annos, ne dicam sæcula, servabant, Ovid 2. Trist.*

Cadus. *Testa.*

Alter humum, de qua finganturpocula monstrat:
Quæque, docet, liquido TESTA sit apta MERO.

3. POCULA.

Ep. Spūmantia, rōrantia, dulcia, *&c.* Aurea, lūcĭda, gemmāta, ſūperba, cælāta, Mentōrea, *&c.* Fāgĭna, iligna, fictĭlia, &c. *Vide* SCHYHUS *fol.* 412. Valido ſpumantia Baccho. Cœlo Mentoris laborata: Mentoreum opus *Prop* Leſbia Mentoreo vina bibas opere. Chare puer, madeant generoſo pocula Baccho, Et nobis pronâ funde falerna manu. Miſcere pocula. *Mart.* Dulcia Dardanio nondum miſcente miniſtro Pocula, &c. *Tib. l.* 1 Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis Pocula, de facili compoſuitque luto. *Hæc* Fictilia *tenuiorum olim erant aut frugi hominum: cùm purpurati illi ferè* auro *aut* gemmâ *biberent. Quò pertinet ſatyrici locus indicans divitum menſis periculum â veneno eſſe, extra metum verò poſitas pauperum cœnas.*

———nulla aconita bibuntur
FICTILIBUS, tunc illa time, cùm pocula ſumes
GEMMATA, & lato Setinum ardebit in AURO.

4. AHENUM.

Ep. Căvum, pătŭlum, undans, ardens, ſpūmans, fervens, *&c.* Ignibus ſubditis ſpumans. *Virg.* —magno veluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni, Exultantque æſtu latices, *&c.* Pars verubus, pars undanti deſpumat aheno *Vide ſupra* COQUERE *fol.* 118. TINGERE *fol.* 557. *Eſt autem* Ahenum *vas, in quo aqua ad varios uſus caleſit. Poëtæ frequenter tribuunt vaſi ampliſſimo, in quo tinguntur purpuræ: atque tum varia aſſumit Epitheta à populis nempe purpuræ tincturâ celebratis, ut;* Aſſyrium, Tyrium, Sidonium, &c. *Ovid.* 6 *Met.*

Illic & Dyrium quæ purpura ſenſit ahenum,
Texitur, *&c.*

VENATOR.

ATQUE HUC SPECTANTIA.

Ep. Pernix, cĭtus, præceps, gnāvus, dūrus, *&c* Frigora contemnens; jaculo inſignis, celerique ſagitta. Nemorum ſtudioſus, cædiſq; ferinæ. Venatu invigilans, Feris inſidiāns; veloces jaculo cervos curſuque fatigans, *Virg.* Venatu invigilant pueri, ſilvaſque fatigant. *Ovid.* Clarus erat Cephalus ſilvis, multæque per herbas Conciderant illo percutiente feræ. Canibus feras venari. *Virg.* Et canibus leporem, canibus venabere damam. Inſidiis curſuque feras agitare, &c. *Ovid.* Scit bene venator, cervis ubi retia tendat; Scit bene, quâ frendens valle moretur aper. *Horat. ſat.* 11. *l.* 1. Leporem venator in alta Ut nive ſectatur.

Studia exercere Dianæ. Venatu invigilare. Venatu saltus exercere. Venandi studium colere. Feras *vel* silvas fatigare. Silvas *vel* saltus canibus circumdare, venatu cingere. Per juga, per silvas, dumosaque saxa vagari. In silvas venatum ire. Venatu in silvis primos assueverat annos. *Cicero 2. Tuscul.* Pernoctant Venatores in nive, in montibus uri se patiuntur. *Hanc eorum patientiam, studio scil. fallente laborem, & Horat. commemorat. l. 1. od.*

———manet sub Jove frigido,
Venator, teneræ conjugis immemor:
Seu visa est catulis cervus fidelibus,
Seu rupit teretes Marsus aper plagas.

VENATORIS ARTES,

SIVE VARIA MUNIA:

1. *Retia tendere.*

Saltus, silvas, nemora retibus *vel* indagine cingere, circumdare, ambire, claudere. Classes, retia, plagas, lina, laqueos feris ponere, disponere, tendere. Variâ formidine cervos terrere. *Ovid.* Nunc in frondosis retia tende jugis. *Id.*: Nexilibusque plagis silvas Erymanthidos ambit. *Sen. Hipp.* Alius raras cervice gravi portare plagas, Alius teretes properet laqueos. *Ovid. 7. Met.* Venimus, & latos indagine cinximus agros: Illa (*sc. fera*) levi velox superabat retia saltu. Summaque transibat posi[illegible]rum lina plagarum.

2. *Feram vestigare.*

Juga, montes, saltus, lustra excutere. Feram canibus rimari: catulo sagace sectari. Feræ vestigia legere: pressa pedum signa sequi. *Ovid.*—pars retia tendunt: Vincula pars adimunt canibus, pars pressa sequuntur Signa pedum. *Id.* Ipse ego velocis quæram vestigia cervi, Et demam celeri ferrea vincla cani. *Sil. de cane sagaci:*—tacitoque premens vestigia rostro, Lustrat inaccessos venantū indagine saltus. LUSTRARE *propriè est ferarum* Lustra *quærere, quod faciunt canes duce odore, vestigiisque à fera relictis, unde verbum* vestigare *pro. scrutari: &* lustrare *pro obire, circuire. Prop.* Nulla meis frustra lustrantur compita plantis. *Junxit utramque vocem Virg. tacitè Æneam cum venatore comparans lib. Æneid. 12.*

———solum densa in caligne Turnum
Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.

3. *Feram excitare.*

Feram agitare, latratu *vel* clamore latebris excire, pellere. *Virg. 3. Georg.* ———volutabris pulsos silvestribus apros

Latra-

Latratu turbabis agens, montesque per altos Ingentem clamore premes ad retia cervum. *Ouid.* 10 *Met.* Forte suem latebris vestigia certa secuti Excivére canes, silvisque exire parantem Fixerat obliquo juvenis Cynereius ictu. *Ouid.* Aut pavidos terræ variâ formidine cervos: *ubi varia idem est quod versicolore. Nam* Formido *hic non pavorem significat, sed lineam venatoriam sive contextum variarum plumarum, quo feræ atque inprimis cervi terrentur, & adiguntur in retia: diciturque* Formido *ab effectu. Virg.* 3. *Georg. de Cervis in Scythia nive ac glacie impeditis:*

Hos non immissis canibus, non cassibus ullis,
Puniceæve agitant pavidos formidine pennæ.

4 *Feram canibus insequi.*

Canibus vincula *vel* copulam demere: canes hortari, monere, per juga agere. Feras cursu sequi, insequi, urgere, adurgere, premere, cursu fatigare, agitare. ——trepidos agitare in retia cervos. *Ouid.* Retia sæpe comes maculis distincta tetendi; Sæpe citos egi per juga summa canes. *Horat.* Aut trudit acres hinc & hinc multâ cane Apros, in obstantes plagas.

5. *Feram conficere.*

Feram jaculo, telo, sagittâ, hasta, hastili, cuspide, lancea figere, fodere, sternere collocare. Cominus ire feris: apros excipere. *Ouid.* Aut cadat adversa cuspide fossus aper. *Ouid.* 8. *Met. in venatu Apri Calidonii:* ——— —celerem Tegeæa sagittam Imposuit nervo, sinuatoque expulit arcu: Fixa sub aure feri summum distrinxit arundo Corpus, & exiguo rubefecit sanguine feras.— missisque duabus, Hasta prior terrâ, medio stetit altera tergo *Ibid.* Splendidaque adversos venabula condit in armos. *Mart. l. sing.* Fixisset gravidam cum levis hasta suem. *Ibid.* Ille & præcipiti venabula condidit urso: Stravit & ignota spectandum mole leonem: Et volucrem longo PORREXIT vulnere pardum *Id. l.* 5. Quot majora cadunt Nemeæo pondera monstro! Quot tua Mænalios COLLOCAT hasta sues: *ubi digna* OBSERVATU *vocis* collocare & porrigere: *quæ idem significant atque prosternere (sive quod Virg.) arena extendere, i. e. occidere. Loquendi modus à recens mortuis desumptus, quorum membra decenter componere, pedesque in longum extendere, pollinctoribus olim hodieque usitatum. Phrasi instituit inter alios Propert. l.* 2.

Viderat informem multa Patroclon arena
PORRECTUM, & sparsas cæde jacere comas.

OBSERVA *praterea feras eminus peti jaculis,lanceis, sagittis,aliisque* missilibus:*cominus verò,præcipuè in fera grandiore,putà* Apro *vel* Tauro,*proprius* Venabuli *usus est. Quod teli genus poëta ad robur ac rigorem è* corno *aut* myrto *facere solent,& cuspide* latissima *munire,à qua latitudine ingens ferrò splendor ac porrò venabulum ipsum Ovid & Martiali* splendidum *dictum Ovid. Met l 8.pulchrè exprimit habitum juvenum feram venabulo excipientium.*

Hinc APER excitus medios violentus in hostes
Fertur,ut excussis elisus nubibus ignis.
Sternitur incursu nemus,& propulsa fragorem
Silva dat:exclamant juvenes, PROTENTAQUE FORTI
Tela TENENT dextra LATO VIBRANTIA ferro.

PLURA *ad hanc materiam pertinentia colligere potes ex Animalium locis supra Titulo* CANIS *fol.27* APER *fol.26.* CERVUS, DAMA, LEO, LEPUS,&c *Hic mihi* Aprum *vide in canes ac venatores sævientem,atque nunc hos,nunc illos dente petentem,vellentem,lacerantem,apud Ovid.supra Qui locus etiam in* Tauro,Leone,Urso *describendis (paucis mutatis) pro exemplo esse potest*

Ille ruit,spargitque canes,ut quisque furenti
Obstat,& obliquo latrantes dissipat ictu.
Utque volat moles adducto concita nervo,
Cùm petit aut muros,aut plenas milite turres:
In juvenes certo sic impete vulnificus sus
Fertur,& Eupalamon,Pelagonaque dextra tuentes
Cornua,prosternit.Socii rapuêre jacentes:
At non lethiferos effugit Enæsimus ictus
Hippocoonte satus,trepidantem,& terga paventem
Reddere,succiso liquerunt poplite nervi
Forsitan & Pylius citra Trojana perisset
Tempora:sed sumpto posita conamine ab hasta,
Arboris insiliit,quæ stabat proxima,ramis;
Despexitque loco tutus quem fugerat hostem.
Dentibus ille ferox in querno stipite tritis
Imminet exitio,fidensque recentibus armis
Orithyæ magni rostro femur hausit adunco.
—geminos direxit ad inguina dentes:
Concidit Ancæus,glomerataque sanguine multo
Viscera lapsa fluunt,madefactaque terra cruore est, &c.

VENENUM.

Epit. atrum,nigrum,tetrum,tumidum, horridum, portentificum,malum,edax,nocens,dirum,sævum,impium,noxium,

xium, lethale, mortiferum, funestum, &c. Colchum, Colchicum, Thessalum, Thessalicum, Atracium, Marsum, Lernæum, Gorgoneum, Stygium, vipereum. Mortifera gramina: Lethales succi. Latices nocenti radice expressi. Horrendis infamia pabula succis. Serpentium sanies: Viperinus cruor, Vipereum fel. Veneni tabes. Tela veneno tingere, imbuere, armare. *Ovid.* Telaque vipereo lurida felle gerat. *Papin.* Scelerataque succis Spicula dirigere. *Ovid.* Nam volucri ferro tinctile virus inest. Corpora pestiferum sic tua virus edat. *Virg.* 1. *Georg.* Ille malum virus serpentibus addidit atris, &c.

Toxica dirâ manu lecta: Circes, Medeæ, novercæ, Thessalæ manu trita. *Prop. l.* 1. Et bibere è tota Toxica Thessaliâ. *Tib. lib.* 2. Quidquid habet Circe, quidquid Medea veneni. Quidquid Et herbarum Thessala terra gerit, &c. Lurida aconita: virus Echidnæ: Oris Cerberei spumæ. *Ovid* 1. *Met.* Lurida terribiles miscent aconita novercæ. NOTA *duplicis ferè generis venena esse: Aliud ab* animantibus *petitum, aliud ab* herbis *Illud in Fabulis præsentissimum habent.* 1. HYDRA *Lernæ incola, quo imbuta Herculis sagitta.* 2 MEDUSÆ *Gorgonis* & Furiarum *angues. Denique serpentes ferè omnes, de quibus fol.* 523. *Altero abundant* Pontus, Colchos & Thessalia, *in qua sunt* Atraces *populi, unde* Atracium venenum. *Toxicum. Aconitum.*

INTER *venena porrò ab Herbis petita celebria sunt* Toxicum & Aconitum. *Atq; illo quidem frequenter usi sunt Barbari ad sagittas suas imbuendas: sive inde nomen traxerit (nam* τοξευμα *Græcis sagitta est) quod verò simile videtur: sive à taxo, quasi taxicum dictum sit, quod malunt alii. De sagittis toxico imbutis Ovid.* 4. *Pont*

Aspicis & mitti sub adunco TOXICA ferro,
Et telum caussas mortis habere duas.

ACONITUM *Herba genus, sic dictum, quòd nascatur in nudis cautibus, quas (ait Plinius)* ἀκόνα *vocant. Quam nominis rationem sequitur Ovid.* 7. *Met. fab.* 21. *ubi poëtarum figmentum habes, qui volunt spumam Cerberi ab Hercule ex inferis adducti, in hanc herbam conversam.*

Hujus in exitium miscet Medea, quod olim
Attulerat secum Scythicis ACONITON ab oris.
Illud Echidneæ memorant è dentibus ortum
Esse canis, &c.

VENENUM *alicui miscere.*

In exitium alterius venena, toxica, aconita, mala gramina legere, terere, conterere, miscere. Lethiferis succis pocula inficere, vitiare, miscere. Lethales succos miscere, com-

componere. *Pap.* ——— tibiné illa nefanda Pocula, lethaleſque manu componere ſuccos Evaluit? Venena *vel* pocula veneno miſta dare, porrigere, propinare. *Tib.* Nec mea mortiferis infecit pocula ſuccis Dextera, nec cuiquam certa venena dedit.

VENENUM *bibere*.

Venenum haurire, ducere. Pocula lethalia, peſtiferos ſuccos accipere, haurire, libare, ducere, &c. *Prop.* Tetra venena libens, & naufragus ebibet undas. *Martial.* Summâ venenum potione duxiſti. ——— plenis tumuerunt guttura venis Corpus tumet omne veneno. *Ouid* 1 *Met.* Ecce ſubit virus tacitum carpitque medullas Ignis edax, calidâque incendit viſcera tabe *&c.*

VENTUS.

Ep 1. Lĕvis, cĭtus, văgus, mōbĭlis, incertus, ambĭguus, celer, vŏlans pennātus, vŏlŭcer, Æŏlius, *&c.* 2. Sŏnans, ſŏnōrus, ſŭſurrans, lŏquax, ſtrīdens, murmŭrans, ſpirans, *&c.* 3. Lēnis, tĕnuis, blandus, mollis, mitis, mulcens, ſĕrēnus, *&c.* 4. Răpĭdus, prŏcax, prŏtervus, præceps, vălĭdus, vĭŏlentus, inſānus, aſper, ſævus, trux, frĕmens, raucus, horrifer, fŭrens, crūdēlis, dūrus, ătrox, rĭgĭdus, grăvis, terrĭbĭlis, triſtis, prŏcellōſus, nĭger, nimbōſus, *&c.* 5. Plŭvius, ūdus, mădĭdus, hūmĭdus, hūmens, ăquātĭcus, nūbĭlus, nūbĭfer, nĕbŭlōſus, *&c.*

Flamina. *Flatus.* *Flabra.* *Aura.* Ventorum flamina, flatus, flabra: *vel abſolutè Virg.* Ferunt ſua flamina claſſem. ——— ceu flamina prima Cum deprenſa fremunt ſilvis, & cæca volutant Murmura. *Lucan.* Madidis reſolutæ flatibus Alpes: ——— freta circum Ferveſcunt graviter ſpirantibus incita flabris.

Virg. 3. *Æn.* Æquatæ ſpirant auræ. *Ouid.* Et levis impulſos retrò dabat aura capillos. Inde ruunt alii rapidâ velocius aurâ. ——— terraſque cita ratis attigit aurâ Aura levis rigido pendentia lintea malo Suſcitat. *Tib. l.* 1. ——— veluti nigro jactatis turbine nautis. Lenius aſpirans aura ſecunda venit. *Ouid.* Sic me ſæpe refert incerta Cupidinis aura. AURA *lenior eſt ventorum flatus. Propertius tamen lib.* 1. *pro vento etiam vehementiore accipit:*

Aſpice, quàm ſævas increpet aura minas.

Fratres Æolii *vel* Æolidæ. Ventoſa potentia. Validi vis incita venti. Venti rabies, turbo, ira, minæ, flatus murmur *&c.* Turba Æolia; potens freta tollere *vel* ponere. Maris arbitri. Æolio carcere miſſi; æquore bacchantes: ſilvis immurmurantes, immani murmure frementes. Ventorum prælia, animi diſcordia, &c. *Virg l.* 10. ——— magno diſcordes æthere venti

re venti Prælia seu tollunt, animis & viribus æquis. Non ipse inter se, non nubila, non mare cedit. *Ovid. 1. Met.* — vix nunc obsistitur illis, Cum sua quisque regat diverso flamina tractu, Quin lanient mundum: tanta est discordia fratrum.

Virg. l. de Æolia. —— loca fœta furentibus austris. Æneam credam quid enim fallacibus austris? In segetem veluti cum flamma furentibus austris Incidit, &c *Prop. l. 4* — cujus fallacia verba Non audituri diripuêre Noti. *Ovid. Ep.* Utque levi Zephyro graciles vibrantur aristæ *Id.* Uror ut indomitis ignem exercentibus Euris. Euro, Noto, Zephyro dare linteą, *i. e. navigare, Namque tam hi, quàm alii etiam venti sæpe pro quovis vento à poëtis usurpantur; in effectu nempe omnibus communi, qualis est* V. C. arborum frondes commovere: nubes, fumum, ignem agitare; verba jurantium *vel* optantium voto discerpere: vela implere, *&c.* *Austri Noti. Zephyri Euri, &c.*

CAVENDUM *verò, ne aliæ qualitates huic vel illi vento propriæ temere inter se cõfundantur.* V. C. *Ne ad frigus inducẽdũ* Notum *aut* Africum *assumas, ad nubes* Boream, ad *tempestatem* solum Zephyrum; *ad serenitatem* Notum *vel* Africum. *Denique in pugna ventorũm cavendum, ne inter se committas aliàs amicos, neq; unquam absque te sit conflicturos. Hoc verò tuto facere potes:* Alas *sive* pennas *omnibus tribuere, quas habes in Noto apud Ovid. 1. Met* madidis Notus evolat alis, *& in Borea apud eundem:*

Hæc BOREAS, aut his non inferiora locutus
Excussit PENNAS, quarum jactatibus omnis
Afflata est tellus, latumque perhorruit æquor.

IV. VENTI CARDINALES ET EORUM QUALITATES.

A summo BOREAS, NOTUS imo spirat Olympo,
Occasum insedit ZEPHYRUS, venit EURUS ab ortu.

I. VENTUS SEPTENTRIONALIS.

BOREAS *Ep.* Thracius, Threïcius, Ædonus, odrysius, Scythicus, Riphæus, Sithonius, Arctöus, *&c.* Frigidus, gelidus, algens, siccus, nubifugus, acutus, glacialis, &c. *Vide plura Epitheta supra* VENTUS *num* 4. Aquilonis animosa flabra, insani flatus, rabies, ira, *&c.* Arctoi Boreæ impetus. Flabra Boreæ. Ædonus Boreas, Rhodopes à vertice præceps; gelida bacchatus ab Arcto: turbine armatus: glacie horridus. Ab axe hyberno furens, nives spargens, &c. *Ovid.* Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto. *Sen. Agam.* Strymonius altas Aquilo contorquet nives. *Virgil. 2. Georg.* —— *Aquilo*

Hyper-

Tonare, tonat.

Tonitru cœlum omne ciere. Qualémve sonum, cùm Jupiter atras increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt. Ac super hæc Divûm genitor, terrasque fretumque Concutiens tonitru. Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto Intonuit. Jupiter strepitu exterruit orbem.

Horrifico cœlum tonat omne tumultu. Ingens fragor æthera complet Ingenti strepitu æther insonat, *Virg* Vibratus ab æthere fulgor Cum sonitu venit, & ruere omnia visa repentè. *Sen.* — stelliger mundus sonet, Flammasque & hic & ille jaculetur polus. Intonuêre poli,& crebris micat ignibus æther. Iterum atque iterum fragor intonat ingens. Tonat alti regia cœli.———tonitruque tremiscunt Ardua terrarum. *Sil* Hic subitus, scisso densa inter nubila cœlo, Erupit quatiens terram fragor,& super ipsas Bis pater intonuit geminato fulmine pugnas. *V plura suprà fol.* 547.

TRISTITIA, TRISTIS.

Mæstitia. Mœror. *Ep.* Gràvis,ăcerba, ingens, ătrox, quĕrŭla, &c. *Vide suprà* DOLOR *fol.* 218 LUCTUS *fol.* 361. Tristitiæ nubes. Mœror fletu pastus, & sine sanguine pallor. Frontis contractæ nubila. Vultus dejectus. *Virg* — frons læta parum, & dejecto lumina vultu. Mœrentia pectora. Mœrens, inconsolabile vulnus Mente gerit tacita. *Horat.* Fastidiosa tristis ægrimonia. *Ovid.* Utque reformidant insuetum lumina solem, Sic ad lætitiam mens mea segnis erat, &c. *Vide loca suprà notata.*

TRIUMPHUS, TRIUMPHARE.

Ep Lætus,magnĭfĭcus,sŭperbus,clārus,præclārus, sublīmis,angustus,illustris,cĕlebris,laurĭger, *&c.* Pompa triumphalis. Pompa triumphi. Pompa laurigera. *Tib. l.* 2 — novos pubes Romana triumphos Vidit, & evinctos brachia capta duces: At te victrices lauros, Messala,gerentem Portabat niveis currus eburnus equis *Ovid. Met.* —cùm læta triumphum Vox canet,& longas visent Capitolia pompas. *&c.* De hoste triumphare: triumphos ad templa Deûm ducere. Niveis quadrigis invehi. Albis equis vehi. Laurigeros conscendere currus, &c. *Virg. l.* 6. Ille triumphatâ Capitolia ad alta Corintho Victor aget currum, cæsis insignis Achivis.

TRIUMPHI POMPA

BREVITER EXPLICATA.

TRIUMPHUS *Honorum, qui suffragio aut studio civium defer-*

deferrentur, summus apex; à Romulo institutus, ad extrema etiam imperii tempora perduravit. Fuit autem genus Honoris haberi solitum iis, qui imperium à populo acceptum summa cum virtute ac felicitate administrassent, nimirum ut domum redeuntes magna cum celebritate & pompa urbem inirent.

Porrò POMPA *ipsa ferè constabant in his sequentibus: ut* Senatus, *qui ad portam obviam prodierat, anteiret: tum* spolia *de hostibus capta, &* præda *omnis auri atq; argenti, & oppidorum captorum* simulacra, *& captivorum hostium* duces *victi subsequerentur: ipse Imperator* albis *quadrigis, curru* aureo *vel* eburno, laureâ *coronatus, & dextra* lauri *ramum tenens,* totaque *triumphali indutus veheretur: currum verò* Legati, *&* Tribuni *quidem in equis, & pedibus exercitus omnis* laureatus *cum* cantu *&* clamore *consequeretur: Tandem hac pompa per urbem Imperator in Capitolium pergeret, ubi taurum immolaret, ac* lauream *in sinu Jovis deponeret. E quibus pleraque tangit Ovid. l. 4. Trist. El. 2. de triumpho Germanico, quem operæ pretium est audire.*

Ergo omnis populus poterit spectare TRIUMPHOS,
  Cumque DUCUM titulis OPPIDA capta leget:
VINCLAQUE captivâ Reges cervice gerentes
  Ante coronatos ire videbit equos:
Et cernet vultus aliis pro tempore versos;
  Terribiles aliis, immemoresque sui.
Quorum pars caussas, & res, & nomina quæret:
  Pars referet, quamvis noverit illa parum.
Hic, qui Sidonio fulget sublimis in ostro,
  Dux fuerat belli: proximus ille duci.
Hic, qui nunc in humo lumen miserabile fixit;
  Non isto vultu, cùm tulit arma, fuit.
Ille ferox, & adhuc oculis hostilibus ardens;
  Hortator pugnæ, consiliumque fuit, *&c.*
Hic LACUS, hi MONTES, hæc tot CASTELLA, tot AMNES,
  Plena feræ cædis, plena cruoris erant.
Cornibus hic fractis viridi malè tectus ab ulva,
  Decolor ipse suo sanguine RHENUS erat:
Crinibus en etiam fertur GERMANIA passis,
  Et ducis invicti sub pede mœsta sedet.
Collaque Romanæ præbens animosa securi,
  Vincula fert illa, qua tulit arma, manu.
Hos super in CURRU Cæsar victore veheris,
  PURPUREUS populi ritè per ora tui.
Quaque ibis, manibus circumplaudêre tuorum,
  Undique jactato flore tegente vias,

Tempora Phœbeâ LAURU cingentur: Iôque
Miles, Iô, magnâ voce, TRIUMPHE canet.
Ipse sono plausuque simul, tremitque calentes
QUADRIJUGOS cernes sæpe resistere equos.
Inde petes ARCEM, & delubra faventia votis:
Et dabitur merito LAUREA voti Jovi, *&c.*

TURBA HOMINUM,

sive

MULTITUDO VARIA.

Caterva *Agmen* *Cohors.* *Epit.* Densa, condensa, magna, nūmĕrōsa, &c. *Virg.* 1. *Æn.* Regina ad templum formâ pulcherrima Dido Incessit, magnâ juvenum stipante catervâ. *Libro* 2. Primus ibi ante omnes, magnâ comitante catervâ, Laocoon ardens summa decurrit ab arce. *Idem l.* 6. Quive viri tanto complērint agmine ripas. *Idem l.* 7. —vocat agmina sæva sororum. *Libr.* 6.

Manus. *Globus.* Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi. ——juvenum manus emicat ardens: *Idem lib.* 7. Quis globus, ô cives caligine volvitur atrâ? Hostis adest. *Verùm observa* Manum *ferè esse militum*; Globum *multitudinis in unum velut conglobatæ.*

Grex. *Prop.* Custodum gregibus seu cum se stipat euntem.

Cœtus. *Sen. Herc. fur.* ——— —en ultrò vocat Omnis Deorum cœtus, & laxat fores. *Virg.* 1. *Æneid.* Læto regalia cœtu Atria complentur. *Id. lib.* 5.—— socios in cœtum littore ab

Concio. omni Convocat Æneas, tumulique ex aggere fatur, *i.e. concione advocata ex altiori loco verba facit. Est autem* Concio *Latinis etiam ipsa populi multitudo convocata, quæ aliàs (quòd*

Corona. *oratorem* coronet, *id est, in orbem cingat)* Corona *dicitur. Horat. l.* 2 *od ut frequentiam designet,* Densum humeris vulgus *appellat. Ovid.* 13. *Met.* Consedere duces, & vulgi stante coronâ, *&c.*

Chorus. CHORUS *Cœtus est choreas ducentium. Hinc ferè* virginum *multitudini datur, vel etiam* Poëtarum, *unde est apud Horatium* Vatum chorus *&* chorus scriptorum *Jactant enim poëtæ in Parnasso se non solùm cum Musis versari, verùm etiam iis manum jungere, & choreas ducere. Ita Propert. l.* 1.

Me juvat in prima coluisse Helicona juventa,
Musarumque choris implicuisse manus,

TUR-

TURBAM VITARE,

ſive

VITA SOLITARIA.

Deſertis habitare locis: hominum commercia vitare: avia *vel* loca ſola colere: urbes fugere: extra hominum tecta atque vias degere. *Tibull.* Sic ego ſecretis poſſum bene vivere ſylvis, Quà nulla humano ſit via trita pede. *Virg.* Cùm vitam in ſilvis, inter deſerta ferarum Luſtra, domoſque traho. ——ſolis exegi in montibus ævum *Sen. Hippol* Non alia magis eſt libera, & vitio carens, Rituſque melius vita quæ priſcos colat. Quàm quæ, relictis mœnibus, ſilvas amat. Non illum avaræ mentis inflammat furor, Qui ſe dicavit montium inſontem jugis. *Prud.* Fragore ab omni quem remotum, & ſegregem, Spreviſſe tradunt criminum frequentiam, *i. e. urbium, in quibus illa frequentiora. Paulin. de S. Ioan. Bapt.* Tecta igitur ſancti, quamquam immaculata, parentis Deſerit, ac turbas hominum, cœtuſque nocentes Effugit, ac ſolas loca tendit in avia terras. *Auſonius Paulinum, virum conſularem ac per omnia magnum reprehendens, quòd hoc vitæ genus elegiſſet.* Ergò meum, patriæque decus, columenque Senati, Bibilis, aut [illegible]rens ſcopulis Calagorris habebit? Hic trabeam Pauline tuam, Latiamque curulem Conſtituis, patrioſque illic ſepelibis honores? Triſtis egens, deſerta colens ceu dicitur olim, Mentis inops, cœtus hominum & veſtigia vitans Avia perluſtraſſe vagus loca Bellerophontes: *Verum hæc rideat, licèt Auſonii & Rutilii verbis ſæculi hujus ſapientia ac Bellerophonti adſidere exiſtimet: probarunt certè viri omni ævo magni philoſophi, poëtæ ac ſanctiſſimi Anachoretæ. Probat ipſe Paulinus, quia cœlo probari noverat: cujus hæc ſunt Epiſt. 4. ad Auſonium:*

——juvat hoc, nec pœnitet hujus
Erroris. Stultas diverſa ſequentibus eſſe
Nil moror, æterno mea dum ſententia Regi
Sit ſapiens——

TYRANNUS.

Ep. Sævus, trux, impius, immanis, dirus, impotens, indomitus, immitis, infandus, truculentus, atrox, ſanguineus, ferus, crudelis, cruentus, torvus, horribilis, in[illegible]us, inviſus, *&c.* Corde ferox: viſu & affatu terribilis: ſanguine lætus: freni impatiens: ſine lege, *vel* cui ſtat pro lege voluntas: flecti indocilis: nulla prece mobilis. Miſerorum ſanguine *vel* morte gaudens. *Iuven.* —— qui gaudet acerbo Plagarum ſtre-

pitu: lætus stridore catenæ. *Sen.Herc.OEt.* Cui potest solum decus esse regni, Semper impensum tenuisse ferrum, *Prudent* ——præconum voce trementes Exanimare reos, miserorum in corpore fasces Frangere. Nunquam securus: omnia tuta timens; Cui sola instricto semper fiducia ferro *Sen.* ——rapta sed trepida manu Sceptra obtinentur: omnis in ferro est salus. *Tyrannorum voces apud eundem:* Fortuna nostra cuncta permittit mihi. Inertis est, nescire, quid liceat sibi. Tollantur hostes ense suspecti mihi: Ferrum tuetur principem, Ignes, ruinæ, noxiam turbam premant, Turpisque egestas. Malis domanda est, & gravi semper jugo Premenda, ne quid simile tentare audeat. Decet timeri, &c. *Tyrannidis notæ apud eundem.* —— fontibus parent boni: Jus est in armis: opprimit leges timor. *Claud.* ——sors ista tyrannis Convenit; invideant claris, fortesque trucident, Muniti gladiis vivant, septique venenis; Ancipites habeant arces, terpidique minentur. *Vide supra* CRUDELIS *fol.* 17?. NOTA *verò dictos olim* Tyrannos, *quoslibet Reges etiam bonos. Ex quo more Virg. l.* 7. *de Latini clementissimi principis regia:* —— Laurentis tecta tyranni. *Et ibidem ipse Latinus congressum Æneæ expetere inducitur his verbis:* Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. *Postea id nomin à Latinis maximè, attributum illis, qui liberum populum armis oppressissent, aut oblatam potestatem crudeliter in cives, & quasi legum vinculis soluti exercerent. Quâ notione accipitur à Seneca de Agamemnone post bellum Trojanum in patriam remeante:*

Quid rere ad animum suâpte naturâ trucem,
Trojam addidisse? Rex Mycænarum fuit,
Veniet TYRANNUS. ——

V.

VALE - DICERE.

VALE supremum, ultimum, triste, durum dicere, proloqui, effari: Vix dicere: ore, voce, murmure dicere. *Ovid* Supremumque VALE pleno singultibus ore Vix dixit, Vix illud potui dicere triste VALE ——oculis abeuntem prosequor udis. Et dixi tenui murmure lingua VALE. Amicos extremum alloqui. *Ovid* ...ipe supremo dictum mihi forsitan ore; Atque tuis distent ut mea fata, VALE. *V. suprà* LITTERAS FINIENDI FORMULÆ *fol.* 356.

VALLIS.

Ep. Cava, profunda, rĕducta, curva, obſcūra, occulta, ſecrē-ta, umbrōſa, ŏpāca, ſaxōſa, ſilvōſa, nĕmŏrōſa, frondōſa, viri-dis, herbōſa, *&c.* Gĕlida, hūmida, irrigua, mădida, *&c.* Rĕſō-na, rauca, clāmōſa, argūta, *&c.* Depreſſæ convalles. Vallis ir-riguæ loca. Curvi vallium anfractus. Vallis undique ſilvis cincta: piceis, & acuta denſa cupreſſo. *Ovid.* Valle ſub umbro-ſa locus eſt, aſpergine multâ Humidus ex alto deſilientis a-quæ, *&c.* Æſtibus in mediis umbroſam exquirere vallem; Clivoſæ madidis in vallibus Idæ. In valle reducta ſecluſum nemus Herboſis ludunt in vallibus hœdi. Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes *&c.*

VALLUM,

aliaq; Caſtrorum aut Vrbium munimenta.

1. VALLUM. *Ep.* Tūtum, ſĕcūrum, forte, vălĭdum, longum, turrĭgĕrum, inexpugnābĭle, *&c.* Munimen nullo ferro frangendum: ——quod non aries impellere ſævus, Quod non ulla queat violenti, machina belli. Clauſi munimina valli. *Lucan. l.* 3 —hæc patiens longo munimine cingi Viſa duci rupes; tutiſque aptiſſima caſtris. *Id. l.* 1. —— ſubitus rupti munimine ceſpitis agger Præbet ſecuros intra tentoria ſomnos, ——vaſto ſeptas videt aggere terras. *Papin.* Non ſi te ferreus agger Ambiat. *Munimen.* *Agger.*

2. MOENIA. *Ep.* Sublīmia, āĕria, alta, excelſa, ērecta, vălida ſŏlĭda, fortia, turrīta, *&c.* Maxima longè mœnia: triplici circumdata muro: cœlo ſurgentia. *Virg.* ——ingentia cernes Mœnia, ſurgentemque novæ Carthaginis arcem. Ingentes murorum moles, minæ, aggeres. *Id. l.* 10. ——atque ipſis prælia miſcent Aggeribus murorum, & inundant ſanguine foſſæ. *Tib.* —— ſtructis exurgunt oppida muris. ——incingere mœnibus urbes. *Claud. de Cereris regia:* Cyclopum firmata manu ſtant ardua ferro Mœnia, *&c.* *Muri*

3. Turres, *Ep.* Altæ, vălĭdæ, excelſæ, &c. *Vide ſupra Virg.* 1. *Æn.* Non cœptæ aſſurgunt turres, non arma juventus Exercet, portuſve aut propugnacula bello Tuta parant *Id.* It clamor totis per propugnacula muris. *Lucan. l.* 2. —denſo tamen aggere firmant Mœnia; & abrupto circumdant undique vallo: Saxorumque orbes, & quæ ſuper eminus hoſtem Tela petant, altis murorum turribus aptant. *Propugnacula.*

4. FOSSÆ. *Epit.* Præcĭpĭtes, prærūptæ, cavæ, altæ, profundæ, &c. *Ovid.* Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ

 Ei-

Lucan. ——subita circumdedit agmina fossa. *Tib.* Qua deceat tutam castis prædacere fossam, Quemve locum ducto melius sit claudere vallo.

Vallare.

Vallo cingere, claudere, ambire, circumdare, sepire, *&c.* Vallum ducere: ducto vallo claudere: securum præbere. *Lucan* —nulli vallarent oppida muri —ducto procul aggere valli Cingeret ignotis diffusum collibus hostem *Claud.* Exstruite immanes scopulos, attollite turres: Cingite vos fluviis, vastas opponite silvas; Non dabitis murum sceleri. *Vide supra* CIRCUMDARE *fol* 1 4.

VANITAS
RERUM HUMANARUM.

Fluxa mundi bona, falsa, fugacia, fallacia. Spes inanis, mendax: fallaci vultu blandiens: manus eludens. Rerum umbræ, falsæ imagines Gloria inanis Bullatæ nugæ. Speciosum nihil. Magnum inane. *Lipsius Epitaphio, quod vivus sibi ipse condidit:* HUMANA CUNCTA fumus, umbra, vanitas, Et Scenæ imago, & verbo ut absolvam, NIHIL. *Tamen quotusque hæc non amat? non tota mente viribusque sectatur? Quasi verò solidum aliquod in his* Bonum *obtineri possit Miseri! & quibus illud Ovidii rectè accomodaveris (de cane leporem sectante.)* ——similisque tenenti

Non tenet, & vacuos exercet in aëre morsus.

VASA VARIA.

1. DOLIUM *Ep.* Căvum, pĭcătum, căpax, concăvum, ilignum fictile, *&c.* Dulci spumantia dolia musto. *Horat.* Et horna dulci vina promens dolio. *Propert. de Belidum vasis:* Dolia virgineis idem ille repleverit urnis. *Id* Dummodo purpureo spument mihi dolia musto.

2. AMPHORA *Ep.* Fictĭlis, Sămia, căva, pĭcāta, *&c.* Lyæum servans. *Horat.* Nec Lestrigonia Bacchus in amphora Languescit mihi. *Mart.* In Vaticanis condita vina cadis. *Id.* Flavaque de rubro promere mella cado. *Horat Epist.* Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu. TESTA *significat vas quodlibet fictile sive ex argilla tornatum & igne coctum, à quo testa Mart. pluribus locis* rubra *dicitur. Tales autem veterum plerumque* amphoræ *&* cadi, *in quibus vina condebant, & ad multos annos, ne dicam secula, servabant, Ovid* 2. *Trist.*

Cadus.

Testa.

Alter humum, de qua finganturpocula monstrat:
Quæque, docet, liquido TESTA sit apta MERO.

3. Po-

3. POCULA.

Ep. Spūmantia, rōrantia, dulcia, *&c.* Aurea, lūcida, gemmāta, sūperba, cælāta, Mentōrea, *&c.* Fāgina, iligna, fictilia, &c. *Vide* SCHYHUS *fol.* 412. Valido ſpumantia Baccho. Cœlo Mentoris laborata: Mentoreum opus *Prop* Leſbia Mentoreo vina bibas opere. Chare puer, madeant generoſo pocula Baccho, Et nobis pronâ funde falerna manu Miſcere pocula. *Mart.* Dulcia Dardanio nondum miſcente miniſtro Pocula, &c. *Tib. l* 1 Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis Pocula, de facili compoſuitque luto. *Hæc* Fictilia *tenuiorum olim erant aut frugi hominum: cùm purpurati illi ferè auro aut* gemmâ *biberent. Quò pertinet ſatyrici locus indicans divitum menſis periculum à veneno eſſe, extra metum verò poſitas pauperum cœnas.*

———nulla aconita bibuntur
FICTILIBUS, tunc illa time, cùm pocula ſumes
GEMMATA, & lato Setinum ardebit in AURO.

4. AHENUM.

Ep. Cāvum, pătŭlum, undans, ardens, ſpūmans, fervens, *&c.* Ignibus ſubditis ſpumans. *Virg.* —magno veluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni, Exultantque æſtu latices, *&c.* Pars verubus, pars undanti deſpumat aheno *Vide ſupra* COQUERE *fol.* 168. TINGERE *fol.* 557. *Eſt autem* Ahenum *vas, in quo aqua ad varios uſus calefit. Poëtæ frequenter tribuunt vaſi ampliſſimo, in quo tinguntur purpuræ: atque tum variâ aſſumit Epitheta à populis nempe purpuræ tincturâ celebratis, ut:* Aſſyrium, Tyrium, Sidonium, &c. *Ovid.* 6 *Met.*

Illic & Dyrium quæ purpura ſenſit ahenum,
Texitur, *&c.*

VENATOR.

ATQUE HUC SPECTANTIA.

Ep. Pernix, cĭtus, præceps, gnāvus, dūrus, *&c* Frigora contemnens: jaculo inſignis, celerique ſagitta. Nemorum ſtudioſus, cædisq; ferinæ. Venatu invigilans, Feris inſidiās: veloces jaculo cervos curſuque fatigans, *Virg* Venatu invigilant pueri, ſilvaſque fatigant. *Ovid.* Clarus erat Cephalus ſilvis, multæque per herbas Conciderant illo percutiente feræ. Canibus feras venari. *Virg.* Et canibus leporem, canibus venabere damam. Inſidiis curſuque feras agitare, &c *Ovid.* Scit bene venator, cervis ubi retia tendat: Scit bene, quâ frendens valle moretur aper. *Horat. ſat.* 11. *l.* 1. Leporem venator in alta Ut nive ſectatur.

Studia exercere Dianæ. Venatu invigilare. Venatu saltus exercere. Venandi studium colere. Feras *vel* silvas fatigare. Silvas *vel* saltus canibus circumdare, venatu cingere. Per juga, per silvas, dumosaque saxa vagari. In silvas venatum ire. Venatu in silvis primos assueverat annos. *Cicero 2. Tuscul.* Pernoctant Venatores in nive, in montibus uri se patiuntur. *Hanc eorum patientiam, studio scil. fallente laborem, & Horat. commemorat. l. 1. od.*

——manet sub Jove frigido
Venator, teneræ conjugis immemor:
Seu visa est catulis cervus fidelibus,
Seu rupit teretes Marsus aper plagas.

VENATORIS ARTES,

SIVE VARIA MUNIA:

1. *Retia tendere.*

Saltus, silvas, nemora retibus *vel* indagine cingere, circumdare, ambire, claudere. Classes, retia, plagas, lina, laqueos feris ponere, disponere, tendere. Variâ formidine cervos terrere. *Ovid.* Nunc in frondosis retia tende jugis. *Id.* Nexilibusque plagis silvas Erymanthidos ambit. *Sen. Hipp.* Alius raras cervice gravi portare plagas, Alius teretes properet laqueos. *Ovid. 7 Met.* Venimus, & latos indagine cinximus agros: Illa (*sc. fera*) levi velox superabat retia saltu. Summaq; transibat posi[illegible]rum lina plagarum.

2. *Feram vestigare.*

Juga, montes, saltus, lustra excutere. Feram canibus rimari: catulo sagace sectari. Feræ vestigia legere: pressa pedum signa sequi. *Ovid.*—pars retia tendunt: Vincula pars adimunt canibus, pars pressa sequuntur Signa pedum. *Id.* Ipse ego velocis quæram vestigia cervi, Et demam celeri ferrea vincla cani. *Sil. de cane sagaci:*—tacitoque premens vestigia rostro, Lustrat inaccessos venantû indagine saltus. LUSTRARE *propriè est ferarum* Lustra *quærere, quod faciunt canes duce odore vestigiisque à fera relictis, unde verbum* vestigare *pro, scrutari: &* lustrare *pro obire, circuire. Prop.* Nulla meis frustra lustrantur compita plantis. *Junxit utramque vocem Virg. tacitè Æneam cum venatore comparans lib. Æneid. 12.*

——solum densa in caligne Turnum
Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.

3. *Feram excitare.*

Feram agitare, latratu *vel* clamore latebris exire, pellere. *Virg. 3. Georg.* —volutabris pulsos silvestribus apros Latra-

Latratu turbabis agens, montesque per altos Ingentem clamore premes ad retia cervum. *Ouid.* 10 *Met.* Forte suem latebris vestigia certa secuti Excivére canes, silvisque exire parantem Fixerat obliquo juvenis Cynereius ictu. *Ouid.* Aut pavidos terræ variâ formidine cervos: *ubi* varia *idem est quod* versicolore. *Nam* Formido *hic non pavorem significat, sed lineam venatoriam sive contextum variarum plumarum, quo feræ atque inprimus cervi terrentur, & adiguntur in retia: diciturque* Formido *ab effectu. Virg.* 3. *Georg. de Cervis in Scythia nive ac glacie impeditis*:

Hos non immissis canibus, non cassibus ullis,
Puniceæve agitant pavidos formidine pennæ.

4. *Feram canibus insequi.*

Canibus vincula *vel* copulam demere: canes hortari, monere, per juga agere. Feras cursu sequi, insequi, urgere, adurgere, premere, cursu fatigare, agitare. —trepidos agitare in retia cervos. *Ouid.* Retia sæpe comes maculis distincta tetendi, Sæpe citos egi per juga summa canes. *Horat.* Aut trudit acres hinc & hinc multâ cane Apros in obstantes plagas.

5. *Feram conficere.*

Feram jaculo, telo, sagittâ, hasta, hastili, cuspide, lancea figere, fodere, sternere collocare. Cominus ire feris: apros excipere. *Ouid.* Aut cadat adversa cuspide fossus aper. *Ouid.* 8. *Met. in venatu Apri Calydonii*: ——— —celerem Tegeæa sagittam Imposuit nervo, sinuatoque expulit arcu: Fixa sub aure feri summum distrinxit arundo Corpus, & exiguo rubefecit sanguine feras.— missisque duabus, Hasta prior terrâ, medio stetit altera tergo *Ibid.* Splendidaque adversos venabula condit in armos. *Mart. l. sing.* Fixisset gravidam cum levis hasta suem *Ibid.* Ille & præcipiti venabula condidit urso: Stravit & ignota spectandum mole leonem: Et volucrem longo PORREXIT vulnere pardum *Id. l.* 5. Quot majora cadunt Nemeæo pondera monstro! Quot tua Mænalios COLLOCAT hasta sues: *ubi digna* OBSERVATU *voces* collocare & porrigere: *quæ idem significant atque prosternere* (*sive quod Virg.*) arena extendere, *i. e. occidere. Loquendi modus à recens mortuis desumptus, quorum membra decenter componere, pedesque in longum extendere, pollinctoribus olim hodieque usitatum. Phrasi institit inter alios Propert. l.* 2.

Viderat informem multa Patroclon arena
PORRECTUM, & sparsas cæde jacere comas.

OBSERVA *praterea feras eminus peti jaculis, lanceis, sagittis, aliisque* missilibus*: cominus verò, pracipuè in fera grandiore, putà* Apro *vel* Tauro, *proprius* Venabuli *usus est. Quod teli genus poëta ad robur ac rigorem è* corno *aut* myrto *facere solent, & cuspide* latissima *munire, à qua latitudine ingens ferro splendor ac porrò venabulum ipsum Ovid & Martiali* splendidum *dictum Ovid. Met. l.* 8. *pulchrè exprimit habitum juvenum feram venabulo excipientium.*

Hinc APER excitus medios violentus in hostes
Fertur, ut excussis elisus nubibus ignis.
Sternitur incursu nemus, & propulsa fragorem
Silva dat: exclamant juvenes, PROTENTAQUE FORTI
Tela TENENT dextra LATO VIBRANTIA ferro.

PLURA *ad hanc materiam pertinentia colligere potes ex Animalium locis supra Titulo* CANIS *fol.* 27 APER *fol.* 26. CERVUS, DAMA, LEO, LEPUS, &c *Hic mihi* Aprum *vide in canes ac venatores, sævientem, atque nunc hos, nunc illos dente petentem, vellentem, lacerantem, apud Ovid. supra Qui locus etiam in* Tauro, Leone, Urso *describendis (paucis mutatis) pro exemplo esse potest.*

Ille ruit, spargitque canes, ut quisque furenti
Obstat, & obliquo latrantes dissipat ictu.
Utque volat moles adducto concita nervo,
Cùm petit aut muros, aut plenas milite turres:
In juvenes certo sic impete vulnificus sus
Fertur, & Eupalamon, Pelagonaque dextra tuentes
Cornua, prosternit. Socii rapuêre jacentes:
At non lethiferos effugit Enasimus ictus
Hippocoonte satus, trepidantem, & terga paventem
Reddere, succiso liquerunt poplite nervi
Forsitan & Pylius citra Trojana petisset
Tempora: sed sumpto posita conamine ab hasta,
Arboris insiliit, quæ stabat proxima, ramis;
Despexitque loco tutus quem fugerat hostem.
Dentibus ille ferox in querno stipite tritis
Imminet exitio, fidensque recentibus armis
Orithyæ magni rostro femur hausit adunco.
—geminos direxit ad inguina dentes:
Concidit Ancæus, glomerataque sanguine multo
Viscera lapsa fluunt, madefactaque terra cruore est, *&c.*

VENENUM.

Epit. atrum, nigrum, tetrum, tumidum, horridum, portentificum, malum, edax, nocens, dirum, sævum, impium, noxium,

xium, lethale, mortiferum, funestum, *&c.* Colchum, Colchicum, Thessalum, Thessalicum, Atracium, Marsum, Lernæum, Gorgoneum, Stygium, vipereum. Mortifera gramina. Lethales succi. Latices nocenti radice expressi. Horrendis infamia pabula succis. Serpentium sanies: Viperinus cruor, Vipereum fel. Veneni tabes. Tela veneno tingere, imbuere, armare. *Ovid.* Telaque vipereo lurida felle gerat *Papin.* Scelerataque succis Spicula dirigere. *Ovid.* Nam volucri ferro tinctile virus inest. Corpora pestiferum sic tua virus edat. *Virg.* 1. *Georg.* Ille malum virus serpentibus addidit atris, *&c.*

Toxica dirâ manu lecta: Circes, Medeæ, novercæ, Thessalæ manu trita. *Prop. l.* 1. Et bibere è tota Toxica Thessaliâ. *Tib. lib.* 2. Quidquid habet Circe, quidquid Medea veneni. Quidquid Et herbarum Thessala terra gerit, *&c.* Lurida aconita: virus Echidnæ: Oris Cerberei spumæ. *Ovid* 1. *Met.* Lurida terribiles miscent aconita novercæ. NOTA *duplicis ferè generis venena esse: Aliud ab* animantibus *petitum, aliud ab* herbis *Illud in Fabulis præsentissimum habent.* 1. HYDRA *Lernæ incola, quo imbuta Herculis sagitta.* 2 MEDUSÆ (*Gorgonis & Furiarum angues. Denique serpentes ferè omnes, de quibus fol.* 523. *Altero abundant* Pontus, Colchos *&* Thessalia, *in qua sunt* Atraces *populi, unde* Atracium venenum. *Toxicum. Aconitum.*

INTER *venena porrò ab Herbis petita celebria sunt* Toxicum *&* Aconitum. *Atq; illo quidem frequenter usi sunt Barbari ad sagittas suas imbuendas: sive inde nomen traxerit (nam* τοξευμα *Græcis sagitta est) quod verò simile videtur: sive à taxo, quasi taxicum dictum sit, quod malunt alii. De sagittis toxico imbutis Ovid.* 4. *Pont*

Aspicis & mitti sub adunco TOXICA ferro,
Et telum caussas mortis habere duas.

ACONITUM *Herba genus, sic dictum, quòd nascatur in nudis cautibus, quas (ait Plinius)* ἀκόνα *vocant. Quam nominis rationem sequitur Ovid* 7. *Met. fab.* 21. *ubi* [illegible] *poëtarum figmentum habes, qui volunt spumam Cerberi ab Hercule ex inferis adducti, in hanc herbam conversam.*

Hujus in exitium miscet Medea, quod olim
Attulerat secum Scythicis ACONITON ab oris.
Illud Echidneæ memorant è dentibus ortum
Esse canis, *&c.*

VENENUM *alicui miscere.*

In exitium alterius venena, toxica, aconita, mala gramina legere, terere, conterere, miscere. Lethiferis succis, pocula inficere, vitiare, miscere. Lethales succos miscere, com-

re venti Prælia seu tollunt, animis & viribus æquis. Non ipse inter se, non nubila, non mare cedit. *Ouid.* 1. *Met.* — vix nunc obsistitur illis, Cum sua quisque regat diverso flamina tractu, Quin lanient mundum: tanta est discordia fratrum.

Virg. l. de Æolia. —— loca fœta furentibus austris. Æneam credam quid enim fallacibus austris? In segetem veluti cum flamma furentibus austris Incidit, &c *Prop. l.* 4 — cujus fallacia verba Non audituri diripuêre Noti. *Ouid. Ep.* Utque levi Zephyro graciles vibrantur aristæ *Id.* Utor ut indomitis ignem exercentibus Euris Euro, Noto, Zephyro dare lintea, *i. e. navigare, Namque tam hi, quàm alii etiam venti sæpe pro quovis vento à poëtis usurpantur; in effectu nempe omnibus communi, qualis est* V. C. arborum frondes commovere: nubes, fumum, ignem agitare; verba jurantium *vel* optantium voto discerpere: vela implere, *&c.* *Austri Noti. Zephyri Euri, &c.*

CAVENDUM *verò, ne alia qualitates huic vel illi vento propria temere inter se cōfundantur.* V. C. *Ne ad frigus inducēdū* Notum *aut* Africum *assumas: ad nubes* Boream, *ad tempestatem* solum Zephyrum; *ad serenitatem* Notum *vel* Africum. *Denique in pugna ventorum cavendum, ne inter se committas alias amicos, neq unquam absque te sit conflicturos. Hoc verò tutò facere potes:* Alas *sive* pennas *omnibus tribuere, quas habes in Noto apud Ouid.* 1. *Met* madidis Notus evolat alis, *& in Borea apud eundem:*

Hæc BOREAS, aut his non inferiora locutus
Excussit PENNAS, quarum jactatibus omnis
Afflata est tellus, latumque perhorruit æquor.

IV. VENTI CARDINALES ET EORUM QUALITATES.

A summo BOREAS, NOTUS imo spirat Olympo,
Occasum insedit ZEPHYRUS, venit EURUS ab ortu.

1. VENTUS SEPTENTRIONALIS.

BOREAS *Ep.* Thracius, Threïcius, Ædonus, odrysius. Scythicus, Riphæus, Sithonius, Arctōus, *&c.* Frigidus, gelidus, algens, siccus, nūbifugus, acūtus, glăcialis, &c. *Vide plura Epitheta supra* VENTUS *num* 4. Aquilonis animosa flabra, insani flatus, rabies, ira, *&c.* Arctoi Boreæ impetus. Flabra Boreâ. Ædonus Boreas, Rhodopes à vertice præceps: gelida bacchatus ab Arcto: turbine armatus: glacie horridus. Ab axe hyberno furens, nives spargens, &c. *Ouid.* Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto. *Sen. Agam.* Strymonius altas Aquilo contorquet nives. *Virgil.* 2. *Georg.* —— *Aquilo*

Hyper-

Hyperboreis Aquilo cùm densus ab oris Incubuit, Scythiæque hiemes, atque arida differt Nubila, *&c.* Ille volat, simul arva fugâ, simul æquora verrens. *Horat.* Iusurgat Aquilo, qualis altis montibus Frangit trementes ilices. *Claud.* —— turbine rauco Cum gravis armatur Boreas, glacieque nivali Hispidus, & Geticâ concretus grandine pennas. *Rectè armatus & grandine concrescit: est enim ventus ferox ac turbulentus, deinde inprimis frigidus. Poëtæ præterea* siccum *faciunt & nubium hostem, quas ubique insectatur & fugat, quia nempe in iis Regionibus scripserunt, ubi eum talem experti sunt? Nam nobis Belgis nubes sæpissime & humorem adducit. Sed poëtas sequamur: è quibus hunc in modum Ovid.* BOREAM *de se loquentem inducit* 6. *Met.*

Apta mihi vis est, hâc tristia NUBILA pello,
Hac FRETA concuti, onodosaque ROBORA verto,
Induroque NIVES, & terras GRANDINE pulso,
Idem ego, cùm fratres cælo sum nactus aperto
(Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor;
Ut medius nostris concursibus insonet æther
Exiliantque cavis elisi nubibus ignes.

2. VENTUS MERIDIONALIS.

Auster. NOTUS. *Ep* Libycus, tĕpidus, tĕpens, noxius, luctĭficus, pestĭfer, grăvis, *&c.* Hūmĭdus, imbrĭfer, nūbĭlus, &c. *Vide suprà* Ventus *numero* 1 *& pro tempestate describenda numero* 4. Violentior Austri vis. Auster fulmine pollens: niger imbribus: gravis nimbis: imbres parturiens *Sen. Med.* Nō ubi hibernos nebulosus imbres Auster advexit. *Ovid. Met.* Terribilem picea tectus caligne vultum. *Papin.* 1. *Theb.* —— sed plurimus Auster Inglomerat noctem, & tenebrosa volumina torquet, Diffunditque imbres. Auster tepidus: Austri noxia flamina, *Ovid.* Lethiferis calidi spirarunt æstibus Austri. *Hic ventus nebulis & crebris imbribus ad infamiam usque laborat, de quo vide supra fol.* 571. *Preterea calidus est, ac molli quodam tepore corpus relaxat: unde passim gravis ac minimè omnium saluber audit. Quo pacto igitur Virgilius Naturæ totius scientissimus* frigidum *appellat, Georg.* 1. Frigidus ut quondam silvis immurmurat Auster? *Quia illic pro quovis vento accipit in effectu scil. generali & omnibus ventis communi, qui est* silvis instrepere. *Alias calidum esse hunc ventum adeò verum est, ut Ovid. l.* 4. *de Pont.* Austrum frigidum *inter adynata sive impossibilia recenseat* Prius, *inquit,*

Et tepidus Boreas, & sit præfrigidus Auster,
Et possit fatum mollius esse meum, *&c.*

3. VENTUS ORIENTALIS.

EURUS. *Ep.* Eōus, Nābāthæus, Phœbēus, *&c.* Trux, violentus, sævus, *&c. Vide* VENTUS *supra num.* 4. Purpureo ab ortu veniens: ab Auroræ populis spirans, sæviens. *Virg.* Lætus Eois Eurus equis. Primo levis Eurus ab ortu. Euri minæ, protervia, frigus, flatus, spiritus, flabra. *Ouid. de Æol.* Imperat & pennis, Eure proterve, tuis. Aspice, ut eversas concitet Eurus aquas. *Val. Fl.* Hispidus, & multâ flavus caput Eurus arenâ. EURUS *Ventus est semper ferè siccus atque æstate calidus, hyeme gelidissimus. Flatus ejus* Nabathæos *dixit Lucanus, lib. 4. quia ab oriente spirat.* Nabathæa *autem Regio est Arabia orientem spectans. Ouid. lib. 1. Met. Ventis cardinalibus suam cuique sedem dispertiens,* regna Nabathæa *Euro attribuit. Lucan.*

Ille suo nubes quascumque invenit in axe,
Torsit in occiduum Nabathæis flatibus orbem.

4. VENTUS OCCIDENTALIS.

ZEPHYRUS: *Ep.* Ultimus, extrēmus, vernus, mollis, tepidus, blandus, &c. *Vide supra* VENTUS *num.* 3. *&* 5. Ventorum placidissimus. Pater veris. Zephyri genitabilis auræ. Chloridis maritu. Mitis: ab orbe Hesperio lenia flabra movens: sero vespere missus: à sero vespere *vel* occiduis plagis spirans, allabens. *Ouid. Met.* Ver erat æternum, placidiquè tepentibus auris Mulcebant Zephyri natos sine semine flores. *Sil.* ——— blandisque salubre Ver Zephyris tepido mulcebat rura sereno. *Claud.* —— liquidi clementior aura Favoni. *Papin.* —— Zephyrique refecit Aura polum; redit omnis honos, emissaque florent Germiana, *&c. Claud 2. rap.* —— curvaque in valle sedentem Compellat Zephyrum: Pater ô gratissime veris. Qui mea lascivo regnas per prata volatu Semper, & assiduis irroras flatibus annum, *&c* ZEPHYRUS (*in quo olim Vir doctus tria esse blandissima dixit; litteras Z. Y. & ipsum ventum*) *Latinis à fovendo* Favonius *dictus est. Ventus in Græcia & Latio mollicellus, & omnium maximè temperatus.* Vere novo *flare consuevit. Cumq; subinde dulcibus pluviis & imbre verè aureo terram madefacit, ac primum illum solis fervorem temperat, rerum generationi egregie conducit. Hinc passim* Pater florum *&* Veneris comes *audit. Claudianus etiam* nectare *stillantem inducit lib. 2. de raptu:* *Favonius.*

—— Ille novo madidantes NECTARE pennas
Excutit ———
Quaq; volat, VERNUS sequitur color: omnis in herbas

TUR-

TURGET humus, medioque patent convexa sereno
Sanguineo splendore ROSAS. VACCINIA nigro
Induit, & dulci VIOLAS ferrugine pingit.

VENTI COLLATERALES
POETIS LATINIS USITATI

1. CORUS. *Ep* Furens, violentus, turbidus, sævus, trux, *&c. Vide supra* VENTUS *num.*4. Immani procella stridens: fuscis horridus alis. *Lucan. lib.*5. Primus ab Oceano caput exseris Atlantæo Core movens æstus. *Sen.* Admota æthereis culmina sedibus Duros excipiunt Notos, imbriferumque Corum; &c. *Sen. Agam.* Quid rapidus ora Corus Oceano exserens? *Sil.*——adverso glomeratas turbine Corus. In media ora nives fuscis agis horridus alis. *Hic aliter* CAURUS *&* CHAURUS *dicitur, atque idem est cum* Argeste, *quem Plinius ad septentrionale Zephyri latus collocat: unde & Ovidio signatè* frigidus *appellatur lib.* 5. *Fast.*

Frigidus Argestes summas mulcebit aristas.

2. AFRICUS. *Ep.* Præceps, turbidus, sævus, immitis, nimbosus, &c. *Vide* VENTUS *num.*4 *Virg.* Creberque procellis Africus. Freta concutiens, turbans: fluctus tollere potens. *Sil.* Odrysius Boreas, & Syrtim tollere pollens Africus. *Horat.* 1. *od.*—— —nec timuit præcipitem Africum decertantem Aquilonibus. *Idem:* Et malus celeri saucius Africo Antennæque gemunt. CORUS *&* AFRICUS *Zephyrum mitem ac benignum stipant velut ejus Laterones: immites ipsi, neque ulli Ventorum ferociâ cessuri.*

3. VULTURNUS. *Ventus inter* Subsolanum (*qui poëtis est* Eurus) *& Austrum sive Notum medius. Verùm hic ventus est Apuliæ proprius,* Vulturnus *incolis dictus à* Vulture *monte, Apuliæ vicino, à quo spirat: eodem modo à quo* Japyx *dictus est Calabris, ventus ab ora Iapygiâ spirans. Ceterùm* Vulturnus *ferox est, & violentus, ut malo suo didicerunt Romani pugnâ illa Cannensi: in qua Hannibal ita aciem instituit, ut ventus insflaret in ora Romanorum. Hunc verò fuisse* Vulturnum *præter Livium & Florum testis est Silius lib.*9.

Ipse caput flavum caligine conditus atra
VULTURNUS, multaque comam perfusus arenâ
Nunc versos agitat tergo STRIDENTIBUS ALIS,
Nunc mediam in frontem veniens clamante procellâ
Obvius arma quatit, patuloque insibilat ore.

4. CÆCIAS. *Ventus inter Aquilonem & Eurum medius, ab*

ortu æstivo spirans. Qui quamquam inter septentrionales numeratur, longè tamen diversam ab iis naturam habet. Nam nubes, *quas illi abigunt, hic retorto in se flexu ad se, e trahit: unde natus Senarius proverbio celebratus:*

Mala attrahens ad sese ut Cæcias nubes.


VENTORUM SEDES ATQUE OPPOSITIO.

Aquilo

sive

Boreas

SEPTENTRIO.



MERIDIES.

Notus

sive.

Auster.

Habes hic ventos num. 8. *in quibus sex sunt, quos poëtæ Latini usurpare communiter solent: nempe* 4. *principes sive cardinales (sic dicti quòd à* 4. *mundi* cardinibus *spirent)* Eurus, Boreas, Zephyrus, Notus: *& duo collaterales,* Corus *Nempe &* Africus. *Nam Vulturni prater Silium nullus admodum meminit, sicut nec Cæcia.*

Iam verò adversi *sive* contrarii *ex his dicuntur, qui diametro sive linea recta per centrum Horizontis ductâ aliter in alterum impingunt. Tales sunt ex principibus:*

Adversus Euro Zephyrus, & Boreæ Notus:

Ex collateralibus: Corus *&* Vulturnus, Cæcias *&* Africus.

Observandum *verò à poëtis collaterales sæpe ventos pro præcipuis poni, nempe vicinum pro vicino Atque inprimis* Africus *inter Notum ac Zephyrum medius, pro* Noto *accipitur apud Senecam in Hercule* OEt. *de ventorum pugna:*

— —cum Borean expulit Africus,

Aut Eurus Zephyrum —

Item apud Horatium l. 1. *oda.* 3.

——nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus————

Non damnem tamen, si quis hic dicat Aquilonē *pro* Cæcia *poni; nempe ventum præcipuum pro collaterali, vice versa. Quomodò etiam accipi possunt, qui Boream Euro opponunt, ita sc. ut* Boreas *pro* Coro, Eurus *pro* Vulturno *ponatur apud Papin. 1. Theb.*

Qualiter hinc gelidus BOREAS, hinc nubifer EURUS
Vela trahunt: nutat mediæ fortuna carinæ.

Item apud Silium Italicum: l 17.

Insequitur sublime ferens nigrantibus alis
Abruptum Boreas ponti latus, intonat ater
DISCORDI FLATU & partem rapit æquoris Eurus.

Nisi quis malit uno verbo se his omnibus expedire, dicatq; cum Lambino, Horat. suprà atque alios item poëtas more suo facere: neque admodum accuratè in describenda ventorum pugna & concertatione ventos per lineam rectam *oppositos exquisivisse.*

VENTUS RAPIDUS ET VORTICOSUS.

Turbo. TURBO *Ep.* Răpax, cĭtătus, ventōsus, intortus, præceps, viŏlentus, nimbōsus, indŏmĭtus, horrĭsŏnus, raucus, cæcus, pulvĕreus, &c. *Vide* VENTUS *numero* 4. Humum verrens: pulveream nubem, nives, undas rotans, glomerans, intor- *Procella.* quens. Vorticibus rapidis mare torquens. Procella nimbisona, picea, abrupta. Stridor procellæ. Stridens Aquilone procella. *Ovid.* Fert bene præcipites navis modo facta procellas. *Claud.* ——tumidæ subducere vela procellæ. *Lucan. l.* 5. Avulsit laceros percussa puppe rudentes Turbo rapax, fragilemque supra volitantia malum Vela tulit. *Sil. l.* 3. ——immani stridens avulsa procella Audacis rapit arma viri, volvensque per orbem Contorto rotat in nubes sublimia flatu. *Ovid.* Frangitur incursu nimbosi turbinis arbor. *Sil. l* 6. Sic ubi nigrantem torquens stridentibus Austris Portat turbo globum, piceaque è nube ruinam Pendentem, terris pariter pontoque minatur, &c. *Est autem* Turbo, *vel ventus ipse turbans & involuens, vel, ejus rotatio sive volubilitas, obvia quæque deturbans, ac secum auferens.* Procella *verò, est vis ventorum cum pluvia, dicta, quòd omnia percellat: unde* præcipitem *appellat Ov.* rapidam *Propert. l. 2. de votis inanibus.*

Hæc videam rapidas in vanum ferre procellas.

VERBERARE.

ET VARIA VERBERORUM GENERA.

VERBER: *Ep.* Sævum, crūdēle, crūdum, dūrum, rĭgĭdum, ... ātrox,

atrox, acerbum, minax, horribile, crepitans, tortum, intortum, *&c.* Verbera dare, ferre. Verbere, flagro, flagello cædere, castigare, excitare, agitare: terga *vel* latus scindere, lacerare, secare, notare. *Ovid. 2. Fast.* Qui mea crudeli laceravit verbere terga. ——spectant juvenem, Tergaque, deductâ veste, notata vident. *Tibull.* Ure meum flammâ potius caput, & pete ferro Corpus, & intorto verbere terga seca. *Sen.* ——sævæ verbera incutiant manus.

Ovidius: Sic tibi de furiis scindit latus una flagello. — rigido liventia terga flagello. *Iuven.* Nec dura timebit Flagra pati. *Id.* Rubet ille flagellis, Hic scuticâ. *Prudent.* Inde catenarum tractus, hinc lorea flagra Stridere, virgarum concrepitare fragor. *Id.* ————virgis verberent, Teneriumque duris ictibus tergum secent. *Hor. Epod de servo*: Iberis perustis funibus latus, & crura dura compede *Idem alibi*: Nec scuticâ dignum horribili sectere flagello. scutica *à Græco* σκυτ@, *quod* corium *significat, aliter* habena. *Fiebat enim è loro, ut &* Flagrum *sive* flagellum; *quod magis metuendum* scuticâ *indicat Horatius supra, & Martialis lib* 10. *scuticam una cum ferulis inter pædagogorum arma recensens.* Funes *non nisi servis adhibiti, uti &* Virgæ *quæ plerumque ex ulmo: unde* ulmitribam, *Plautus vocat servum verberonem, sive qui crebrò vapulabat, & alibi* ulmeis stylis conscribere, *dixit pro virgis cædere. Idem* ulmeam virgidemiam *auguratur servo (quasi virgarum messem dicas) alludens ad vindemiam, quæ dicta est quasi vinidemia.* Flagellum. Flagra. Lora. Virga. Funes.

At ego te per crura, & talos, tergumque obtestor tuum,
Ut tibi ULMEAM uberem esse speres VIRGIDEMIAM.
Et tibi esse eventuram hoc anno uberem messem mali.

Mart. Invisæ pueris ferulæ. *Iuven.* —hic frangit ferulas, rubet ille flagellis. *Columella de Hortulo*: Nec manibus mites ferulas. FERULA *genus est fruticis, nec lignum verè, nec caulis fungosâ intus medullâ: Hinc levissima erat ferula admonitio, eâq; manus tantum puerorum percutiebantur unde iuvenalis sat.1 significans se è pueris ac magistrorum curâ excessisse:* Ferula.

Et nos ergo manum ferulæ subduximus—

Manu aliquem pulsare.

Manu *vel* pugnis percutere, tundere. Manibus insequi: pugnis fœdare. *Virgil lib* 5. Nunc dextrâ ingeminans ictus, nunc ille sinistra. Nec mora, nec requies; quàm multâ grandine nimbi Culminibus crepitant, ac densis ictibus

heros Creber utraque manu pulseat, versatque Dareta. *Vide rixam sanguineam à Iuvenali descriptam sup. fol. 402.*

VERITAS.

Ep. Candida, nuda, sincera, aperta, *&c.* Nescia fraudis. Inscia fuci. Spectari amans. Nil lucem fugiens. *Horat.* Incorrupta Fides, nudaque veritas. *Iuven.* ———— qui libera posset Verba animi proferre & vitam impendere vero.

VERAX. Non vanus: non fallax. Veri oris. Fide dignus. *Ovid.* Crede mihi, si sum veri tibi cognitus oris. Hæc mihi non vani, nec erat, cur fallere vellent, Narravêre senes. ——— adjuro tam me tibi vera referre, Quàm veri majora fide. *Ovid.* Nec procul à vero est, *id est vero sim le Claud. de summo verace*: Additur ecce fides, nec me mea lusit imago, Irrita nec falsam somnia misit ebur.

VESTIS.

Ep. Texta, fluxa, laxa, *&c.* Crassa, villosa, pellicea, rara, *&c.* Purpurea, Tyria, Sidonia, fulgida, odorata, nitens, nitida, coacine, coccinea, serica, aurata, mollis, tenuis, Eoa, pretiosa, picta, picturata, Barbarica, Attalica, *&c.* Corpus undique complectens: membra tegens, muniens. Arte texta laborata. *Virg* —vestes, quas illi læta laborum Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido Fecerat, & tenui telas discreverat auro. *Ovid.* 4. *Fast.* —assiduis exercet brachia telis: Adversusque minas frigoris arma parat—pleno velamina filo Sumat, & ex humeris laxus amictus eat. *Virg.* Purpureasque super vestes, velamina nota Conjiciunt. Plebejo tectus amictu. Candentique humeros induxit amictu. *Ovid* ——— —velamina Progne Diripit ex humeris auro fulgentia lato Induiturque atras vestes *&c.*

Velamen. *Amictus.*

Toga. Tunica. *Ovid.* Tunicisque fluentibus auras Excipit. ——— tunicaque inducitur artus. *Prop.* Te toga picta decet, *Id.* Sive togis illam fulgentem incedere Cois. Seu vidi ad frontem sparsos errare capillos. *Iuven.* Si toga sordidula est; si fœda, & scissa lacerna. TOGA & TUNICA, *licèt vestes apud Romanos distincta, interdum pro veste in genere ac viris & feminis communi usurpari possunt.*

Ovid. Tum verò rupique sinus, & pectora planxi. Seque ferit, sciditque sinus. *Prop. l.* 3. Fac mea rescisso pectora nuda sinu. *Papin.* ——— hos humeros multo sinus ambiat ostro, *i.e. vestis purpurea cingat. Est autem propriè* Sinus *cavitas illa inter vestium plicas sive curvitates, præcipuè ubi vestis laxa est atque effusa; unde vestis sinuosa, quam Catullus* fluitantem amictum, tunicam fluentem *vocat Ovidius* Eandem

idem venatrix illa Virgiliana nodo sive cingulo substringit, ne sibi in cursu impedimento esset.

Nuda genu, nodoque SINUS collecta FLUENTE.

Sunt, qui hic Tegmen *sive (ut pluribus locis Ovidius)* Tegimen *pro qualibet veste ponunt.* Observo *interim poëtas hanc vocem ad exteriora ferè corporis munimenta, contra hostis aut aëris injurias traducere. Ita* Tegmina crurum *pro ocreis apud Virgilium.* Tegmina suræ *pro cothurnis apud Catull.* Tegmina plantæ *pro calceis apud Manil.* Tegmen capitis *pro galero apud Ovid. 1. Metam.* Tegmina capitum *pro galeis passim.* Tegmen *absolutè pro clypeo apud Virgil lib. 9. & 11. item pro pelle ferina corpori etiam aliàs vestito injecta: quod usitatum in militia aut venatione. Virg. 1. Æn. de Venatrice:* Succinctam pharetra & maculosæ tegmine lyncis. *Idem lib. 11. signatè attribuit* Pallæ, *quæ ultima est in vestitu atque aliis injecta. Ita enim de Camilla venatui dedita.*

——pro longæ tegmine pallæ
Tigridis exuviæ per dorsum à vertice pendent.

VESTES ALIQUOT VETERUM,

earumque usus explicatus: ad lucem auctoribus comparandã & promiscuam illarum vitandam confusionem:

1. TUNICA. *Virg.* Et tunicam, mater molli quam neverat auro. *Papin* Lucentesque auro tunicas: hoc noverat unum Mater opus. *Horat.* —Martem tunicâ tectum adamantina. *Ovid.* ——tunicisque fluentibus auras Excipit, extensos fertque superba pedes. *Id. lib. 2. Fast.* Cultibus Alciden induit illa suis: Dat tenues tunicas Gætulo murice tinctas; Dat teretem zonam quâ modo cincta fuit, *&c.* TUNICA *vestis est interior: cui apud Romanos Viri* togam, *mulieres* pallam; *Græci verò suum* pallium *inducebant, unde Plautinum proverbium:* Tunica pallio propior. *Brevior & sine manicis virorum erat: manicatam verò & talarem sive ad talos demissam (qua mulierum erat) viris gestare probrosum. Quod Catilinæ sociis Cicero orat. 2. & Trojanis objicit Numanus apud Virgilium lib. 9.*

Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis:
Desidiæ cordi, juvat indulgere choreis.
Et tunicæ MANICAS, & habent redimicula mitræ.

2. TOGA. *Tib* —quisquis colit arte capillos, Effluit effuso cui toga laxa sinu. *Mart.* Quæque Tyron toties epotavêre lacernæ, Et toga non tactas vincere jussa nives. *Ovid.* Sit bene conveniens, & sine labe toga. *Horat.* Toga

quæ defendere frigus, Quamvis crassa, queat. *Claud.* Radiante decorus ingredere togâ. *Id.* Latiâque micantem Loricam mutare togâ. *Rectè* Latiam *vocat. Est enim* TOGA *vestis Romanorum propria, ut* Pallium *Græcorum: unde* Togati *pro Romanis, sicut pro Græcis* Palliati. *Color Togæ* albus, *isque sæpe* cretâ *adjutus, præcipuè ab iis, qui magistratum petebant, quod fieri solitum in veste candidissima, unde dicti* Candidati. *Mutata post Rep. & imperio labente, Togæ usus paulatim exolevit, successeruntque* Lacerna & Penula, *vestis illa militaris, hæc hyberna. Tandem* solæ tunicæ *usurpata, & in colore passim variatum.*

TOGA *item pacis habitus: quam militiam adituri* Sago *(quæ vestis militaris) commutabant. Militia verò finita rursum ad togam redibant: unde lux accedet Lucani versib. ad Pisones:* Temporibus servire decet. Qui tempora certis,

Ponderibus librabit, cum si bella vacabunt,
MILES erit: si pax, positis TOGA serviet armis.

3. PALLA. Ad talos demissa: humum verrens, &c. *Tib.* Ima videbatur talis illudere palla. Fusa sed ad teneros lutea palla pedes. *Ovid.* Et trahitur multo splendida palla croco. *Virg.* — pallam signis auroque rigentem, Et circumtextum croceo velamen acantho. *Val. Fl.* Palla imos ferit alba pedes. PALLA *vestis muliebris exterior, ampla & sinuosa, atque ad pedes promissa. Viris interdum à poëtis tributa, verùm non passim (quod notandum) sed signatè ex Diis quidem* Baccho & Apollini (*Papin. 2. Achil. etiam* Mercurio *tribuit*) *ex hominibus verò* Citharœdis: *qui hoc ornatu in scenam prodire soliti: unde Virg. 6. Æneid. Orpheum canentem* cum longa veste *inducit. Ovid. quoque de Arione cytharœdo:*

Induerat Tyrio distinctam murice PALLAM.

4. STOLA. *Vestis item muliebris atque ad pedes demissa (unde Ovid. & Tibullo* longa) *pudoris matronalis index: tunicæ adhæc superaddi solita. An igitur eadem* Stola *cum* Palla? *Non videtur, distinguit enim clarè Hor. &* Pallam Stollæ *circumjicit lib. sat. 2.* Ad talos STOLA demissa, & circumdata PALLA.

5. CHLAMYS, Humero demissa: humeros includens. *Virg.* Pictus arcu chlamydem. *Ovid.* Indutus Tyriam clamydem, quam limbus obibat Aureus; ornabant aurata monilia collum. *Papin.* It tergo demissa chlamys. *Cort. lib. 2.* Cæsareos humeros ardenti murice texit Circumfusa chlamys. CHLAMYS, *Vestis militaris pallio brevior: coloribus pro dignitate militum variis distincta, atque auro sæpe & opere Phrygio ornata,*

ta, præcipuè Ductorum, atque supra omnes imperatoria illa, quam Romani etiam paludamentum *dicebant. Huc pertinent* Sagum *&* Abolla, *vestes item militares: unde* Saga sumere, *&* ad sagaire *apud Ciceronem. Verum* abolla *vestem quoque senatoriam significat apud Iuven. Meminit ejusdem Mart. l.* 8.

Nescit, cui dederit Tyriam Crispinus ABOLLAM,
Dum mutat cultus, induiturque togam.

6. CALCEUS Vincula plantæ, Vincla pedum. *Virg. l.* 8. Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis. *Tib. l.* 1. Vinclaque de niveo detrahet ipsa pede *Manil* Nexæ tegmina plantæ *Vida*: Taurea nudatis circumdat tegmina plantis. *Ouid.* Pes malus in nivea semper celetur aluta. *Idem*: ——— care ant rubigine dentes, Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet. *Expelle enim & corio bubulo aut hœdino etiam olim* Calcei *parabantur, nec non* galericula *ad canos aut calvitiem dissimulandam gestari solita. Quò spectat festivissimi poëta joc us. lib.* 12. *epigr.* HOEDINA tibi PELLE contegenti Aluta Pellis.

Nudæ tempora verticemque calvæ;
Festivè tibi, Phœbe, dixit ille,
Qui dixit CAPUT ESSE CALCEATUM.

VESTES PRETIOSÆ:

1. *Vestis* SERICA.

Vestis byssina, tenuis, bombycina *vel* bombicina *simpliciter Mart.* Femineum lucet sic per bombycina corpus. Pretiosa texta, stamina, subtemina. *Ouid* Purpura nempe mihi, pretiosaque texta dabuntur Serum lana, vellera, stamina, fila: *D. Paulin.* Non cupiat lapidum pretium, non vellera Serum. *Sen.* Quæ fila ramis ultimi Seres legunt. *Vide, quæ annotamus supra fol.* 44. Vestis Coa. *Prop.* Quid juvat auratis procedere, vita, capillis, Et tenues Coa veste movere sinus? *Tibull* Illa gerat vestes tenues, quas femina Coa Texuit. *Dictæ* Coæ *vestes ab insula Co, in qua tenuissimæ fiebant, ac perlucentes; erantque famosarum ferè mulierum* Ceterùm *Bombycinæ omnes* tenues *erant*, levesque, *atque* (*ut Tertull. ait*) solo pretio graves: *quales non puduisse gestare & viros, indignatur Plinius l.* 11. *c.* 22. *& è Christianis D. Paulin. carm.* 14.

Nec sentit, quàm turpe decus gerat improbus, ut sit
Veste suâ levior, qui sibi veste placet.

2. *Vestis* ACUPICTA.

Vestis aurata, auro illita, intexta, intertexta. *Virg.* Arte laboratæ vestes. *Tib.* Artis opus raræ. *Virg.* Fert picturatas auri subtemine vestes. *Id.* Pictus acu tunicas, & barbara tegmina

VETUSTATE *corruptum.*

Epith. Tābĭdā, longā, vĭtĭōsā, annōsā, dēsertā vetustate informe, pallens, obsitum, squalidum. *Hor.* Nunc situs informis premit, & deserta vetustas. *Ouid.* Tabida consumit ferrum lapidesque vetustas. *Ouid. de signis Deorum*: Voverat illa quidem Curius, sed longa vetustas Diruit, & saxo longa senecta nocet *Id. 5. Fastor.* ——— signa Deorum, Viribus annosæ facta caduca moræ *Vide supra* TEMPUS EDAX *fol. 549.*

SITUS *Ep.* Turpis, fœdus, immundus, informis, pallens, squālĭdus, putris, nĭger, *&c.* Pĭger, iners, stĕrĭlis, languens, *&c.* Fœdo situ squalidus, pallens, luridus: squalido turpis situ. *Ouid.* Canescunt turpi tecta relicta situ. *Claud. de Plut.* Squalent immania fœdo Sceptra situ, *&c.*

VIA.

Epith. Trītā, saxōsā, ărēnōsā, mōlesta, grăvis, diffĭcĭlis, nōta, ignōta, longa, recta, plāna, făcĭlis, dŭbia, ambĭgua, fallax, *&c.* Strata viarum: multorum trita pede. Opaca viarum, angusta, *&c.* Ite sacra, jam non pulverulentia via est, Quà nulla humano sit via trita pede. Non est è terris mollis ad astra via. *Prop.* Est mala, sed cunctis ista terenda via *Id.* Quà facit assiduo tramite vulgus iter, *i. e. itu redituque commeat. Virg.* Facili te tramite sistam. Recto tramite, *&c.* Nulli visa, cito decurrit tramite virgo, *&c.* Rara per angustos ducebat semita calles Secreti celant calles. Trames. Callis

SEMITA. Angusti calles. Semita muscoso quâ nova facta solo. *Prop.* Qua jacet Herculeis semita littoribus. *Manil.* Ac veluti virides discernit semita campos. Quàm terit assiduò renovans iter orbita tractu. *More poëtico* semitam *cum* via *confundit: est autem* semita *propriè via angusta, sic dicta Varroni, quasi* semi iter. Callis *verò via trita, & quasi callo perdurata:* Trames, *transversa in agris itinera, à transmittendo vel transmeando. Sed hæc, ut dixi, poëtæ licenter confundere solent. In* semita *distinxit clarè Virg. l. 11* Semita.

——— tenuis quà semita ducit,
Angustæque ferunt fauces, aditusque maligni.

BIVIUM, TRIVIUM, *&c.*

Virg. l. 6. ——— partes ubi se via scindit in ambas: Hac iter Elysium nobis, at læva malorum Exercet pœnas *Sen. OEdip.* Trigemina quà se spargit in campos via. *Ouid.* Ut stat, & incertus, quà sit sibi nescit eundum, Cùm videt ex omni parte viator iter. *Prud.* ——— si sparsis via multiplicetur Tramitibus, & centenos ferat obvia calles. In multas

compita secta vias. Ambiguum iter. Ramosa compita *appellavit Persius sat* 5. *non quia ramis invia (ut in Ravisii Epithet annotatum vid.) sed quod in plures vias, veluti ramos quosdam se diffundant. Nam eâdem phrasi Litteram Pythagoricam, sive* Y (*quæ vitæ humanæ bivium refert*) *explicat satyra* 3.

Et tibi, quæ Samios diduxit littera RAMOS,
Surgentem dextro monstravit limite callem.

VICTORIA.

Palma *Laurus* *Adorea* *Ep*, Læta, cĕlebris, nōbĭlis, præclāra, mĕmŏranda, insignis, *&c.* Victrix palma. Sanguine *vel* sudoribus empta. Multo sudore parata. Devictis potior victoria Parthis. *Claud. de Stiliconis victoria.* Hæc omnes veterum revocavit adorea lauros. Restituit Stilico cunctos tibi, Roma, triumphos. Victorum præmia *vel* præmia victori debita ferre, auferre, &c. *Virg.* 4. *Æneid* Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis. *Vide supra* ARBORES VICTORIIS DICATÆ *fol.* 61.

VICTORIA DEA Pennāta, ālāta, laurĭgĕra, anceps, dŭbia, ambĭgua, vā;iā. *&c* Palma viridi gaudens; amicta trophæis: lauro redimita capillos *Sil.* — niveis victoria concolor alis *Culta fuit à Romanis* VICTORIA *virginis alatæ habitu: ut significarent instabilem esse armorum sortem, & incertam belli aleam Ovid. de Niso & Minoë æquo adhuc Marte certantibus l* 8. *Met.*

Et pendebat adhuc belli fortuna, diuque
Inter utrumque volat DUBIIS Victoria PENNIS.

VINCERE.

Palmam obtinere, ferre, referre. Victorum præmia *vel* præmia victori debita ferre, auferre. *&c.* E certamine victorem redire, pedem victorem referre *Cat.* Inde pedem victor multa cum laude reflexit *Prud. Apod* Vicimus: exsultare libet: quid tale repulso Pœnorum quondam duce contigit? &c *Vide supra* EXCELLERE *fol* 2, 6.

VINCERE HOSTEM. Armis subigere, frangere. Spolia *vel* trophæa ex hoste referre. Redit superator victor ab hoste. *Virg* Dicam urbes Asiæ domitas, pulsumque Niphatem, Et duo rapta manu diverso ex hoste trophæa, Bisque triumphatis diverso ex littore gentes *Horat.* Cæsar Hispâna repetit penates Victor ab ora *Sen. Theb.* — exsultes licet. Victorque fratris spolia devicti legas; Frangenda palma est. *Vide supra* DEBELLARE *fol* 189. TRIUMPHARE *fol.* 558.

VICTOR.

Ep. Sŭperbus, insŏlens, laurĭger, dĕcōrus, præclārus, fortis,

tis, &c. Victrici Lauro redimitus: Daphnæa fronde tempora vinctus. Cui laurus æternos honores Egregio peperit triumpho. Spoliis insignis opimis: præda spoliisque potitus. Hoste prostrato superbus. Hostem sub pedibus videns *Lucan.* — te longi remeantem pompa triumphi Excipit, & sacras poscunt Capitolia lauros, *Virg.* —scutorum incendi victor acervos, — insignis spoliis Marcellus opimis Ingreditur, victorque viros supereminet omnes *Horat.* O qua Sol habitabiles Illustrat oras, maximè principum: Quem legis expertes Latinæ Vindelici didicêre nuper. Quid Marte possis, &c. *Vide supra* TRIUMPHUS *fol.* 558.

VIDUA.

Ep. Sōla, rēlicta: dēserta, mœsta, lūgens. Marito *vel* thalami consorte orbata, orba, spoliata. Lugens orbatos rectore penates. In viduo sola relicta toro. Jam viro carens. Amisso conjuge mœrens: luctu gravis. Lugens orbum deserta cubile. *Sil.* Hæc bello vacuos & sævi turbine Martis Lugebat thalamos, Murro spoliata marito. *Ovid.* —à funere conjugis, uxor Sustinet in vidua tristia signa domo. *Pap.* 5. *Sil.* — cum plaga recens, & vulnere primo Nigra domus questu tunc flere, & scindere vestes, Et famulos lassare greges, & vincere planctus, Fataque, & injustos rabidis pulsare querelis Cælicolas solamen erat, &c.

VIGILARE.

Noctem vigilem *vel* insomnem ducere, perducere, traducere, trahere, agere. *Vigilare noctes. Horat.* —noctes vigilabat ad ipsum mane: in lucem. *Virg.* Noctem insomnis agit. *Vigil.* nec ullam ad requiem facilis. *Lucan.* Consul traducere noctem in somnis. Oculos quiete fraudare: nulli succumbere somno. *Ovid* Sex illam noctes totidem redeuntia Solis Lumina viderunt inopem somnique, cibique. *Id.* Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes. Excubare. *Virg* Collucent ignes, noctem custodia ducit Insomnem. *Vide supra* CUSTODIA *fol.* 158.

VINEA.

ATQUE HUC SPECTANTIA.

1. VINEA. *Ep* Culta, læta, fērax, fertīlis, fœcunda, grāvida, pampĭnea, frondōsa, răcēmĭfĕra, &c. Generosæ fertilis uvæ. Largo pubescens fœtu Pleno cumulans fervida musta lacu. Culta vineta Arva jugis pampineis picta: vitibus consita; Lenæi munere patris ridentia, Virides Baccho colles, racemifero palmite umbrati, *Virg.* Bacchus amat colles. *Ovid.* 5. *Vinetum.*

 Fast.

Fast. Si bene floruerint segetes, erit area dives: Si bene floruerit vinea, Bacchus erit.

2. VITIS *Epith.* Lenta, tenera, obliqua, flexa, alma, læta, ferax, gravida, purpurea, Lenæa, &c *Vide* VINEA. Uvis *vel* racemis distincta, picta gravida. Fertilis uvæ. Læta excelsos vitis conscendere ramos. Amans viduas ulmos. *Mart.* Nec melius teneris iunguntur vitibus ulmi, *Ouid.* Pampineæ vites, & amictæ vitibus ulmi, *Virg.* Vitibus autumnus turgentes detrahit uvas: tenero dat palmite fructum. *Id.* Læto turgent in palmite gemmæ. *Ouid* Et nova de gravido palmite gemma tumet. ——— tumidæque in vitibus uvæ *Id.* Tempus, ut extentis tumeat facit uva racemis. Vixque merum capiant grana quod intus habent. *Vide supra* UVA *fol.* 261.

palmes.

3. VINEÆ *Cultura.* Serere vitem *vel* arva vitibus. *Tibull.* Ipse seram teneras maturo tempore vites. *Virg.* Iuvat Ismara Baccho conserere, *&c.* Vitem vincire, ulmis *vel* palis adjungere. Falce curvâ *vel* curvo Saturni dente vitem putare, incidere, tondere, putando fingere. Frondes *vel* umbras falce premere. *Virg.* Jam vinctæ vites, jam falcem arbusta reponunt. Non rastros patietur humus, non vinea falcem, *Ouid.* 4. *Met.* Falce datâ frondator erat, vitisque putator, *&c.*

4. VINDEMIA. Uvam maturam colligere, decerpere. Uvam pede calcare, ferire, pede *vel* prælo premere, exprimere, domare. *Tib.* Oblitus & musto feriet pede rusticus uvas. ——— pressos pedibus dabit uva liquores *Ouid.* Temporibus certis maturam rusticus uvam Colligit, & nudo sub pede musta fluunt. *Manil.* Tum Liber gravida descendit plenus ab ulmo, Pinguiaque impressis despumant musta racemis. *Virg* ——— pampineo gravidus Autumno Floret ager, spumat plenis vindemia labris. *Ouid.* Venit & Autumnus calcatis sordidus uvis, &c. *Dabo hanc partem loco amœno ex Olympii Nemesiani, Bucolicorum scriptoris, Eclog.* 3. *ubi Bacchum inducit satyros suos ad vindemiam faciendam invitantem his verbis:* —— ô Satyri, maturos carpite fructus,

Dixit, & ignotos pueri calcate racemos.
Vix hæc audierant, decerpunt vitibus uvas,
Et portant calathis, celerique illidere planta
Concava saxa super properant, vindemia fervet;
Collibus in summis crebro pede rumpitur uva,
Udaque purpureo sparguntur pectora musto.
Tum Satyri, lasciva cohors, sibi pocula quisque
Obvia corripiunt. QUOD sors dedit, hoc capit usus.
Cantharon hic retinet, cornu bibit alter adunco;
Concavat ille manus, palmasque in pocula vertit:

Pronus,

Pronus at ille lacu bibit, & crepitatibus haurit
Musta labris, alius venalia cymbala mergit:
Atque alius latices pressis resupinus ab uvis
Excipit, ac potat; saliens liquor ore resultat,
Spumeus inque humeros & pectora defluit humor,
Omnia ludus habet, cantusque, chorique licentes.

VINUM.

Epith. Hūmĭdum, lĭquens, pūrum, mollc, marcĭdum, vălĭdum, forte, rŭbens, dulce, suāve, ămīcum, blandum, *&c.* Jŏcōsum, lĭbĕrum, oblīviōsum, ēbrium, *&c.* Massĭcum, Fălernum, Mărcōtĭcum, Mărōnēum, Lesbium, Coum, Chīum, Cæcŭbum, Călēnum, Sētīnum, *&c.* Bacchi munera, Baccheia dona, Bacchi Massicus humor: latex Lyæus, Lenæus, *&c.* Massica Bacchi munera. Jocosi munera Liberi Mæonium, Lesbium nectar: Bacchicus liquor, latex, humor. Laticum honor: mensarum decus Bacchus, Liber, Lyæus, Jacchus: lætitiæ dator: curas solvens: operta recludens: arcani proditor. *Ovid.* Cura fugit multo diluiturque mero. *Hor.* Curam metumque juvat dulci Lyæo solvere, *Virg.* Et multo in primis hilarans convivia Baccho. Implentur veteris Bacchi. *Tibull.* ——— madeant generoso pocula Baccho, Et nobis pronâ funde Falerna manu. *Hor.* Capaciores affer huc puer Scyphos, Et Chia vina aut Lesbia; Vel quod fluentem nauseam coerceat, Metire nobis Cæcubum, *&c.* NOTA Cæcubum, Chium, Falernum, Massicum, *ceteraque suprà allata vini olim boni & laudabilis Epitheta fuisse. desumpta à locis vini bonitate præstantibus. Tales erant inprimis* Cæcubum, Setia, Calenum *Campaniæ oppida:* Massicus *de inde mons in agro Falerno vini undique feracissimo, de quo lib.* 1 *Tibullus:* —Bacchi cura Falernus ager. *Præterea* Lesbos & Chios *insulæ in mari Ægæo*: Maionæ *urbs Ciconum*: Mareotis *pars Ægypti*, &c. NOTA 2. *hæc patria nomina sæpe ab solutè pro vino poni, sæpe Epitheti loco vino adjungi: ita* Cæcubum *dicimus*, & Cæcubum vinum, Falernum & vina Falerna, *atque sic de ceteris. Ovid* 4. *de Ponto.*

Quis *mel* Aristæo, quis Baccho *vina Falerna*,
Triptolemo *fruges, poma* dat Alcinoo?

Merum. Bacchus Liber. Lyæus. Iacchus, &c.

VIRGO.

Epith. Pŭdīca, casta, intĕmĕrāta, intacta, integra, *&c.* Nuptiarum expers Intemeratā toris: ignara viri. Expers thalami. *Ovid.* Tædæ non nota jugali. Cujus nondum cervicem Hymenæus sub juga Cythereia adegit: Nulla Venus, nullique animum flexêre Hymenæi. Virginei pudoris signa

gna servans. Castum servans intacto corpore florem. Virginitate gaudens: Virginitatis amorem intemerata colens. Ad viri nomen Pulchra verecundo suffundens ora rubore. *Ovid. de Virg. vestalibus*:—& quæ sine crimine vitæ Perpetuâ servant Virginitate focos. *V. supra* CASTITAS *fol.* 145. CONJUGIUM ODISSE *fol.* 162.

VIRTUS,

Epith. Ardua, inclyta, ignea, gĕnĕrōsa, mascŭla, interrita, clārā, præstans, ēgrĕgia, Gaudens adversis. In ardua tendens: spectata malis: immeritis mori cœlum recludens: in astra tendens. *Sil. l.* 4. Exploratad versa viros, perque aspera duro Nititur ad laudem Virtus interrita clivo Expers sepulchri: fatorum domitrix: structos effugiens rogos. *V.* IMMORTALIS *fol.* 29. Ipsa sibi pretium: ipsa sibi pulcherrima merces: per se petenda. Quæ sola beatos efficit, morti eripit, cœlo inserit. *Sen Herc. O Et.* Nunquam Stygias fertur ad umbras Inclyta virtus: Vivite fortes; Nec Lethæos sæva per amnes Vos fata trahent: sed cum summas exiget horas consumpta dies Iter ad superos gloria pandet. *Claud. de Mall. Theodori consulatu versus sunt planè aurei, quibus* Virtutem *illam sublimem ac verè masculam exornat, quæ in rerum externarum despicientia consistit: quæ nulla ducitur mercede, nullis honoribus extollitur, sibi ipsa sufficiens, atque in se una omnia collocans.* Ipsa quidem VIRTUS pretium sibi, solaque laté

Fortunæ secura nitent: nec fascibus ullis
Erigitur, plausu vé petit clarescere vulgi:
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis,
Divitiis animosa suis, immotaque cunctis
Casibus, EX ALTA MORTALIA DESPICIT ARCE.

VIRTUTES VARIÆ MORTALES,
à quibus vir quispiam magnus laudari potest.

1. JUSTITIA. Utilibus rectum præponens. Meritis causam expendens. Nihil sanguini tribuens. Omnibus æqua. Amor æqui: justi reverentia Jus fasque. Inculpata fides. Vitæ labe carens. *Hor.* Justum & tenacem propositi virum. Non civium ardor prava jubentium, Non vultus instantis tyranni Mente quatit solidâ *Claud.* ——justique tenorem Flectere non odium cogit, non gratia suadet, &c. *V. sup.* JUSTUS *fol* 331.

2. CLEMENTIA. Pigra ad pœnas; ad præmia velox. *Claud.* —Quæ, cum vincamus in omni Munere, sola Deos æquat

cle-

clementia nobis. Animus mitis, in miseros benignus, lenis. *Ouid. de Pont.* Sed placidus facilisque parens, veniæque paratus: Qui cùm triste aliquid statuit, fit tristis & ipse: Cuique ferè, pœnam sumere, pœna sua est. *Sen. Herc. fur.* —quisquis est placidè potens. Et incruentum mitis imperium regit, Animoque parcit: longa permensus diu Fœlicis ævi spatia, vel cœlum petit, Vel læta felix memoris Elysii loca. *Ouid 3. Pont ad Cottam nobilem:* Adde quod est animus semper tibi mitis, & altæ Indicium mores nobilitatis habent. CLEMENTIA *virtus est verè alta & nobilis, neque ullis ex omnibus magis, quàm principi conveniens Magnam enim fortunam magnus animus decet: proprium est autem magni animi, placidum esse tranquillumque, & injurias atq; offensiones (ut ille ait)* superne despicere. *Contra muliebris & infirmi animi exiguique projectos urgere: adeò ut etiam inter feras, quo quæque generosior, minus sæviat in prostratos. De quo Ouid. l 9 Trist.* Corpora magnanimo satis est prostrasse LEONI:

Ira suum finem, cùm jacet hostis, habet.
At LUPUS, & turpes instant morientibus URSI,
Et quæcumque minor nobilitate fera est.

3. CONTINENTIA. Animus quem nulla libido frangit. Luxum fugiens. placitis abstinens. *Ouid.* Est virtus placitis abstinuisse bonis. Animum ratione domare, frenis compescere. Spectare, quod decet, non, quod licet, *Sen.* Minimum decet lubere, cui multum licet. *Id.* Non in recessu furta & obscuro improbus. Quærit cubili: mille non quærit tegi Dives columnis, &c. *Vide suprà* CASTUS *fol.* 145. DIVIT. CONTEMPTUS *fol.* 68.

4. FORTITUDO. Animi robur. Animus magnus, invictus. Forte pectus, Promptus dura pati *Hor.* Si fractus illabatur orbis, Inpavidum ferient ruinæ. *Idem:* —adversis rerum immersabilis undis. *Id.* ——— vivite fortes, Fortiaque adversis opponite pectora rebus. *Ouid.* Indignata malis mens est succumbere, seque Præbuit invictam viribus usa suis. *Vide supra* VIRTUS *fol.* 588. CONSTANS *fol.* 166. PATIENTER FERRE *fol.* 465.

5. CHARITAS PATRIÆ *sive* CIVIUM. *Sen. Oct.* Pulchrū eminere est inter illustres viros Consulere patriæ: parcere afflictis; ferâ Cæde abstinere, tempus atque iræ dare, Orbi quietem, sæculo pacem suo: Hæc summa virtus, petitur hac cœlum viâ. *Claud.* Tu civem patremque geras; tu consule cunctis, Non tibi; nec tua te moveant, sed publica vota.

6. PRUDENTIA. Nil temerè agens. Consilio nixa. Cuncta expen-

expendens:cauta mente notans. *Val. Flacc.*—nec solis viribus æquum Credere: sæpe aci i potior Prudentia dextrâ. *Virg* ——tempusqué locumque, Atque aditus formamque rei; & discrimina mille cuncta simul tacitus vigilisub mente movebat. *Vide supra* SAPIENS *fol.* 410. VIGILARE *fol.* 585. *& habe hic Claud. locum virtutes varias in unius Stiliconis pectus congregantis;*

Omnes præterea puro quæ crimina pellunt
Ore Deæ, vinxêre choros, unoque receptæ
Pectore, diversos tecum cinguntur in usus.
JUSTITIA utilibus rectum præponere suadet;
Communesque sequi leges, injustaque nunquam
Largiri sociis: durum PATIENTIA corpus
Instruit, ut nulli cupias cessisse labori:
TEMPERIES, ut casta pedas: PRUDENTIA, ne quid
Inconsultus agas: CONSTANTIA, futile ne quid
Infirmumque geras.——

VITA.

Epith. Brevis, angusta, läbens, fugiens, fluxa, propera, rapida, *&c.* Misera, ærumnosa, sollicita, fragilis, mortalis, *&c.*

Ætas. Ævum Vitæ dies, tempora, spatium: angusti terminus ævi. Vitæ series, cursus, modus, &c. *Iuven* Angustæ miseræque brevissima vitæ portio. Da spatium vitæ, multos da Jupiter annos.— —tempora vitæ Longa t bi posthac fato meliore dabuntur *Ov.* Cùm volet, incerti spatiū mihi finiat ævi Labitur occultè fallitque volubilis ætas. *Virg.* Stat sua cuique dies, breve & irreparabile tēpus Omibus est vitæ. *Hor.* Vitæ summa brevis spem nos erat inchoare longam. *Id.* Quid brevi fortes jaculamur ævo multa *V. supra* Ætas *fol.* 8. Tempus *fol.* 549. *Sen. ex mente Epicur.* Dū fata sinunt, vivit læti: Properat cursu vitæ citato. *At nobis Christianis vita hujus brevitas atque incerta possessio calcar addere debet, nō ad lætè, sed ad rectè & ex Christi instituto vivendum. Omne futurum incertū: tempus præsens solum nostrum est, atque illud quàm fugax & labile! Hoc*

——utraque manu, complexuque assere toto.
NAM si tardus eris, errabis. Transiet ætas;
Quàm citò non segnis it remeatque dies!
Quàm citò purpureos deperdit terra colores,
Quàm citò formosas populus alta comas,

Qui, cùm potest, non vult; cùm volet, fortasse non poterit, & fiet Virgilianum illud: O mihi præteritos. *Tibullus (cujus sunt & præcedentia) l.* 1. *El* 4.

Vidi jam juvenum premeret cùm serior ætas,
Mœrentem stultos præteriisse dies.

Vita

Vita fragilis, fugax: abiens ceu fumus in auras : laben[s] more fluentis aquæ: Tristibus anxia curis: plena laboris: variis jactata procellis: multis exposta periclis. *Papin.* Cœcæ lubrica vitæ. *Munt:* Noster brevis, veloxque ætas; & plena laborum: *Vida:*—en aspice quantis Degitur hoc ævi in tenebris, vitæque periclis: Ut curæ nostra assiduæ præcordia tangant, Utque auri malesuada fames & dira habendi Ducat amor captos, veræ & rationis egentes, &c *Ævi humani breve licet spatium & angustum , tot laboribus & incommodis refertum est, ut, vita mortalis , an mors vitalis rectius appellanda sit, meritò dubitare possis. Ejus succinctam per suos gradus atque incommoda synopsin proponit nobis Auson. Edyll.* 16.

——— —cunctis sua displicet ætas.
Sensus abest parvis LACTENTIBUS: & PUERORUM
Dura rudimenta, & JUVENUM temeraria pubes,
Afflictat fortuna VIROS per bella, per æquor,
Irasque, insidiasque, catenatosque labores
Mutandos semper gravioribus, ipsa SENECTUS
Exspectata diu, votisque optata malignis
Objicit innumeris corpus lacerabile morbis.

VIVERE.

Vita *vel* luce frui. Aurâ vesci. Aurâ ætheriâ *vel* vitali frui, vesci, Auras ætherias *vel* vitales carpere. Lumen vitale videre. Lucem, diem, lumina Solis aspicere *Ovid.* Sive diem videat, sive tegatur humo. Nondum homines lucemque relinquere. *Virg.* Quem si fata virum servant , si vescitur aurâ Ætheriâ, nec adhuc crudelibus occupat umbris. *Ovid* Dumque (quod ô breve sit) lumen vitale videbo. Superesse: superare. Maneat dum vita superstes. Dum spiritus hos reget artus. Dum vita manebit. Quidquid dabit Atropos ævi, *Horat.* Dum res & ætas, & sororum Fila trium patiuntur atra.

Vitam agere, degere, colere, ducere, decurrere. Ævum agitare, ducere, &c. *Horat.* Ducere leniter ævum. *Virgil* Hanc olim veteres vitam coluêre Sabini,— hanc vitam in terris Saturnus agebat. Vitam extrema per omnia trahere, ducere, producere. *Virg.*———vitam in tenebris luctuque trahebam. *Boët* Protrahit ingratas impia vita moras. *Lucret.*—— in curis consumit inanibus ævum. *Lucan.* Vitam patiaris inermes degere, *&c.*

Vitæ spatia decurrere. Tempora vitæ complere, explere. Implere fata. *Virg.* Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi. Vitam decurrere. Ævum, vitam, annos, ætatem exigere, transigere. *Virgil.* Omnes ut tecum meritis

pro

Virg. ——subit ira cadentem Ulcisci patriam, & scelerata sumere pœnas. Ultricibus pœnis animum explere. Se *vel* injuriam vindicare. *Ovid.* Quique necem Crassi vindicet, ultor erit. Si de tot læsis sua numina, quisque Deorum Vindicet? in pœnas vix satis unus erit. *Sen.* ——liceat ulcisci patrem Adhuc inultum dextra quid cessas iners Exigere pœnas; *Papin.* ————nil tela, nec ignes Obstiterint, quin ausa suas. *Sen.* Sequitur superbos ultor à tergo Deus. *Vide supra* POENAS EXIGERE *fol.* 483. *Sed quis hic* Deus ultor *(cujus Seneca meminit) superbis imminens; Non alius à* NEMESI *Dea, quam Euripides Iovis filiam fecit? & superbiæ ac vaniloquentiæ ultricem à Diis constitutam credidit antiquitas. Simulacrum ejus coluit* Rhamnus, *nobilis Atticæ pagus: unde & ipsa* Rhamnusia *dicta est. Ovid* 5. *Trist.* Vindicate.

Exiget at dignas ultrix RHAMNUSIA pœnas;
Imposito calcas quod mea fata pede.

UMBRA.

UMBRA NOCTURNA: *Epit.* Spissa, cœca, picea, sŏpōrĭfĕra, hŭmens *Vide supra* TENEBRÆ *fol.* 550.

UMBRÆ *sive* Manes: *Ep.* Pallentes, ĭnānes, grăcĭles, tristes, ăvernales, &c. *Vide supra fol.* 313.

UMBRA RERUM NOVENTIUM: *Ep.* Lĕvis, fŭgax, rĕfŭga, trĕmŭla, ĭnānis ēvānĭda, văga, vŏlātĭlis, fŭgĭtīva, &c. In mortem fugitivæ evanuit umbræ. Refugaque eluditur umbra *Sil.* Lux tremula laquearia verberat umbra.

UMBRA NEMORUM: *Ep.* Sĭlens, horrens, ŏpāca, &c. Frīgĭda, gĕlĭda, grāta, vĭrĭdis, vĭrĭdans, pătŭla frondōsa, pampĭnea arbŏrea, &c. Umbra ramorum frigore amica, pastoribus apta, pecori grata, &c. *Virg.* Nunc etiam pecudes umbras, & frigora captant. Et quæ vos rarâ viridis tegit arbutus umbrâ. *Ovid.* 5. *Metam.* Silva coronat aquas cingens latus omne, suisque Frondibus, ut velo, Phœbeos summovet ignes: Frigora dant rami. Quæ præbet latas arbor spatiantibus umbras. *Sil. de Quercu.* Diffusas patulo laxabat stipite frondes, Umbrabatq. comâ summi fastigia montis. *Prop.* Populus & longis ornabat frondibus ædem: Multaque cantantes umbra tegebat aves. *Mant* ——succedæ casæ, dum præterit æstus, Dum grex in gelida procumbens ruminat umbrâ. *Tib.* Et Canis æstivos ortus vitare sub umbra Arboris, &c. Arbor umbram explicat: lassis *vel* potantibus umbram præbet, ministrat, suppeditat, &c. *V supra* ARBOR *fol.* 59 RAMI & FRONDES, *ib.* REFRIGERARE *fol* 496. SYLVA *fol.* 525.

Vmbram facere.

Vmbrare Locum ramis *vel* ramorum obtentu inumbrare: umbrâ complecti. Inducere umbram. Phœbum excludere: Phœbeos ignes submovere. Umbram sufficere, præbere. Porticus explicat umbras. ——texunt umbracula vites, &c. *Virg.* Palmaque vestibulum aut ingens oleaster obumbret. *Papin.* ——assuetaque tecta gravamus Frondibus, & patulâ defendimus arbore soles.

UNGUENTUM, UNGERE.

Unguen *Ep.* Crassum, pingue, liquĭdum, ūdum, *&c.* ŏdōrum, ŏdōrātum, frāgrans, spirans, rĕdŏlens, grātum, *&c.* Unguento linere, imbuere, inungere, madefacere, spargere, perfundere, *Horat.* Liquidis perfundere odoribus. *Virg. l.* 6. ——corpusque lavant frigentis, & ungunt Stillant unguenta capillis. Distillant tempora nardo, *&c.*

UNGUENTORUM ODORATORUM GENERA,

tam in conviviis olim, quàm in mortuorum unguendis corporibus usitata.

1. BALSAMUM. *Ep* ŏdōrum, ŏdōrātum, frāgrans, &c. *Vide suprà* UNGUENTUM Balsama Niliaco cortice sudantia. Odorifero stillantia balsama ligno. *Virg* 2. *Georg.* Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsama? *&c.*

2. MYRRHA *Ep.* Assyria, ŏrontæa, pinguis, ŏlens, ŏdōrāta. *Vide suprà* VNGU. Myrrha cortice stillata. Myrrhæ lacrymæ. *Ovid.* ——lacrymatas cortice myrrhas. *Virg* Non mihi jam pingui sudabunt tempora myrrhâ, *&c.*

Nardus 3. NARDUM. *Ep.* Assyrium, Syrium, ărăbum, ăchæmĕnium, dīvĕs, pūrum, liquĭdum, ŏdōrātum; *vel* NARDUS Assyria, liquĭda, &c, *Hor.* —Achemæniâ Perfundi nardo juvat. *Tib.* Illius è puro distillent tempora nardo *Id l* 3. —Syrio madefactus tempora nardo: *non* Tyriò, *ut malè inter ceteros legendum putavit Textor.*

4. AMOMUM *Ep.* Assyrium, Syrium, ărăbum, ŏdōrĭfĕrum, ŏdōrātum, *&c.* Spirantis amomi aura, odor, &c *Sidon.* Indus odorifero crinem madefactus amomo. *Sen. Theb.* Pingui madidus crinis amomo. *Papin* Pingui crinem deducere amomo, *i e ductim vel tractim ungere. Ovid.* Spissaque de nitidis tergit amoma comis. *Videtur hoc unguenti genus cæteris spissius fuisse, crassiusque: quod præter Papinium, Ovidium, Senecam jam citatos etiam innuit Persius sat.* 5. *de mortuo jam ad rogum efferendo,*

tan-

——tandemque beatulus alto
Compositus lecto, CRASSISQUE lutatus amomis, &c.

UNGUIS.

Ep. Curvus, recurvus, incurvus, aduncus, rigidus, rigens, &c. Unguibus avidis genas invadere, lacerare, &c. Falcatis unguibus ales. *Ovid.* Terretur minimo pennæ stridore columba, Unguibus, accipiter, saucia facta tuis. *Id. Met. de aquila:* —— pennis rostroque redunco, Hamatisque viri laniaverat unguibus ora, &c. Flores ungue tenero *vel* tenui decerpere.

UNGULA. *Epit.* Cornea, dura, solida, concava, gravis, &c. Ferit gravis ungula campum. *Virg* Quadrupedante putrem cornu ferit ungula campum. *Sil. l.* 3: Dumque premit sonipes duro vestigia cornu. *Cornu*

UNIVERSUM,
sive
ELEMENTORUM CONCORS DISCORDIA.

Mundi concordia discors. Fœdera mundi. Rerum contextus. Elementa suis quæque locis discreta, dissociata: locis concordi pace ligata. *Ovid.* 1. *Met.* Ignea convexi vis & sine pondere CÆLI Emicuit, summâque locum sibi legit in arce: Proximus est AER illi levitate, locoque: Densior his TELLUS elementaque grandia traxit, Et pressa est gravitate sui: circumfluus HUMOR Ultima possedit, solidumque coërcuit orbem. *Id. l.* 1. *Fast.* Cœlum FLAMMA petit: propior locus AERA cœpit: Sederunt medio TERRA FRETUMQUE loco. *Prudent. l.* 2. *contra Symm.* —— fons labitur, amnis inundat, Velivolum ratibus mare finditur: influit imber, Aura volat tenuis vegetatur mobilis aër: Et res Naturæ fit publica, promptaque cunctis: Dum servant elementa suum famulantia cursum. *Vide suprà suis quæque locis. Tum quæ annotamus ad* V. MUNDUS *fol* 411. *Quibus addo Tibulli versus l.* 4.

Alter dictet opus magni mirabile mundi.
Qualis in immenso desederit aëre TELLUS
Qualis & incurvum PONTUS confluxerit orbem,
Et vagus è terris consurgere nititur AER:
Huic & contextus passim fluat IGNEUS ÆTHER:
Pendentique super claudantur ut omnia cœlo.

VOLUNTAS.

Si fert ita corde voluntas. Tua si mihi certa voluntas. Mens omnibus una est. *Virg.* —— Danaum fractæ vires, aversa Deæ mens. Non ulli est animus stricto concurrere ferro. *Mens, Animus, Velle.*

ro. Sic volo, sic jubeo: stat pro ratione voluntas. *Ovid* Ut jam nil præstes, animi sum factus amici Debitor, & meritum, velle juvare, voco. *Idem*: Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas: Hâc ego contentos auguros esse Deos, *D. Paulin in Natali S. Felicis, quem Martyrum numero inserendum censet, licet sanguinem (ut toto animo optaverat) non fuderit.*

Nam Confessor obit, pœnas non sponte lucratus,
Acceptante Deo fidam pro sanguine mentem:
Qui cordis taciti scrutator, ferre paratos
Æquiparat passis ——— ———
Martyrium sine cæde placet; passura voluntas
Sufficit; & summa est meriti, testatio voti.

VOLUPTAS.

Ep. Mollis, blanda, damnōsa, noxia, mortĭfĕra, mălĕsāna, turpis, obscœna, *&c.* Fŭgax, ĭnānis, brĕvis, *&c.* Fallax, insĭdiōsa, fūcāta, mellīta, mulcens, *&c.* Luxu gaudens: virtuti inimica Circumlita melle. Blandis verbis insidians: Prædulce malum: sŭbdola Circe: Mentes inescans; escâ *vel* hamis fallens. Molles delitiæ. Dulces illecebræ. Voluptas scelerum mater, magno olim luenda *Horat*, Sperne voluptates; nocet empta dolore voluptas *Claud.* Suadetque licentia luxum, Illecebris effrena favens. *Iuven* Turpi fregerunt sæcula luxu divitiæ molles. *D. Paulin* Inseruit donec sese malĕsuada voluptas, Ac secum luxus, & amorem invexit habendi: Hinc odia, hinc lites, hinc fraus, hinc livor & iræ, Cædes, arma, cruor, conflictus, prælia, mortes. *Vide suprà* LIBIDO *fol.* 3 2. LUXUR: ES *fol* 352. *Hic verò damna ejus atque infamem comitatum discere potes ex Silio l. 15.*

——— ——— aspice latè
Florentes quondam luxus quas verterit urbes.
Quippe nec ira Deûm tantum, nec tela, nec hostes,
Quantum sola noces animis illapsa VOLUPTAS.
EBRIETAS tibi fida comes, tibi Luxus & atris
Circa te semper volitans INFAMIA pennis.

VOLUPTATIS *&* VIRTUTIS

DESCRIPTIO,

qualiter Scipioni Africano apparere inducuntur à Silio Italico lib. 15.

Hinc VIRTUS, illinc virtuti inimica VOLUPTAS.
Altera Achæmenium spirabat vertice odorem,
Ambrosias diffusa comas, & veste refulgens.

Ostrum

Ostrum quæ fulvo Tyrium suffuderat auro.
Fronte decor quæsitus acu; lascivaque crebras
Ancipiti motu jaciebant lumina flammas.
Alterius dispar habitus: frons [illegible]rta, nec unquam.
Composita mutata comâ: stans vultus: & ore.
Incessuque viro propior, lætique pudoris:
Celsa humeros, niveæ fulgebat stamine pallæ.

VOMERE.

Ore vomere, ejectare, rejectare, ejicere, *Virg. l. 2.* Illum & labentem Teucri & risere natantem, Et salsos rident revomentem pectore fluctus. Dapes, cibos, frusta mero glomerata egerere, eructare, vomere, rejectare, &c. *Id.* Saniem eructans ac frusta cruento Per somnum commista mero. *Ovid.* Non semel est stomacho nausea facta meo. *Evomere.*

VOLVERE *sive* OPTARE.

Omnibus votis petere Votis flagrantibus ardere, *&c* *Ovid.* Elige, quid voveas. Si quid fert impetus, opta; Optatis potiêre tuis Deos rogare precari *Huc pertinent illa*: Dii tibi dent: Dii faciant: Dii, precor, hoc jubeant: Hoc precor, ô utinam, &c. *Ovid 3. de Pont.* Pro quibus, optandi si nobis copia fiat, Tam bene pro merito commoda mille precer Sit superis, opto, mutua cura tui *Id ad Liv.* At tu, qui superes mœstæ solatia matri, Comprecor illi ipsi conspiciare senex, *&c.* *precari* *Comprecari &c.*

VOVERE DEO *sive* PROMITTERE.

Vota facere. Vota nuncupare, suscipere, concipere. Donum *vel* munus vovere. *Ovid.* Dona puer solvit, quæ femina voverat, Iphis *Virg. l. 8.* Vota metu duplicant matres, propiusque periclo It timor. *Prop. l. 2.* Hæc mihi vota tuam propter suscepta salutem. *Ovid. ad Liv.* Jamque precaturus, quid ego jam credulus, inquit, Suscipiam in nullos irrita vota Deos, *&c.*

Voto se obstringere; votis caput obligare. Sanctè promittere, jurare. *Ovid. Ep* 19 Promittes votum; scit te promittere falsò: Jurabis: scit te fallere posse Deos, *&c.*

NOTA vovere *interdum idem esse, quod sibi vel aliis optare: interdum Diis se (ut optatis annuant) ad aliquid faciendum obstringere. Ita* votum *&* *id, quod optamus, significat, & id, quod (ut optatis potiremur) promisimus. Ad prius pertinent voces*: vota, quod iat est, habent. Vota transcendi mea, &c. *Ad posterius spectat*: Vota suscipere, *sive* votis vocare, *&* Vota persolvere, *Tibull l 1, eleg. 5.*

Ipse ego,cùm tristi morbo defessa jaceres,
Te dicor votis eripuisse meis-

Omnia PERSOLVI:
Nempe tanquam rem debitam & obnoxiam, ex promisso scilicet:unde damnare voti *vel* votis *dicebantur Dii, cùm optata conficerent;tunc enim vovens obligatus erat,& quasi damnatus ad faciendum,quod promiserat.Virg.Eclog* 5.

Ut Baccho,Cererique,tibi sic VOTA quotannis
Agricolæ FACIENT,DAMNABIS tu quoq; VOTIS

VOTA *alia* publica *sunt,quæ scilicet magistratus vel populus universus suscipit:alia* privata. *Inter hæc celeberrima sunt naufragantium Militum, Amantium, Ægrotorum & Agricolarum*, &c. *quæ suis quæque Diis facta crebrò apud poëtas occurrent.Rusticum Agricolæ votum persequitur pluribus Baptista Mantuanus Eclogâ* 8 *non sine decori observatione.*

O Dea quæ servas urbes,& rura,precamur,
Ne Padus exundet,ne strix nocturna per umbras
Hauriat infantes,nec eant per compita larvæ.
Diva fave agricolis:talpas occide,malignam
Aggeribus pestem: gelidis fata læta pruinis.
Quando bruma venit conspergere diva memento.
Ne tineæ erodant anno frumenta sequenti.
A Boreæ flatu pingues defende mariscas,
A gruis ore fabas,à vulpe & fure cohortem,
A serpente boves,à flamma & fulmine villas,
A rabie catulos, à bruma & grandine vites,
A tonitru reboante cados,à frigore fœtas,
A gravibus vitulos œstris,à gutture porcos
Anginoso operam pubes ne rustica perdat

URBES,

ALIAQUE HUC SPECTANTIA.

Ep. Turrigeræ,validæ,munitæ,egregiæ,magnificæ,magnæ,*&c.*Muris cinctæ,vallatæ,circumdatæ. Oppida muris ardua:mœnibus spatiosa *Auson* ——— sic curribus altis Ardua,ut aërias intrent fastigia nubes.*Ovid.* Oppida turritis cingantur eburnea muris.—turritis incingere mœnibus urbes.*Virg.*3 *Æn.* Cunctæ malis habitantur mœnia Grajis. Cernes urbem & promissa Lavini mœnia. *Vide suprà* VALLUM *fol.*563. ARX *fol.* 78.

Oppida.

URBIS *varia encomia.*

Urbs augusta, potens, nulli cessura: Romæ æmula. Urbium ocellus,Regina,Princeps,sidus,decus. Quæ inter ali-

alias urbes tantum caput effert Quantum lenta solent inter viburna cupressi. Cui Phœbus nullam cernit ab axe parē, *&c.*

Dives opum, studiisqué asperrima belli. Mavortis, Mercurii *vel* Minervæ domus. Studiis bellonæ *vel* operosæ addicta Minervæ. Bello horrida: florida pace Merce vigens: opibus potens: apta salo: portu hospita, Legibus æqua: superba foro: turribus ardua: mœnibus ampla: tectis superba, *&c.*

Clara situ, populoque frequens. Pulchra situ, felix aere, dives aquis —fontes passim per prata, per arva, Atque soporifero manantes murmure Lymphæ. Cœli delicium. Elegantiæ sedes. Dives agri fertilis ubere glebæ. Baccho Cererique amica: corimbifero Deo grata. Creditur Ops alio non habitare loco, *&c.*

Vrbem condere.

Urbem statuere, constituere, ponere, exstruere, locare, moliri, Urbis muros moliri, ducere. Cingere muris oppida. Mœnia prima fundare, locare, exstruere, figere. *Dido apud Ovid* Urbem constitui, lateque patentia fixi Mœnia, finitimis invidiosa locis. *Id.* Romulus æternæ nondum fundaverat urbis Mœnia. *Virg. 4. Æn.* ——— —tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas, pulchramque uxorius urbem Exstruis? Assurgunt turres: vertice ad auras æthérias tendunt. Structis exsurgunt oppida muris, cœlo caput efferunt, &c. *Latè hanc materiam tractat Virg 1. Æn. ubi Tyrios, qui Didonem secuti fuerant, novæ urbis structura intentos describit. & adjectâ comparatione exornat.*

Instant ardentes Tyrii: pars ducere muros,
Moliriqué arcem, & manibus subvolvere saxa:
Pars aptare locum tecto, & concludere sulco:
Jura, magistratusque legunt, sanctumqué Senatum
Hic portus alii effodiunt, hic alta theatris
Fundamenta locant alii, immanesqué columnas
Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.
Qualis apes æstate nova per florea rura
Exercet sub sole labor, *&c.*

URBES

OLIM TOTO ORBE NOBILES,

& Poetarum versibus maxime celebratæ:

1. THEBÆ BOETIÆ.

Epit. Vetéres, āōniæ, Tyriæ, Sidōniæ, Cadmēæ, drācōnigeræ, ōgygiæ, OEdipōdiōniæ, ēchiōniæ. *&c.* Urb. Cadmi. Cadmo condita. Urbs Thebana Amphionis arces. Amphio-

phoniâ mœnia structa lyrâ Mœnia Dircæa! Urbs draconigena septem inclyta portis, fraternis nobilis armis. *Lucan. l. 8. de OEdipi incestis*: Damnat apud gentes sceleris non sponte peracti OEdiponionias infelix fabula Thebas. *Senec. Herc. fur.* ——— — quis satis Thebas fleat? Et cujus arvis, è quefœcundo sinu Stricto juventus orta cum ferro stetit: Cujusque muros natus Amphion Jove struxit, canoro saxa modulatu trahens. THEBÆ *urbs in* Boëtia (*quæ aliter* Aonia) *ab Ogyge, ut quidam volunt, condita. Alii* Cadmum (*qui cum Tyriis ad quærendam Europam profectus, tandem in Boëtiam delatus est*), *conditorem faciunt, & quinq; illius socios è seminatis Draconis Martii dentibus ortos: quorum unus fuit* Echion. *Hinc varia hujus urbis Epithea* OEdipodionia *ab OEdipo rege dicta est. Murus cincta est ab Amphione* (*de quo supra fol* 417 *habitq;* 7. *portas poëtis non minus celebratas Alludit ad illas inter alios Iuv*.

Rari quippe boni, numero vix sunt totidem, quot
Thebarum PORTÆ, vel divitis ostia Nili.

Pergamum. Pergama. Ilium, Ilion. Ilios.

2. TROJA *Ep* Antiqua, alta, perfida, perjura, *&c.* Neptūnia, Phœbēa, Lāomĕdontæa, Dardănia, idæa, Phrygia, *&c.* Urbs Trojæ *vel* Trojana, Dardania, Phrygia, &c. *Virg* ——— quis Trojæ nesciat urbem? Arces Pergameæ. Inclyta bello mœnia Dardanidûm. Priami vetus regnum, domus, arx. *Prop* Laomedontis opes *Sen.* Assaraci domus. Mœnia Trojæ. Neptuni *vel* Phœbeâ fabricata manu Iliaci muri: cælitum egregius labor. *Sen.* ——— Pergamum incubuit sibi, Et alta muri decora congesti jacent Neptunia pergama: Argolicâ Pergama rapta manu, bis capta. *Virg.* ——— ceciditque superbum Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troja. Trojaque nunc stares, Priamique arx alta maneres. TROJA, *urbs Phrygia à* Dardano *rege condita*: *ab* Ilo *amplicata, &* Ilium *dicta: sub Laomedonte ab Hercule capta, post à Græcis sub Priamo funditus eversa. Muros ejus* (*si Fabulis credimus*) *Neptunus & Apollo condiderunt. Arcem habuit* Pergamum *dictam*, *quam poëtæ sæpe cum ipsa urbe confundunt*; *interdum etiam disjungunt, aut more suo geminant. Ovid. Metam*.

——— — postquam alta cremata est
ILIOS, & Danaas paverunt PERGAMA flammas.

EQUUS TROJANUS *Ep* Dardănius, iliăcus, Phrygius, abiegnus, ligneus, *&c* Fatalis, Trojæ machina. Immanis equi moles. *Prop.* Palladiæ ligneus artis equus. *Virg.* 4. *Æn.*

Instar montis equum divina Palladis arte
Ædificant, sectoque intexunt abjete costas:

Huc

Huc deflecta virûm sortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri; penitusque cavernas
Ingentes, uterumque armato milite complent.

3 BABYLON. *Ep.* Sŭperba, alta, pŏtens, tŭmĭda, magnĭfĭca, Persēa, Sĕmĭrămia, *&c.* Opibus superba. Assyrio luxu ebria. Coctilibus circumdata muris Urbs Semiramia. Mœnia Babylonia. Assyrii palatia celsa tyranni. *Ovid.* —ubi dicitur altam Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem. BABYLON *Assyriorum olim, deinde Medorum, ac tandem Persarum regia: à* Semiramide *condita fertur, & muris admirandæ magnitudinis circumdata: de quibus supra fol 6. Fuerunt autem hi muri è coctili laterculo, quem Lucan. propterea* testam *appellavit l.6.*

——— —fragili circumdata testâ
Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi,

4. CARTHAGO *Ep.* Alta, magna, fĕrox, tŭmĭda, perfĭda, Lĭbyca, Pœna, Gētūla *&c* Urbs Sidonia. Tyria, Punica Urbs Agenoris, *Didonis.* Magnæ Carthaginis arces. Urbs Tyriis habitata colonis. Tyriæ arces. *Virg.* Punica regna vides, Tyrios & Agenoris urbem. Mœnia Elisæ: Italiam contra Lavinaque longè ostia Urbs dives opum studiisque asperrima belli. Quam Juno fertur terris magis omnibus unam Posthabitâ coluisse Samo. CARTHAGINEM *Dido (quæ & Elisa dicta) condidit in* Libya: *ubi cùm à Rege* Jarba *initum terræ impetrasset, quantum corio bubulo tegere posset: illo mox in partes tenuissimas dissecto tantum spatii complexa est, quantum condendæ arci (quam inde* Byrsam, *quod Græcè* corium *sonat, appellavit) sufficeret. Virg. l.* 1. *Æn. de Tyriis una cum Didone profectis;* Byrsa.

Devenêre locos ubi nunc ingentia cernis
Mœnia, surgentemque novæ Carthaginis ARCEM:
Mercatique solum, facti de nomine BYRSAM,
Taurino quantum possent circumdare tergo.

5. ATHENAE. *Ep.* Doctæ cēlebres, clāræ. Cecrŏpiæ, Pandiŏniæ. Pallădiæ, Ĕrechthæ, *&c.* Urbs Mopsopia, studiis clarissima: Græciæ ocellus: Musarum domus: artiū genitrix, nutrix *&c,* Arces Cecropiæ, Tritonidos arces: quibus Pallas præsidet, &c *Vide* annotata *supra fol.* 204.

6. ROMA, *Ep.* Pŏtens, fĕrox, alta, bellātrix, dŏmĭnans, æterna, inclyta, Martia, Māvortia, *Dardănia*, septemgĕmĭna, *&c.* Altæ mœnia Romæ. Urbs Romuli *vel* Romulea. Urbs alta Remi: bellis inclyta: clara trophæis. Urbs alta Quirini, Armorū legumq; parens. Exiguis quæ finibus orta, tetendit

In geminos axes:totum sibi subdidit orbem.Romanæ arces Mavortia mœnia Urbs Domina:princeps urbium :maxima rerum:*Ovid* Jamque caput rerum Romanam intraverat urbem.Septem urbs alta jugis toti quæ præsidet orbi.*Id.*—— quæ de septem totum circumspicit orbem Montibus,imperii Roma Deûmq; locus.*Virg.* ——illa inclyta Roma Imperium terris,animos æquabit olympo,Septemque una sibi muro circumdabit arces Orbis triumphatrix.Orbis triumphati caput. *Mart.* Terrarum Dea gentiumque Roma,Cui par est nihil,& nihil secundum.*Claud.* 3.*Stil.* Quâ nihil in terris complectitur altius æther:Cujus nec spatium visus,nec corda decorem,Nec laudem vox ulla capit. *Audax atque animosum dictum.Neque tamen supra verum.Cui adde tria Propertii verba,sed quæ ingentis panegyrici instar obtineant.*

Omnia Romanæ cedant MIRACUA terræ:

Natura hic posuit,quidquid UBIQUE fuit.

Bysantium. 7. CONSTANTINOPOLIS Constantini de nomine dicta. Nova Roma. Romæ æmula. Nobile Bysantiū. Bysantii arces. *Ov.* Quaq;tenent Ponti Bysantia littora fauces: Hic locus est gemini janua vasta maris. BYSANTIUM,*urbs ad Ponti fauces, qua in Propontidem influit*.Constantinopolis *dicta à Constantino magno,qui bifariam diviso Romano imperio; Bysantium, imperii orientalis,ut Romam occidentalis sedem constituit.Fretum autem,cui Bysantium incubat,*Bosphorus *appellatur:medius inter Asiæ ac Thraciæ fines.Claud.*1 *Ruffin.*

————celsa qua Bosphorus arce

Splendet,& Odrysiis Asiam discriminat oris.

8.HIERUSALEM Urbs Solymorum.Judææ decus. Arx Sionis Solymæ:vinctus cui serviit Ammon,& submisit colla Moabus. Ubi templum augustum,ingens,vertice sublimi cælum ferit *Vidas*:Hic templum Salomō,per terras omnibus annis Eversis ope barbaricâ.Rex condidit olim :Templum opulentum,ingens,eductam ad sidera molem.Hic regum sedes à prisco sanguine Judæ:Hic gentis rex,atque omni cum gente sacerdos Sacra ferens , pecudum fundebat rite cruorem,*&c.*

Solyma Solyma

VULNUS.

piaga. *Ep* Sævum,crūdēle,triste,fœdum,altum, infixum,infossum,călĭdum,stridens,hians,părŭlum,*&c.* Grăve,mălum,ăcerbum,inconsōlābĭle,immĕdĭcābĭle,insānābĭle,lēthĭfĕrum lēthāle,*&c.*Infixum stridet sub pectore vulnus. Largifluo manat de vulnere sanguis.*Virg.*——quæ causa serenos Fœdavit vultus,aut cur hæc vulnera cerno; *Ov.*—immedicabile

le vulnus Ense recidendum est,ne pars sincera trahatur. *Id.* ——nullasque in corpore partes Cernere quas posses, unumque erat omnia vulnus. *Senec.* Utrum citatus vulnere angusto micat; An lentus altas irrigat plagas cruor. *Virg.* Levique patens in pectore vulnus Cuspidis.

Vulneratus.

Vulnera gerens. Vulnere fœdatus,confossus , saucius, tardus. *Ovid.* ——accepto tum vulnere tardiùs ibat. Trunca gerens membra. Plagis confectus —— ——stat saucia pectus. Telo ictus,percussus. *Ovid.* Heu patior telis vulnera facta meis. *Idem:* Non tamen ad lethum caussas satis illa valentes Caussa dedit. *Papin.* —— —— sæpe aspera passus. Vulnera,sed nullum vitæ in secreta receptum. *Virg. l.6.* ——Priamiden laniatum corpore toto Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, Ora manusque ambas, populataque tempora raptis Auribus,& truncas inhonesto vulnere nares. *Vide suprà* CRUOR *fol.* 409. OCCIDI, *fol.* 445. Saucius.

Vulnerare.

Vulnus *vel* vulnera dare,ferre,facere. Vulnere corpus violare: telo lædere: ense vulnerare. Vulnus infligere, cuspide dare. Ense ferire, latus haurire. Terque quaterque gravi juncturas verticis ictu Rupit,& in liquido jacuerunt ossa cerebro *Ovid Met.* Raptaque de dextro robusta repagula poste Ossibus illisit mediæ cervicis: at ille Procubuit terræ mactati more juvenci. ——Vultum, minitantiaque ora, Robore nodoso præduraque tempora fregit. *Vide supra* OCCIDERE, *fol.* 442 FERRO TRANSFIGERE *fol.* 443 LAPIDIBUS OBRUERE *fol.* 444 *Denique varia* ARMORUM *genera, quibus hostis petitur à fol.* 71. *usque ad fol.* 76. Sauciare Lædere.

UXOR.

Ep Fida, casta, dulcis, těněra, chāra, dilecta, *&c.* Consors thori. Socia thalami. Particeps thori. *Ovid. de Iunone:* Nupta sororque Jovis *Sil. de eadem:* —— ——summi matrona Tonantis. *Dido apud Ovid.* Si pudet uxoris , non nupta, sed hospita dicar. Juncta viro legitimâ face ; Perpetuo fœdere lecti viro sociata. Conjugi, marito, viro fida: Conjugem amans: Quam tangit socialis amor, fœdusque maritum. Castum servans intacta cubile. Penelope castior. *Ovid. ad uxorem:* Nec probitate tuâ prior est aut Hectoris uxor, Aut comes exstincto Laodomia viro. *Est apud eundem Augusta encomium honoris plenum, l.3. de Pont.* Conjux. Nupta. Matrona.

Qui

Quæ præstat VIRTUTE sua, ne prisca vetustas
Laude PUDICITIÆ sæcula nostra premat.
Quæ Veneris FORMAM, MORES Junonis habendo
Sola est CÆLESTI digna repeita viro.

NOMINUM PROPRIORUM, TAM IN SACRA POESI QUAM PROFANA PRÆ CETERIS USITATORUM

(Quorum in præcedentis non est habita ratio.)

SYNONYMA ET PERIPHASES.

NOMINA VIRORUM.

ABel. Justus Abel. Telo fraterno cæsus Abelus. Sanctus Caini frater: fratri dissimilis suo Adami soboles, Cujus primum sanguine mundus recens immaduit, terra polluta est, &c.

Abraham, Abramus Abram. Abras. Gentium pater. Tharides Thariades: *à patre Thara*. Beati seminis sferus pater: qui divino credulus ori, Promissum genus innumeris censebat in astris.

Absalon Absalo. Moachides *vel* Maachides *à matre Maacha*. Juvenis Davidicus, pensili notus comâ. Davidis comatus puer: cæsarie nobilis aureâ: patri durus, rebellis.

Absyrtus. Medeæ frater filius Æëtæ: Cujus membra per agros sparsit, Impia desertum fugiens Medea parentem. Quo cæso Colchis sequentem est remorata patrem, &c. *Ovid*. Inde Tomos dictus locus hic: quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse sui.

Achilles Pelides. Æacides. Genus Æaci. Filius Thetidis: Nereius nepos dux æquoreus. Chironis alumnus. Dux *vel* heros Thessalicus, Æmonius, Larisseus, Pthius, Thessalus. Danaûm fortissimus. *Ovid*. —— timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi Nominis Æacides, caput insuperabile bello.

Actæon Cadmeius juvenis. Cadmi nepos. Filius Autonoës. *Ovid* Autoneius heros *Claud* —subito mutatum Actæona cornu Tradidit insanis Latonia virgo molossis.

Adam. Adamus Primævus parens. Primus pater. Pater arvige-

vigena, terrigena: è molli formatus luto. Primus orbis incola: Uxori nimium credulus ille suæ.

Adonis. Juvenis *vel* puer Cinyreius. Veneris cura. Veneri ploratus Adonis: fulmineo percussus ab apro.

Ægysthus. Thyestiades. *Claud.* Ense Thyestiadæ pœnas exegit Orestes. Thyestæ proles Natus Thyeste. Argivus adulter. *Ovid.* Quæritur, Ægysthus quare sit factus adulter? In promptu caussa est, desidiosus erat:

Æneas. Anchisiades. Dardanides. Anchisa genitus, generatus. Filius Veneris. Cythereius heros —quem Dardaniæ Anchisæ Alma Venus genuit pulchri Simoëntis ad undā. Tros Anchisiades, Romanæ stirpis origo. Dux *vel* heros Phrygius, Trojanus, Trojus, Iliacus. Laomedontius, Dardanius, *&c.* Pietas Æneia: cui flammæ Trojanæ cesserunt. *Ovid.* Cùm foret Æneæ cervix subjecta parenti; Dicitur ipsa viro flamma dedisse locum.

Agamemnon. Atrides. Tantalides. Agamemno. *Papin.* Conclamant Danai, stimulatque Agamemno volentes. Dux Mycenæus: Trojæ populator: magnorum ductor Achivûm. Mille ducum ductor. *Sen.* —cujus impulsum manu Cecidit decenni Marte concussum Ilium, *&c.*

Ajax Telam. Telamonides. Telamonius heros. Telamone satus. Clypeo interritus. Marte ferox & viribus Ajax. — —clypei dominus septemplicis Ajax.

Ajax Oilei. Oilides. Heros Narycius Fulmine percussus Ajax. *Virg.* 1. *Æn* —Pallasne exurere classem Argivûm, atque ipsos potuit submergere ponto. Unius ob noxam & furias Ajacis Oilei?

Alexander magn. Dux Æmathius. Dux Macedo. Proles generosa Philippi: vivida bello dextera Pellæus juvenis. *Lucan* —Bellæi proles vesana Philippi. *Iuven.* Unus Pellæo juveni non sufficit orbis. —quondam qui flere solebat Nil sibi vincendum, patris virtute relinqui, *&c.*

Alcinous. Rex Corcyræus. Phæax munificus. *Martial.* — Corcyræi pomaria regis. *Papin.* Quid bifera Alcinoi laudem pomaria?

Aman. Amanus. Amadathides, *à patre.* Mardochæi æmulus: Hebræam juratus tollere gentem.

S. Ambrosius. Insubrum antistes. Insubriæ decus. Sacro melle fluens. Nil fasces Cæsareos veritus, sacrisque adytis arcere secures Roma tuas, miseræ fœdatas sanguine turbæ. *Scal.* Magnus eras vitâ, major sermone, docendo Maximus.

Am-

Amphiaraus. Oiclides. Oiclei filius. Lauriger vates. Augur humo mersis. *Ovid.* Notus humo mersis Amphiaraus equis.

S. *Andreas*. Germanus Petri: sanctissima Jonæ progenies. Betsaide cretus. Andreas, parvaque Petrus vada salsa carina, Iisdem acti fratres studiis procul inde secabant: Quos Deus humanos indutus corporis artus, Retiaque & pisces, & flumina linquere jussit. Præsidis Argivi furiis, infami ligno suffixus. Cujus monitis ac morte Achaja nobilitata est, *&c.*

Annibal. Ductor Sidonius, Tyrius, Agenoreus, Punicus, Puniceus, *&c.* Libycus *vel* Nasamoniacus tyrannus. Libyæ rector, dux. Dirus Afer. Pœnus fulmineus, atrox, perfidus, callidus. Ausonias bello qui terruit arces. Saguntinæ vastator barbarus urbis. *Sil. lib.* 1. Gliscit Elisæo violentior ira tyranno.

Argonautæ. Reges Argoi, Pelasgi, semidei, Heroes *vel* nautæ Iasonii, Argolici. Graii juvenes. Deûm nati. Argivæ robora pubis. Qui nitido radiantia vellera villo Per mare non notum prima petiêre carinâ.

Argus. Aristorides. Custos Junonius, Æmonius, Custos virginis juvencæ: centeno lumine cinctus. Pastor centoculus *Ovid. Met.* Centum luminibus cinctum caput Argus habebat, *&c.*

Ascanius Iülus: Ilus erat dum res stetit Ilia regno. Æneides *à patre*. Puer Dardanius. Parvus Iülus. Puer Ascanius magnæ spes altera Romæ. Longam muris qui muniit Albam, *&c.*

Atlas Senior Libycus, Maurusius, cælifer. Humeris cælum qui sustinet: axem humero torquet: astriferam domum fulcit, *&c.*

Atreus. Tantalides. Mensæ Thyesteæ structor. Ob cujus crimen Sol in ortus rediit, & diem remensus est. Crudus Thyestæ frater.

S. *Augustinus*. Aurelius. Patritiades. Patritio generatus, satus. Sollicitæ cura parentis. Parentis quem lacrymæ pepercêre Deo. Matri bis genitus suæ. Hipponis Antistes. Decus immortale Tagastæ. Doctus Afer. Doctorum apex. Africæ terræ decus. Stupor eruditorum. Quo Libye se jactat alumno. Quo nil divinius orbi Post homines natos terra Libyssa dedit. Aurelia vis. Tagastææ linguæ flumina, nimbi, fulmina. Tagastæum acumen.

Bellerophon, Chimæræ domitor. Glauci castissima proles.

Isthmi-

Isthmiacus juvenis: Pægaso vectus. *Ovid.* Nam quid de tetrico referam domitore Chimæræ, Quem letho fallax hospita pœnè dedit?

Cain. Notus feritate Cainus. Cruentus Abelis frater. Qui primus cognato maculavit sanguine dextram. Impius fratricida: Cœlo invisus.

Cadmus Agenorides: Agenore natus. Sidonius exul: Tyria de gente profectus. *Ovid.* Cadmus in Aonia constitit exul humo Juvenis Hyantius: ——motæ jussus supponere terræ Vipereos dentes, populi incrementa futuri, *&c.*

Chiron. Philyrides. Philyrius heros. Peliacus bimembris Senex biformis Præceptor Achillis. Thessalus senior. Doctor Achillis. Senex Saturnigena, sagittifer, arcu potens, *&c.*

Cyclopes. Ætnæi fratres: cœlo capita alta ferentes. Æriloni Vulcani comites. Ætnæis rapidi Cyclopes in antris.

David. Jessiades. Jessides. Jessæia proles. Rex psalmicen: imperio fidibusque decorus. Vates fundâ insignis, citharaque decorus. Jessæus vates —tortæ qui verbere fundæ. Præcipitem immani dejecit mole gigantem. Cycnus psalmicen ——liquidi Jordanis ad amnem, Dulcia fatidicis modulatus carmina nervis, *&c.*

Diomedes Thrax Rex *vel* tyrannus Bistonius. Thrax cruentus. Getici stabuli dominus. *Ovid.* Quique suis homines pabula fecit equis.

Diomedes Tydei. Tydides. OEnides. Heros Ætolius, Calydonius. Dux Ætolus. Comes fallacis Ulyssei.

S. Dominicus. Hesperiæ grande decus columenque terræ. Avis atavisque potens, Maximus assertor Fidei: à Domino duxit qui nobile nomen. Cujus ortum Flammiger ore canis præsignat, & aurea cœlo Stella facem ducens nascentis fronte coruscat. *Iovinian. Pont.* Cujus inhæserunt humeris labentia Petri Culmina, & inmoto corpore sistit opus. *Mant.* Dominicus, genus Hesperiis qui traxit ab oris.

Elias Propheta. Thesbites. Numine plenus Elias. Vates ignivomo transvectus ad æthera curru. *D. Paulin* —— ——quaque integer olim Raptus quadri-jugo penetrat super æthera curru Helias, & solido cum corpore prævius Enoch.

Enoch. Enochus. Jarides *à parte Iared.* Ad ætherias raptus cum corpore sedes.

Endymion. Latmius heros. Dormitor Endymion. Lunæ dilectus, Latmius venator,

Epicurus. Neoclides, Cecropius senex: senior Gargettius. Senex vicinus Hymetto.

Etheocles. Dux Labdacius, Tyrius, Cadmeus, OEdipodionius: Fraterni raptor solii: sceptro insolens.

Evander, Nonacrius heros. Heros Pallantius. Rex Arcadius, Parrhasius, *&c.*

Esaias. Amosides, Amosiades. Vatem quem vates edidit Amos. Vates regum haud indignus avorum: Judæ clara de stirpe nepotum: nova sæcula condens. ———— dentatâ dissectus corpora ferrâ (Infandum!) vates quia seri præscius ævi Monstravit gravidâ venturam à virgine prolem, Jura Palæstini quæ sceptri æterna teneret.

S. Franciscus Seraphicus pater. Umbriæ decus. Umbria felici quem protulit omine dives. Sanctus umber: Nodosæ tenuem præcinctus cannabe vestem: Vulneraque illa gerens, quæ pendens in trabe Christus Infami, nostri accepit moriturus amore. *Iov. Pont* Humana expertus quantum patientia posset, Duraque paupertas, propositumque tenax. Vulnera Judaico qui quondam illata furore Excipit. Quem stigmate sacro signat stelligero missus ab axe Seraph.

Galli Cybeles. Phryges. Celenæi, semiviri. Curetes. Corybantes.

Gedeon. Joades. Joâ satus. Dux Israelis. Ductor Hebræus: Quem tercentum lecta manus juvenum secuta, innumeras stravit cohortes.

Geryon. Pastor Iberus, Tartessius. tergeminus, tricorpor, triformis. *Sen.* Pastor triformis littoris Tartessii.

Goliath. Golias. Goliadus, Goliathus. Gigas Philistæus. Jessea prostratus fundâ. Puero gigas dejectus ab hoste *&c.*

Hector. Priamides. Heros Priameius, Troius: Trojæ columen, præsidium: cujus humeris stetit Ilia decem fulta per annos Sola Danais Hectori & bello mora. Spesque salusque Phrygum. Qui telo violenti victus Achillis Tradidit fessis leviorâ tolli Pergama Grajis, *Ovid.* Raptus & Hæmoniis flebilis Hector equis, *&c.*

Hercules. Alcides. Amphitrioniades. Tyrinthius Claviger, Alcmænâ genitus, nates. Tyrinthius heros. Cœlifer Junonis nepos. Emensus longi claviger orbis iter, Tergemini nece Geryonis spoliisque superbus. *Sen.* Audax ire vias irremeabiles: — rupto carcere umbrarum ferox. Monstrorum *vel* ferarum domitor. Domitor orbis & Grajum decus. *Juven.* ———— diram qui contudit Hydram, *&c.*

Herodes. Rex Idumæus. Hebrææ ferus arbiter aulæ. Idomæus tyrannus, Crudelis Apella. Rex Palæstinus. Violentus rector Idumes. Qui unius ob merum pueri, tot millia letho Corpora demisit : insontes pueros ferro impius hausit, *&c*

S. Hieronymus. Stridone satus: doctus Bethlemi incola. Bethlei præclarus culminis hospes. Longævus Dalmata: Hebræo simul & Grajo, Latioque venustus eloquio —— validis semper cui vocibus æther Intonat, & lævæ territat ære tubæ; Palæstino lætus in antro, & sibi & Domino vacans: Aridaque incusso feriens præcordia saxo, Et pictus nigram solis ab igne cutem.

Hyppolitus. Thesides. Thesejus *vel* Amazonius heros. Amazone natus. Virbius. Castæ cura Dianæ : incestæ fraude novercæ peremptus, *&c.*

Hyacinthus. Amyclides. OEbalides. Tænatides. OEbalius puer. Phœbi cura, dolorque puer, *&c.*

Iacob. Isacides. Jacobus. Isaci proles. Canities Jacobi longæva.

Iason. Æsonides. Æsone natus. Dux *vel* juvenis Æsonius, Hæmonius, Pagasæus, Pelasgus, Thessalus, Thessalicus. Pryxeæ qui vellera rapuit ovis Profugam fallax qui Colchida lusit: Auratæ vellere dives ovis, *&c.*

Icarus. Dædaleus *vel* Dedalæus puer *Horat.* —— ceratis ope Dedalæâ Nititur pennis vitreo daturus Nomina ponto: *Ouid.* Dum petit infirmis nimium sublimia pennis Icarus, Icarias nomine fecit aquas.

Ieremias. Helciades. I. *Bid.* —— Quem nondum à matre cadentem Jam vatem ad populos, & grandia nomina reges Miserat omnipotens —— quem plebs incredula vatem Immeritum infestâ saxorum grandine mersit.

SS. Innocentes. Bimula infantum turba: Quos regis rabies abstulit impii, Cunas iñocuo sanguine proluens Christũ perdere dũ furit. Idumæi quos abstulit ira tyranni, vix tactâ trieteride primâ: Innocuo parvas tingẽtes sanguine cunas. Prima Christi victima: Greges tenelli, insõtes jugulos crudeli ferro præbere jussi. Palæstin. plorata per agros funera.

S. Ioannes Evangel. Juvenis Galilæus. Christo præ reliquis charus apostolus. ——— quem maximus heros Unigena in terris socium sibi pectore toto Junxit, præque aliis miro dilexit amore. Virginis intactæ custos, expers ipse thori. Cui Christus dilectam genitricem credidit uni, Dulcibus extremum verbis affatus utrumque,

— ille inclytus ales, Alta petens sensu, cœliqué arcana recludens.

Ionas. Vates terrificus: Deo lectus terrere minaci peccantes monitu populos. *D. Paulin.* Quid profugus Tharsum vates; quem sorte pericli In mare dejectum spatioso bellua rictu Cepit, & innocuum vasta dimisit ab alvo. *Idem:* Vivic voratus; quique glutivit, manet: Vivente jejunus cibo. O digna sancto claustra fugitivo Dei: Capitur mari, quo fugerat: Altumque vastæ missus in ventrem feræ, Vivo tenetur carcere.

S. Iosephus. Mathiades. Sponsus tutorque Virginis almæ. Regia progenies: Matris intactæ conjux. Castus virginis Jesseæ maritus. Veniens Davidis origine Joseph.

Ioseph. Patr. Isacidæ natus: fratribus invisus, venditus, Casta Jacobi soboles. *D. Paulin.* —— probatus corporis custos sui: Castus relictis fugit olim vestibus: Joseph furentem feminam. Jacobiades ephebus. Isaci nepos.

Iosue. Josua. Nunides. Nuniades. Cujus ad imperium proni stetit orbita solis. Timuitque mergi sine jam tacto dies: cùm leves altus medio quadrigas sisteret Phœbus spatio, diemque Longius justo traheret, potenti Voce suspensus. Dux Israelis. Ductor Hebræus, quo jubente stitit dilatâ Sol nocte diem.

Isaac. Isacus. Isacius. Abramides. Saraides. Thariadæ natus. Oculis captus pater Isacus, *&c.*

Iudas proditor. Iscariotes. Christi proditor. Ipse doli fabricator Judas: lectorum procerum labes. Proditor Iscarius.

Leander. Juvenis Abydenus. *Papin.* Phryxæi contemptor ephebus æquoris.

Meleager. Thestiades. OEnides. Calydonius heros. Calydone satus.

Menelaus. Atrides. Tantalides. Rex Mycenæus

Moses. Amramides. Corniger vates. Sacer legifer. Pastor Isacides. Dux Isacides, qui populo siccum per mare stravit iter. Erythræi victor profundi. Mirificus virgâ ostentisque Moyses, *Mant.* Pastor erat, quando cœlesti exterritus igne Venit ad ostentum pedibus per pascua nudis. Pastor erat Moses, Moses à flumine tractus, Ductor bicornis: Jura cui metuendus ales bisdena saxo incisa dedit. Cujus ad nutum pelagi repressum Constitit æquor.

Nestor. Neleius. Pylius senex. Senior trisæclis.

Noë. Noas. Noachus Lamechides. Vitisator pater. Ingentis fabricator arcæ; qui unicâ puppe genus humanū servavit, cùm mundus ultricibus stagnavit undis, *Ore-*

Orestes. Agamemnonides. Agamemnone natus. Juvenis Agamemnonius, Argolicus. Pelopæus. Scelerum furiis agitatus Orestes. Pyladis concordia felix, *&c.*

Paris. Priamides. Phrygius pastor Dardanius juvenis. Iudex Dearum. Judex Idæus. *Sen.* Inter potentes arbiter pastor Deas. Lacænæ adulteræ famosus hospes. Incestus prædo. Troicus raptor — incautas blandè populatus Amyclas.

Patroclus. Menætiades Actorides, Qui armis indutus Achillis Troas reppulit. Qui falsis sub armis ante Pergama cecidit, *&c.*

S. *Paulus.* Tharsides. *Vid.* Cilicas inter natus Perseide Tharso. —— Saulus plenusque minarum, Terrorumque potens, Solymûm sævibat in oris. Gentium doctor. Regis superûm interpres lectissimus unus —— edoctæ cui debent undique gentes.

Perseus. Inachides Abantiades. Acrisioniades. Volucer Danaeius. Pennigera Danaës propago Natus Danaës. Victor Medusæ. *Ovid.* Gorgonis anguicomæ Perseus superator, & alis Ætherias aulus jactatis ire per auras.

S *Petrus* Claviger ætherius. Betsaide natus. Betsaidos acer alumnus. Cœtûs apostolici caput, princeps: Cui Christus iturus ad patrem suas in terris vices commisit: Jusque datis tribuit clavibus omne poli.

Phaëton. Proles Clymeneia. Juvenis Hyperionius. Clymenes audax puer. Sole satus. Qui patrios malè rexit equos: stultus flammigeros optavit tangere currus: patriis excidit altus equis. *Ovid.* Vitaret cœlum Phaeton, si viveret: & quos Optarat stultè, tangere nollet equos.

Pharao. Tyrannus Niliacus, Memphiticus, Pharius. Ditis Ægypti falcibus impotens, superbus. Phariæ rector oræ: Crudeli jugo Abrami progeniem premens: Hebræam juratus tollere gentem E rythræis demersus gurgitis undis.

Phryxus. Æolius juvenis. Frater Helles. Quem profugum aries nitidissimus auro per mare vexit. A quo Pervenit in Colchas aurea lana domos.

Polynices. OEdipodionides. Ismenius heros: Juvenis Dircæus, Echionius, Cadmeius, Thebanus Adrasti gener, *&c.*

Polyphemus. Siculus *vel* Ætneus Cyclops. Lumine fraudatus Cyclops. *Tib* Ætneæ Neptunius incola rupis. Qui vasto Polyphemus in antro Lanigeras claudit pecudes, atque ubera pressat. Ætneus pastor, *&c.*

Priamus. Laomedontiades Dardanius senex Rector Phrygum *vel* Phrygiæ. Rex Trojanus.

Prometheus. Japetionides, Japeto satus. Qui ignem æthetia domo subduxit: Sacros ignes furarier ausus. Humanum madido formans è pulvere corpus. Liquidis ignem furatus ab astris. Infelix Schythia fixus convalle Prometheus. Qui Caucaseâ religatus rupe, Assiduam lacerò viscere pascit avem.

Proteus. Carpathius vates, Æquoreus senex. Vertumnus verso Dictus ab amne Deus: Facies qui se transformat in omnes. *Virg.* Est in Carpathio Neptuni gurgite vates Cæruleus Proteus.

Pyrrhus Ach. Neoptolemus, Achilleides. Æacidæ soboles: juvenis Schyrius.

Pythagoras. Samius senex. Doctus Samiæ telluris alumnus. Panthoides.

Remus. Iliades. Martigena. Ausonius juvenis: Muros ausus transire recentes: cujus Romani primum maduerunt sanguine muri.

Romulus Quirinus. Iliades. Martigena: Rex Romanus. Romanæ conditor urbis, Qui inclyta Romæ mœnia fundavit: quæ quamvis parva fuerunt, Non tamen expediit transiliisse Remo.

Salmoneus. Æolides. Audax fulminis imitator. —— curru Jovis æmulus alto, Flammiferumque rotans Alphæa per oppida Remo.

Salomon. Davidides. Davidis inclyta proles, Rex Indumæus. Pacificus rector Idumes: mentis opumque potens, Qui patri superstes, Alta Palæstini laqueavit culmina templi.

Samson. Manoides. Gentis terror Hethææ Nazaræus pugil: intonsus juvenis: Pellicis Hethææ prędа. Dalilę in gremio detonsus, vinctus, victus, &c. Sampsonia brachia: quæ sævos olim fregêre leones, portarum ingentia claustra, Et stabiles utraque manu vulsere columnas. *D. Paul.* At restituto mox capillis robore Prostràvit hostilem domum, Tectaque in ultricem taxit labefacta ruinam.

Socrates. Actæus senex. Anyti reus. Lethiferam jussus potare cicutam.

Telephus. Dux Mysus. Lyrnessius heros, Hæmoniâ juvenis qui cuspide læsus, hâc ipsa cuspide sensit opem.

Tereus. Rex Bystonius, Odrysius. Thracius. Ismarius tyrannus, cujus deplorat Philomela nefas. &c.

Theseus, Ægides. Neptunius *vel* Trœzenius heros. Minotauri victor: asserto Marathone superbus. Qui dilecto ad Manes comes ivit amico. Pirithoi comes &c.

Thyestes. Tantalides. Incestus Atrei frater.
Tithonus. Senex Mygdonius. Auroræ maritus.
Tiresias. Vates, Dircæus, Thebanus, Cadmeus, *&c*.
Tydeus. OEnides. Dux Ætolus. Acheloius heros.
Vlysses. Ithacus. Laërtiades. Æolides Sisyphides. Laërtia proles. Laërtius heros. Dux *vel* heros Dulichius, Narytius. Ulysseus: conjux Penelopes. —— cujus terræ pelagique labores, Et sævi totidem bellis quot fluctibus anni Conjugii docuêre fidem. Laërte satus: Errando qui tot, quot bello perdidit annos. *Ouid*. Pro duce Naritio docti mala nostra Poetæ Scribite: Naritio nam mala plura tuli, *&c*.

MULIERUM NOMINA.

A*Gave*. Cadmeis. Cadmea Mœnas. Pentheia mater. Mater Thebana, —————— spolium ferens Cruenta nati Mœnas in partes dati, *&c*.
Ælcmena. Argolis. Alcmene. Herculea mater. Alcidæ genitrix.
Amazones. Termodontiacæ turmæ Peltigera cohors: catervæ securigeræ, peltatæ. Scythicæ puellæ. Lunatis agmina peltis: *Sen*. Armata peltis quidquid exterret cohors, Inclusa ripis vidua Thermodontiis.
Andromeda. Cepheis. Cepheia Jussa pœnas maternæ pendere linguæ: Monstris objecta marinis. *Ouid*. ——— placuit Cepheia Perseo Andromede, patriæ fusca colore suæ.
Ariadna. Minois Gnosis. Gnosias. Minoia virgo: puella Cressa, Gnosia, Gnosias. Quæ quondam deserta in littore, Thesææ flevit perjuria linguæ. *Ouid*. Bacchi Gnosias uxor eris. *Idem*: Et Phœbus Daphnen, & Gnosida Bacchus amavit.
Atalanta Arcad. Nonacria. Nonacrina. Venatrix Arcadica, Mænalia, Parrhasia. Mænalia puella. Meleagria virgo, *&c*.
Atlanta Scœnei. Schœneis. Schœneja: pernix puella Schœneja virgo.
Bacchæ Bassarides Mænades. Thyades. Mimallonides. Edoniæ, *&c*. Matres Thebanæ, Cadmeæ, Ogygiæ. Bacchi orgia celebrantes. Baccho agitatæ. Bacchi cornibus ictæ. *Ouid*. Aonii cornibus icta Dei.
Belides. Danaides. Danai puellæ. *Sen* Cruentæ; Ægisti nurus.

Ovid. Exulis Ægypti turba cruenta nurus. *Id.* Molirique suis lethum patruelibus ausæ, Assiduè repetunt, quas perdunt, Belides undas.

Calysto Lycaonis. Lycaone nata. Virgo Parrhasia, Lycaonia. Tegeæa Parrhasia pellex.

Cassandra. Priameja virgo. Vates Phrygia *vel* Pergamea. Phœbas Iliaca. Mycenæo Phœbas armata Duci.

S. *Catharina.* Costis. Costo sata rege puella: patri nata unita Costo Eximium Catharina decus Memphitidos oræ Pallas christiana: Studiorum præses. Quæ vicit doctos una puella sophos. Costidis viraginis animus: tormentis ac rabie Tyranni major. *Ipsa apud Muret* Non rota, non gladii, non ipsi horrenda tyranno Mors potuit mentem sede movere suâ.

Daphnis Peneis. Virgo Peneia. Thessalis. Nympha Peneis. *Ovid.* Primus amor Phœbi. Daphne Peneia.

Dejanira. Calidonis. Ætolis. OEneis. Nessi rapina. Rapta Herculis uxor.

Deiphobe Vates Cumæa, Euboica. Chalcidica. Filia Glauci. Phœbi longæva sacerdos Cumæa Sibylla.

Dido Elisa. Sidonis. Phœnissa. Phrygio malè nupta marito. Sidonis Elisa. Sidonia Dido. Tyriâ quæ condid tarcem.

Erigone. Marathonia virgo. Virgo Icaria. *Ovid. Ibin.* Quodque dolore necis patriæ, pia filia fecit; Vincula per laquei fac tibi guttur eat.

Europa. Sidonis. Agenoris. Tyria pellex. Quam tauris Cretæis appulit oris.

Gorgones. Phorcydes. Phorcynides. Saxificæ sorores. Phorci anguifera soboles.

Hecuba. Cisseis. Priameia conjux. Hectoris mater. *Sen.* Tot illa regum mater, & regimen Phrygum; Fœcunda in ignes Hecuba. *Virgil.* Cisseis prægnans ignes enixa jugales.

Helena. Tyndaris. OEbalis. Spartana. Lacæna. Ledæa. OEbalia pellex: adultera Lacæna. Cygno Jove nata. Mœcha Therapnæa. Spartæ potentis alumna. Quæ impulit Argos Iliacasque domos: Asiam Europamque in prælia militi bello miscuit.

Helle Nepheleis Athamantis. Nephelejas. Virgo Æolia. Phryxæa soror. Quæ aquis mersa nova fecit nomina ponto. *Lucan.* Quà pelago nomen Nephelejas abstulit Helle.

Hester vel *Esther.* Edissa. Regina potens: generis Hebræi servatrix. Quæ metus minasque In caput Hebræi generis

ris quascumque parabat Hostis, in auctorem sceleris convertit Amanum.

Iphigenia. Mycenis. Pelopeja virgo: puella Agamemnonia. Supposità letho rapuit quam Delia cervâ. *Ovid.* Suppositâ fertur mutasse Mycenida cervâ.

Io & Isis. Inachis. Phoronis. Phariâ *vel* Inachia juvenca. Memphitis vacca. Bos Niliaca: pellex Argolica. Quam profugam Juno per totum terruit orbem.

Iudith. Juditha Hebræa virago. Quæ fide armata Assyrium ducem peremit, Ebria barbarico volventem somnia lecto, Victrix Holofernis. Quæ læté populos terrente Holoferne, Barbara, truncato victrix duce, castra fugavit.

Latona. Titanis. Cœi filia. Diva gemellipara.

S. Maria Magdalena. Magdala. Magdalis. Palestinis mulier famosa theatris, Quæ vivo dominos abluit igne pedes: fixit divinis oscula plantis Pinguiaque in sanctos fudit amoma pedes. Effusis tersit vestigia sacra capillis. *Fr. Remond.* Magdala crine potest solitæ memor artis, eodem Illaqueare homines, illaqueare Deum.

Medea. Colchis. Phasis Phasias. Æætis. Æætias Barbara Jasonis uxor, impia, noxia, scelerata. *Ovid.* Colchida respersam puerorum sanguine culpant.

Medusa. Phorcis. Phorcinis. Saxifica Gorgon. *Prop.* Sectaque Perseâ Phorcidos ora manu. *Ovid.* —credam prius ora Medusæ Gorgonius anguineis cincta fuisse conus.

Niobe. Tantalis Genitrix Sipileja. Niobe superba: multa Latonam prole lacessens Nunc, bis sex ad busta, flet mœsta silex. *Prop.* Sollicito lacrymas depluit à Sipilo.

Omphale. Mœonis: puella Lydia.

Pales Pastorum domina. Rustica dea. Fecunda Pales: tepido lacte *vel* grandibus libis placanda.

Pasiphaë. Filia solis. Minoia conjux.

Penelope. Icaris. Icariotis: conjux casta Ulyssei; absenti fida marito: difficilis procis.

Phædra. Pasiphæja Minoja. Thesea conjux. Cressa *vel* Cnosiaca noverca, incesta, scelerata.

Pyrrha. Titania. Epimethis.

Sappho. Lesbis. Æolis. Puella Æolia, Lesbia: poëtica Sappho.

Sem. ele. Cadmeis. Thebana Jovis pellex.

Sirenes. Acheloides. Achelojades. Siculæ virgines. Acheloiæ puellæ. Volucres puellæ voce canorâ mare mulcentes, Blanda pericla, maris: Dulce malum pelago. *Claud.* rapi-

—— rapidis Acheloides alis Sublatæ, Siculi latus obsedere Pelori: Accensæque malo, jam non impunè canoras In pestem vertere lyras.

Vestales. Vestæ Sacerdotes Vittatæ puellæ: quæ castæ colunt penetralia Vestæ, vigilem servant ignem: castos Perpetua servant virginitate focos.

GENTIUM VARIARUM NOMINA.

ÆGyptii. Pharii Pharætonii Marcotii Niliaci. Nilicolæ: Niligenæ. Pelusiaci. Ptolomæi, &c. Pharia gens. *Virg.* Pellæi gens fortunata Canopi.

Ætholi Calydonii. Pleuronii. Pleuronis alumni. Naupactæi. OEnei.

Afri Gætuli. Massyli. Maurusii. Gens Maurusia. Nasamones. Libes. Libyci, &c. *Lucan.* —usti Garamante perusto [illegible]rmaridæ volucres. *Virg* ——Numidæ gens inscia freni, &c.

Arabes Mollis Arabs. Thurilegi Sabæi. Panchæi. *Claud.* Mitrâ velatus Arabs: dives odoris, niger, Eous, pictus, &c.

Arcades Arcadii: Arcadici. Mænalii. Tegeæi: Tegeatici. Parrhasii Lycei. Cleonæi. Erymanthæi. Cyllenæi *à varia Arcadiæ locis.* Molorchæi. ——— —— astris Lunaque priores.

Athenienses Cecropii Mopsopii Erechtæi. Attici.

Bœotii Bœoti. Hyantæi. Phocæi. Phocaici. Thespiaci. Theumesii Aonii, &c.

Carthaginenses. Pœni Tyrii. Punici Elisæi. Pœni infidi, leves, perfidi, bilingues.

Colchi Phryxæi, Phasidos accolæ. Ææi. Pryxæo vellere nobiles.

Corinthii. Corinthæi. Corinthiaci. Isthmiaci. Cenchræi. Ephirei.

Cretenses. Cretes Cretei Cressi. Cressii. Gnossiaci. Dictæi. Cydonei Cydonii.

Epirota Chaones. Chaonii. Molossi Leucadii. Actiaci. Phocei. Phocaici Dodonigenæ.

Galli. Celtæ Feroces Gallorum populi. Rhodani potores. Quo Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit. Quosque rigat retro pernicior unda Garumnæ, Oceani pleno quoties impellitur æstu.

Germani. Teutones, Teutonici: flavi gens accola Rheni. Veteri gens nata Thuiscone.

Græci. Graji. Grajugenæ. Argivi. Argolici. Dorici. Pelasgi. Achæi. Achivi. Danai. Gens Argolica.

Hispani. Iberi. Iberici. Hesperii. Tartessii. Tartessiaci. Bæticolæ. Qui Iberum *vel* Bætim bibunt.

Indi. Indici. Gangetici Hydaspæi. Qui Indum. Hydaspem, Gangem bibunt. Indi Phœbo subditi. *Sen.* Phœbi propioris Indus Positique sub ignibus Indi: nigri, colorati, rubri, tosti, usti, odorati, dites, gemmiferi, Eoi, Memmonii.

Itali Ausones. Ausonii. Ausonidæ. Gens Italûm.

Iudæi. Isacidæ, Thariadæ. Saraidæ. Palæstini. Israële sati. Gens Hebræa Iudæ propago. Isaci genus. stirps, *& per contemptum*: Verpi: gens recutita. Judæus appella.

Lacedæmonii. Spartani. Tyndaridæ.

Lacones: OEbalii. Therapnæi. Tænarii.

Lydi. Mæones, Mæonii, Mæonidæ.

Macedones. Macetæ. Pæones. Pallenei,

Parthi. Achemenii. Arsacidæ. Parthi fugaces, leves, sagittiferi, refugi: pugnantes versa post sua terga manu: telis arcuque potentes.

Persæ. Arsacidæ. Achæmenii, molles, vaniloqui.

Pannones: qui nunc *Hungari*. Pannonii.

Sarmatæ qui nunc *Poloni*, Sauromatæ, *Lucan.* Nec junctus Sarmata velox Pannonio.

Scythæ. Riphæi. Borysthonidæ. Thermodontæi. Scythiæ bellacis alumni: Quorum plaustra vagas ritè trahunt domos. Qui Tanaim bibunt. Mæotida glacialem equo pulsant, *&c.*

Siculi. Sicani. Lilybæi. Ennæi. Ætnei.

Thebani. Echionii. Ismenii. Cadmei. Ogygii. OEdipodionii. Agenorei. Anguigenæ: Draconigenæ: Ophionii.

Thessali. Thessalici. Pagasæi. Atracii. Pherei. Hæmonii. Pelethronii *&c.*

Thraces. Thracii Ismarii. Odrysii. Bistonii. OEagrii. Ædonii. Boristhonidæ.

Trojani. Trojes. Trojugenæ Dardani. Dardanii. Teucri. Laomedontæi. Iliaci Iliadæ. Phryges. Phrygii. *&c.*

Turcæ. Turci. Mahometigenæ. Othomannigenæ. Thraces. Scythæ. Gens Othomannica, lunigera.

REGIONUM ET INSULARUM NOMINA.

Ægyptus. Terra Memphitis, Mareotica. Solum Paræto-nium. Pharii agri. Niliaca plaga: Isidis cultrix: Isiacis devota sacris: Arva Pelusiaca. Pharos *vel* Canopus, *nempe urbs aliqua pro tota provincia.*

Africa. Terra Gætula, Massyla, Nasamonia, Libyca, *&c.* Æstiferæ Libyes arva. Libyæ sitientis arenæ. —— —— quæ torrida semper Solibus, humano nescit mansuescere cultu. Occiduis habitata Mauris. *Papin* Flava Libye, desertaque pulveris Afri.

Anglia Britannia. Caledonia Albion. Oræ Caledoniæ. Nostro diducta Britannia mundo: Oceano cincta. *Virg.* —— toto divisos orbe Britannos.

Arabia. Nabathæa regna. Panchæa rura. Ferax odorũ tellus: thuris abundans. *Tib.* —— —— urantur odores. Quos tenerè terræ divite mittit Arabs.

Arcadia. Tellus Mænalia. Mænalis *vel* Parrhasis ora. Tellus Nonacria, *&c.*

Asia. Terra Asia. Tellus Asiatica, mollis, potens, dives.

Babylonia. Assyria. Chaldæa Regio Babylonis.

Bœotia. Aonia Hyantis. Cadmeis. Ogygia. Tellus Bæotica, Hyantia, *&c.*

Creta. Terra Curetis Gnosis, Gortynis. Arva Minoia. Gortynia, Gnosia, Dyctæa. Urbibus centum spatiosa Creta: centum oppidis potens.

Epirus. Terra Molossa, Chaonis, Chaonia.

Gallia. Celtica rura. *Claud.* —— —— tum flava repexo Gallia crine ferox, evinctaque torque decoro, Binaque gesa tenens: *quæ omnia Gallis olim propria.*

Germania. Teutona terra. Teutonis ora. Veteri regnata Tuistone tellus.

Græcia. Hellas. Attis: docta, mendax, facunda.

Hispania Hesperia. Iberia: tellus Tartessia. Fessos Phœbi excipiens jugales. In cujus respirant sidera fluctu, *&c.*

India. Gangetica tellus. Terra Gangetis, Euphratis, auro gemmisque dives: arva Phœbo nascenti subdita. *Ovid.* Decolor extremo quà cingitur India Gange.

Isthmes. Doricus Isthmos, Isthmaris: geminum mare separans. Bina findens Isthmos exilis freta. *Prop.* Isthmos quà tenuis arcet utrimque mare.

Ita-

Italia. Hesperia magna. Ausonia. Ausonium solum. Terra Ausonis. Tellus OEnotria, Saturnia, Itala, Italis ora. Gravida imperiis, belloque fremens. Terrarum domitrix: ferax virorum: armorum potens.

Judæa. Palæstina. Chananæa. Quà pinguia rura Jordanes placido amne secat Rura Palæstina. Arva pinguia Judææ. Palmifera Idume.

Lemnos. Tellūs Hypsipylæa, Vulcania, Vulcano sacra: æquore cincta, fumida, ærisona.

Persia Persis. Persidos ora, gemmis auroque superba, barbarā, Eoa dives.

Sicilia. Sicania Trinacria tellus. Insula trifida. Arva frugiferæ pinguia Sicaniæ. Sicula arva. Portus Sicani. Sicula tellus. *Mart*. Sicanias urbes, Ætneaque regna petisti. Trinacris ora. Sicelis ora.

Thessalia. Æmonia. Æmathia. Thessalis ora.

Thracia. Thrace. Bistonis. Bistonia: terra Ædonis.

FLUVIORUM NOMINA.

sæpe pro ipsis Regionibus, quas transeunt, à poëtis usurpari solita.

ACHELOUS *Ep*. Turbĭdus, tūmens, viŏlentus, Ætōlus, Naupactæus, Călydōnius, *&c*. Calydonius amnis. Luctator fluvius. Undosus hostis Alcidæ. *Ovid*. — cùm sic Calydonius amnis Cœpit, inornatos redimitus arundine crines.

ALPHÆUS *Ep*. Cĕler, spūmans, *&c*. Pulvere notus Olympico Elidis amnis. *Virg* 3. *Georg*. —— qui nunc Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.

ARAR *sive* ARARIS; *Ep*. Piger, segnis, tardus, &c. *Claud*. Lentus Arar, Rhodanusque celer, & dives Iberus.

ARAXES. *Ep*. Gĕlidus, nĭveus, răpĭdus, fĕrus, barbărus, Armĕnius, Scythĭcus, &c *Horat*. Medum flumen. *Virg*. —— —— pontem indignatus Araxes.

BÆTIS. *Ep*. Plăcĭdus, ŏlīvifer, ibĕrus, Hespĕrius, &c. *Lucan*, —— Hesperius post omnia flumina Bætis. *Mart*. Bætis olivifera crinem redimite coronâ. *Idem*: Quâ dives placidum Corduba Bætin amat.

DANUBIUS. *Ep*. Ingens, profundus, răpĭdus, fĕrox, *&c*. Ister: *unde Ovid*. —— ripa binominis Istri.

EURIPUS. *Ep*. Instābĭlis, incertus, fūgax, văgus, Euboĭcus *&c*

Vici

Vicibus alternis fugax. Qui vagus incertis Euripus defluit undis. *Sen.* Euripus undas flectit instabilis vagas.

EUROTAS *Ep.* Tęnăreus Lăcĕdęmŏnius, ŏlōrĭfer, *&c.*

GANGES. *Ep.* Tĕpĭdus, dīvĕs, pulcher, răpĭdus, Eōus, Indĭcus, *&c.* Dives quo tingitur India flumen. Eoa pulsans littora.

HEBRUS. *Ep* Cĕler, vŏlŭcer, gĕlĭdus, spūmans, dīvĕs, ōdrysius, OEăgrius, *&c.* Gelida Hebri flumina. Odrysius *vel* OEgrius amnis. Odrysios fines secans, findens. Fluvius Getes, Thracius., *&c.*

HERMUS. *Ep.* Dīvĕs, aurĭfer, mĕtallĭfer, ŏpŭlentus, Lydus *&c* Turbato sordidus auro. Lydius amnis. *Virg.* —atque auro turbidus Hermus.

HYDASPES. *Ep.* Gemmĭfer, aurĭfer, dīvĕs, tĕpĭdus, Mēdus, Năbăthęus, &c. *Sen.* Tepidis Hydaspes gemmifer currens vadis. *Id. de avaritia inexplebili* : Nec si totus serviat Hebrus, Ruraque dives cingat Hydaspes; Intraque suos currere fines Spectet toto flumine Gangem.

IBERUS. *Ep.* Dīvĕs, aurĭfer, Tartessiăcus.

ISTER. *Ep* Gĕlĭdus, glăciălis, lātus, septemgĕmĭnus, septemplex, barbărus, răpĭdus, Scythĭcus, *&c.* Qui Scythicas septemplex permeat oras Turbid⁹, &torquens flaventes Ister arenas. *Ouid. Met.* Dum tepidus Ganges, frigidus Ister erit.

MÆANDER. *Ep.* Văgus, incertus, ambĭguus, errans, Phrygius, &c. *Sen.* Incerta vagus Męander undâ ludit, ac cedit sibi Instatque dubius *Ouid.* —liquidis Phrygius Męander in undis Ludit & ambiguo lapsu refluitque fluitque.

NILUS *Ep.* Tĕpĭdus, tĕpens, dīvĕs, fertĭlis, plăcĭdus, limōsus, pinguis, păpyrĭfer, septemplex, septemfluus; arcānus, undōsus, Pharius, Părętŏnius, *&c.* Pharia irrigans arva. *Horat.* Qui tumidus rigat arva Nilus. Per septem sese ostia ponto confundens Fluens septena per ostia Nilus. *Ouid.* —papyriferi septemflua cornua Nili.

PACTOLUS *Ep.* Dīvĕs, aurĭfer, radians, fulvus, mĕtallĭfer, Lydius, *&c.* Stagna rubentis aurea Pactoli. Lydius amnis. Aurata radians Pactolus arenâ.

PADUS *aliàs* ERIDANUS. *Ep.* Undans, torrens, ingens, tŭmens, cĕler, pŏpŭlĭfer, ŏlōrĭfer, Phaĕtontius, Phaĕtontęus, &c. *Virg.* Fluviorum rex Eridanus. Phetontius amnis. *Claud.* Phaetontęę perpessus damna ruinę.

PHASIS *Ep.* Gĕlĭdus, nĭvōsus, văgus, barbătus, Scythĭcus, Colchus &c. *Ouid.* ——rapidę limosi Phasidos undę. Colchus amnis. *Sen.* Quodcumque placidis flexibus Phasis rigat.

RHE-

RHENUS. *Ep.* Spūmans, tŭmens, cĭtātus, vēlox, răpĭdus, viŏlentŭs, flāvus, bĭcornis, bĭfĭdus, *&c.* Rhenus ingenti fluvio citatus: tumidos spumeus alveo. Rheni fluenta: grave murmur. Corniger & flexo sinuosus gurgite Rhenus, *&c.* *Virg.* Extremique hominum Morini Rhenusque bicornis.

RHODANUS, *Ep.* Cĕlex, vēlox, incĭtus, prĉceps, spūmans, *&c.* Raucisono agmine prĉceps. *Tib.* ———Rhodanusque celer, magnusque Garumna.

TAGUS. *Ep.* Dīvēs, aurĭfer, aurĭfluus, aureus, mĭcans, lŏcŭplēs, mētallĭfer, Hespĕri⁹, *&c.* Hesperio qui sonat orbe Tagus: turbato sordidus auro. Iberâ turbid⁹ gazæ fluens, *&c*

TANAIS. *Ep.* Gĕlĭdus, nĭvālis, nĭvōsus, rĭgens, Scythĭcus, &c. *Lucan. l.* 3.—quà vertice lapsus Ripheo Tanais diversi nomina mundi Imposui ripis, Asięque & terminus idem Europę, medię dirimit confinia terrę *Claud.* Transgelidum Tanain, Scythię vergentis in ortus.

TIBRIS, TIBERIS *vel* THYBRIS. *Ep.* Altus, ărēnōsus, flāvus, cęrŭleus, Tuscus, Ausŏnius, Tyrrhēnus, Rōmŭleus, āpœnīnĭgĕna, *&c.* Undę Tiberinę Tuscum flumen. *Ov.* Dum Tyberis liquidas Tuscus habebit aquas. *Prius dictus est* Albula: *posterius nomen accipit P* Tiberino *Albanorum rege in eo submerso. Ovid.* 14. *Met.*

———regnum TIBERINUS ab illis
Cœpit, & in Tusci demersus fluminis undis
Nomina fecit aquę.

MONTIUM NOMINA.

ÆTNA. *Ep.* Alta, fervĭda, călĭda, ignĭfĕra, fervens, sulphŭrea, văpōrĭfera, flammĭvŏma, Trĭnacria, Sĭcŭla *&c* Rupes Trinacria. Vulcania. Typhois, —jacens vasti super ora Typhoeos Ætna. Cautes Trinacridos Ætnę. *Claud.* In medio scopulis se porrigit Ætna perustis, Enceladi bustum.

ALPES. *Ep.* Gĕlĭdę, nūbĭfĕrę, ventōsę, nĭvōsę, altę, āĕrię, celsę, saxōsę. Rupes Alpinę: Alpina juga. *Claud.* Aspera, nubiferas quà Rhetia porrigit Alpes. *Ovid.* Aerięque Alpes, & nubifer Apœninus.

ATLAS. *Ep.* Sublimis, gĕlĭdus, pinĭfer, arduus, stellĭger, cęlĭfer, *&c.* Humeris cœlum qui sustinet Atlas: subit celsę qui pondera molis: stellato sub pondere sudat. *Nam poëtę semper ferè de hoc Monte tanquam de homine loquuntur. Quare Virg. in eo describendo virum monti miscuit l.* 4. *Æn.*

——apicem & latera ardua cernit
Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit:

Atlan-

Atlantis,cinctum assiduè cui nubibus atris
Piniferum caput & vento pulsatur,& imbri:
Nix humeros infusa tegit.*&c.*

CAUCASUS.*Ep.*Frīgĭdus,nĭvālis,asper,horrĭdus, inhospĭtālis,*&c.*Caucaleæ rupes:Promethæo sanguine tincta Caucasi nives. *Virg.* ——— duris genuit te cautibus horrens Caucasus.*&c.*

HÆMUS,*Ep.*Gĕlĭdus,nĭvālis,nūbĭfer,umbrōsus, Threĭcius, OEāgrius,Gĕtĭcus,Orphæus,&c.*Mart.*Venit ab Orphæo cultor Rhodopæius Hæmo.

HYBLA.*Ep.*Alta,herbōsa,fertĭlis,flōrĭda, flōrĭcōma, mellĭfĕra,Sĭcŭla,Trĭnacris,*&c.* Variis picta coloribus: thymo florida. *Ovid.inter nunquam futura* Et careat dulci Trinacris Hybla thymo.*Id.* Nam neque tot flores Siculâ nascuntur in Hyblâ. *Mart.* Florida per varios ut pingitur Hybla colores.

HYMETTUS.*Ep.* Dulcis,ŏlens,vernus,flōrens,vĭrĭdis,Cecrŏpius,Actæus,*&c.* Mons Atticus. FloridaHymetti juga. *Mart.*Pascat & Hybla tuas,pascat Hymettus apes.

IDA. *Ep.* Hūmĭda,ăquōsa,frondōsa,ămœna,umbrōsa,nĕmŏrōsa,ardua,alta,pīnĭfera,*&c.*Phrygia,Dardănia,Rhētæa,sacra,*&c.*Fontibus amœna.Fœcunda ferarum.Mons Phrygius.Cùm Paris Iliacâ tria numina vidit in ima. *Sidon.*Me quoque Rhetejà pastor damnasset in Ida.

MÆNALUS.*Ep.* Altus,frondens,pīnĭfer,horrĭdus, Tĕgeæus. Mons Arcadius.Mænala Fauno sacra *Lucan* —— tunc Mænala liquit Arcas,& Herculeam miles Trachinus Oeten.

OETA. *Ep.* Alta, ardua,nūmĭnōsa,frondōsa, Æmŏnia,Hercŭlea.*&c.*Oetes juga:Herculeo damnata rogo.

PELION.*Ep.*Altus,umbrōsus,frondōsus,Thessălĭcus, *&c.* Pelion umbrosus. Chironia tecta,domus,sedes. *Mant. de Gigant.* Thessalicum brevior Pelion ossa tulit. *Papin.* ——— junxit summæ gelidum quæ Pelion Ossæ.

RHODOPE.*Ep* Nĭvālis,gĕlĭda,glăciālis,nimbōsa, Thrēĭcia, Thressa.Thressæ Rhodopes juga:nive candida: cana gelu:frigore Arctoo rigentia,*&c.*

TEMPE.*Ep.*Nūmĭnōsa,ōpāca,umbrōsa,frīgĭda,roscĭda,grāta,Thessăla,Pēnēja,*&c.* Zephyris agitata Tempe. *Ovid.* 1.*Met.* Est nemus Hæmoniæ prærupta quod undique claudit Silva,vocant Tempe: per quod Peneus ab imo Effusus Pindo spumosis volvitur undis.

MON-

MONSTRORUM NOMINA,

quorum frequens apud poëtas mentio, neque in præcedentibus ratio habita.

CHIMÆRA: *Ep.* Triplex, triformis, fera, tremenda, horribilis, rabida, ignea, ignifera, ardens, flammivoma, *&c.* Flammis armata. Quæ flammas ore Chimæra vomit. Flamma Chimæræ. *Hor.* Chimæræ spiritus igneæ. *Auson.* Triplici furens incendio. *Tibull.* Nec flammas volvens ore Chimæra suo. *Lucret.* Prima Leo, postrema Draco, media ipsa Chimæra. CHIMÆRA *mons est in Lycia, ignivomus: in cujus cacumine* leones, *in medio* capræ, *in imo serpentes degebant: unde nata fabula de monstro illic habitante (quo alii ignorantiam, alii Luxuriam designari putant) quòd capite leonem, ventre capram, caudâ serpentem referret, vel ut alii, quòd tria haberet capita: Leonis, Capri, Draconis, eaque ignivoma. Ovid Met. de hoc Lycia monte:*

Quoque Chimæra jugo melius in partibus HIRCUM
Pectus & ora LEÆ, caudam SERPENTIS habebat.

HYDRA *Ep.* Lernæa, Herculea, colubrifera, renascens, multiplex, septemplex, rediviva, immanis, dira, stridens, horrida, *&c.* Bellua Lernæ: diris vallata colubris. horrendum stridens. Lernæus anguis. Colubriferum monstrum. *Virg.* Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra. Fecunda mortibus *Mart. de Hercule*: Fecundam vetuit reparari mortibus Hydram, *&c.*

MINOTAURUS. Taurus Gnossius, Cressius, semivir, biformis, *&c.* Semiferus juvencus. Gnossium monstrum. Bos semivir *&* Vir semibos. *Ovid.* Semibovemque virum semivirumque bovem. *Senec.* Dædalea vasto claustra mugitu replens, Taurus biformis.

PYTHON. *Ep.* Viridis, cæruleus, tumidus, ingens, immanis squamiger, *&c* Horrens squamis, & tergore durus cæruleo. Sagittifero prostratus Apolline Python: spatiosa in jugera porrectus: Phœbeis domitus sagittis. *Phœbus apud Ovid. 1. Met.* Qui modò pestifero tot jugera ventre prementem Stravimus innumeris tumidum Pythona sagittis.

SPHYNX, *Ep.* Callida, implexa, sæva, cruenta, horrenda, infan-

fauda, OEdipodionia, &c. Alex OEdipodionia. Thebanum monstrum. Infanda pestis; nectens ore semifero dolos. *Sen. Theb.* ———— sæva Thebanum lues, Luctifica cæcis verba commitens modis, &c.

CENTAURI.

Ixionidę. Ixione nati, Nubigenę. Bimembres. Semiferi. *Claud.* Non ipsi poterunt ęquare bibembres. *Papin.* Semifer aëria talis Centaurus ab Ossa. *Idem*; —— Ossęi bello cecidêre bimembres.

FINIS.

IN-

INDEX COMPARATIONUM,

quæ partim ab ipsis Auctoribus sumpta sunt, partim, quomodo aliter fieri possint, digito monstrata.

INDEX DESCRIPTIONVM:

I. CHRONOGRAPHIÆ *sive* DESCRIPTIONES TEMPORUM.

II. TOPOGRAPHIÆ, *sive* DESCRIPTIONES LOCORUM.

Descriptionum.

III. PROSOGRAPHIÆ

sive

DESCRIPTIONES Personæ veræ aut fabulosæ.

IV. PATHOPOIÆ,

sive

Affectuum graviorum DESCRIPTIONES.

V. PRAGMATOGRAPHIÆ

sive

DESCRIPTIONES rem aliquam oculis subjicientes variis adhibitis circumstantiis.

VI.

VI. DESCRIPTIONES
Bestiarum, Monstrorum, Machinarum, &c.

INDEX GENERALIS
Epithetorum, Synonymorum, Periphrasium, Locorum communium & Elegantiarum.

Ajax

S. Au-

C.

Co-

De-

E.

G.

H.

I.

Ju-

Lar-

N.

PAU-

Sc-

T. Ta-

Sc-

T.

Ton-

V.

Ve-

FINIS.

Facultas R. P. Prioris Provincialis Provinciæ Belgicæ.

F. Ioachimus Brulius Ordinis Eremit. S. Augustini per Belgium Prior-Provincialis facultatem concedo, ut in lucem edantur FLAVISSAE POETICAE, olim à R. P. Ioann. Augustino Bacherio Provinciæ nostræ Religioso in publicum studiorum bonum concinnatæ, & Notis atque Observationibus amœnis illustratæ; nunc verò ingenti accessione ab eodem auctæ, & pluribus Religionis nostræ Patribus lectæ ac probatæ. Datum Bruxellæ VI. Kal. Decembr. M.DC.XLII.

F. IOACHIMUS BRULIUS,
Prior-Provincialis.